

Nicht ausleihbar





Faint, illegible handwritten text in a cursive script, possibly from the 17th or 18th century. The ink is very light and the paper is aged and stained.

A distinct line of faint handwriting, possibly a signature or a specific heading, located in the middle of the page.

Pro me Ioanne Cincin.

Ad balneum crurum ac pedum: cui immergantur pedes et crura / hysce herbis  
et aquis calidis, mane aut vespere.

Rx flores geniste. braemblomen  
funiterre. diuise keruel  
topfū barbatū. vouille  
herbas violarū. vijolen krūtē  
consolidas otrassz. meris blome klein und groit  
maluam. pappelen  
flores camomille. camillen  
mentan. minte  
Ambrosiana. wildselff  
betoniam. betonien  
arteticam. luedgenh  
hyssopū. ysope  
hedera arborea. offege

an M. j. aut. ij.

Et poterint immitti carbonēs igniti. ut fiat attractio humorū  
perantū / a superioribz corporis partibz, ad inferiores.

Cū prescriptis herbis poterit fieri totius corporis balneum vaporarium  
siccum, per aliquā temporis morulam. Deinde fiat abstersio  
sudoris / cū hysdem herbis ac aquis tepidis.

Imponantur etiam potui quotidiano, aut fiat coctio ad bibendum, scilicet hys  
sopū / funiterre / boraginis / binglossam / chariofilata / scolopendria hertzog  
De singulis paululu. et bibat ad placitum.

Pone metum tristes depelle e pectore curas.

Fac tantum cupias sponteq; sanguis eris. O

# CLEMENTII CLE

MENTINI AMERINI MEDICORVM

nulli, quos Roma atq; adeò tota Italia habuit, secundi, Lucubrationes, in quibus nihil est quod non sit ex usu artis, quodq; non sit tam probata fide traditum, quàm sapienti iudicio scriptum, siue theoricen siue praxim, quam uocant, spectemus, qua industria quoq; studio emendatæ sint, nostra hæc & quæ admodum pauca aliàs exemplaria extant, abunde testabuntur.



PRÆTEREA ADIECIMVS

- Richardum, de signis febrium.
- Antonium de Gradis, febres tractantem.
- Christopherum Barsisium, de febrium cognitione & cura.

Constabat hic Clementii cū ceteris, mihi Ioāni Lippiano, i. crudo Anno. 1538.



BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS PETRVS.

IRLL

(1535)

15 alb

20 Med. IV: 45 (2°)  
<sup>2 We</sup> <sup>1016</sup>

LANDES-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUSSELDORF

170138  
112

[Faint rectangular stamp]



# CLARISSIMO VI-

RO D. ALBANO TORINO VNIVERSITATIS

Basilien. lectori in medicina ordinario, & illustris, Marchionis

Baden, medico, amico suo, Hen. Petrus S. D.



VVM innumeri hic ciues, doctis. uir, quos uel ab omni  
generis desperatisq; morbis mirabiliter planeq; diuinitus  
arte & ope tua liberaſti, uel cōſilio & prouidentia in proſpe-  
ra ualetudine feliciffime conſeruafſti, partim ampliffimis  
promiffis te ad nos reuocent, partim pro facultatibus ſuis  
animi erga te gratitudinem declarēt, agnoſcentes nimirū  
quod aut uitā aut ſuam ſanitatē, ſine qua nulla eſt uita, tibi debeant. Ego etiam  
(preter honorem quem ut medico debeo) alijs amicitie nominibus tuus, me-  
ditor eſſe erga te qualem oportet bonum uirum eſſe erga eum qui rerum co-  
gnitionem, integritatem, uirtutē ueras amicitias omnibus copijs, que uulgo  
mortalium ſole uidentur expetende, antepōnit. Idcirco ad te mitto medicum  
illum Clementium noſtris impenſis ita emendatū, ut ante hac æditus cenſeri  
& dici non poſſit. Sed malo accipientem quā donantem laudare munus. Id  
quod ſepe præſentē memini facere, neq; enim putafſti te ſatis extollere poſſe  
huius autoris fidem, iudiciū, uſum, candorem, in arte medica. Propterea no-  
bis perſuaſum eſt te & alijs non uulgaris in hac facultate nominis, uix alium  
extare librum, qui primū magis ex uſu artis ſit, ijs quibus nulla eſt alia metho-  
dus, & demonſtratio logica, ſeu ratio, quā libri: deinde etiam qui magis iu-  
uare poſſit eos qui eò peruenerūt in ſpeculatiōibus logices, quo tibi iam cum  
admodum paucis uentum eſt. Huic de hoc autore ſententiæ accedit & calcu-  
lus in medicina Doctoris Chriſtierni Morſiani Datie, propter utriuſq; lingue  
Græcæ & Latinæ omniumq; diſciplinarum abſolutiſſimam cognitionem, ſin-  
gularis ornamēti, & medicorum, propter feliciffimos in medendo ſucceſſus,  
decoris. Cuius doctrinam hic ſtudioſi omnesq; eruditi quantopere admirati  
ſingulis, cum hic apud nos doctoratus inſignia accepiffet, tuq; ut uniuerſitatū  
uerbo loquar, promotor eius eſſes. Tanta facundia tam copioſe rerum omni-  
um noticię & memorię ſpecimen exhibuit. Ad eò ſubtiliter, argute, pluſquā  
humano acumine diſputauit, ita prompte ad omnia reſpondit omnibus.  
Tanta iudicio, profitendo hic publice, auditoribus ſuis (inter quos ſedulo  
ſemper aderant etiam doctores) locos hætenus inexplicabiles expediuit illu-  
ſtrauitq;. Sed quid hæc tibi ſcribo? Quafi non ſummum tuum amicum perno-  
ſcas. Ut enim nihil temere ſineq; grauiſſimo iudicio facis in ulla re, ita in ami-  
cis deligendis non quibuſlibet te amicitie uinculo iungis, ſed ijs qui iuſtam in  
ſe cauſam habent cur amentur. *ὡς τὴν μὲν τ' χρῆσῶν δὲ ἐλίσσῃ ἀσκησὶν οὐσαμ τ' ἀρετῆς,  
τὴν δὲ τ' πονηρῶν λαϊάλλουσι.* Et ob hanc cauſam nihil mihi magis in uotis eſt quā

## EPISTOLA.

ut talium uirorum amore dignus uidear & sim. Nec tibi inscribo hunc librum, quod putem aut uerā amicitia parari munusculis, aut quod uelim me in cuiusquam amicitia insinuare donis. scio enim quiddam maius esse (uocant quidā lumen pulchritudinemque uirtutis) quod animos bonorum uirorum copulat & comiscet. Sed ut hoc munere, uel potius occasione accepta ex huius libri editione, adhorter te, ut quamprimū ad nos redeas. Quare si te non possunt reuocare eminentissime ciuitatis Basileę magnificentissima ædificia, tam egregia compita, amplissima pomeria, amenissima pomaria, fecundissima uineta, agrorum fertilitas, limpidissimi fontes, piscosi fluuij & lacus, uberrima pascua, cælum saluberrimū, hominum optima ingenia & candidissimi mores, robur & animorum & corporum. Si mouere nō possunt tot tui amantissimi, quorum alios pristinae sanitati restituisi, alios tuis consilijs audientes in secunda ualitudine perpetua conseruasti. Si non tuum animum flectunt doctis. huius uersitatis professores: Auditorum tuorum desiderium & diligentia. Moueāt te quatuor huius ciuitatis incomparabiles omnibus regijs dotibus principes, duo scilicet consules, tribunique plebis ambo, apud quos bonis artibus & literis suus est honos & premiū. Quod quo rarius est hoc preclarus & charus nobis debet esse. Solebas, si bene memini, aliquādo dicere, beatos fuisse olim medicos omnesque philosophos sub illo tantopere laudato Persarum rege Cyro, habemus nos Cyros quatuor, qui omnibus uirtutibus conferri Cyro illi exemplario optimi principis possunt. Vnam que nostri est instituti, nempe de medicis, uno uerbo ubi attigero epistolium finiam. Cyrus ille rex τὸς ἰατροὺς τὸς ἀρίστους συνεκομίσασατο πρὸς αὐτὸν (ut de eo Græci tradiderūt) τῶν τε λέγειν ἐθέλων. Nec solum loquebatur cum his, sed optima queque didicit, nec sibi soli sed suis omnibus, mox enim sequitur: καὶ ὅτι ὅσα αἱ ὄργανα χρῆσιμα ἔφη τις ἄρ' αὐτῷ γενέσθαι, ἢ φάρμακα ἢ σίτη, ἢ ποτῖα, ὅδ' ἐμ' ἐτότ' ὄντι ὅτι παρασκευάσας ἐθησαυρε παρ' αὐτῷ, καὶ ὅποτε δέ τις ἀδενήσει τ' θεραπεύειν ἐπιμαρτίων, ἐπισκόπη, καὶ ἀρεῖ χεῖράν τ' αὐτῷ εἶ. Nec soli sibi fidit, sed medicos semper in consilium adhibuit, quibus debitam gratiam habuit, & eos ad summos honores euexit, ut & alię historiae, & que eodem loco sequuntur uerba testantur, καὶ τοῖς ἰατροῖς δὲ χάριμ ἦδ' ὅποτε τις ἴασατο τινὰ τ' παρ' ἐκείνου λαμβάνων. Obsecro, eruditissime doctor, quid horum studiorum huiusque animi non sensisti Basileę in utroque & consule, & tribuno plebis? Quorum ἑγκώμιον maiore ore & tuba sonandum est, quam epistolę modus capiat, aut mea tenuitas assequi possit. Vale, nunquam immemor, quā multorum ualitudo sit in tua posita, qui nisi ualeas, ipsi ualere non possunt. Anno domini  
M. D. XXXV.  
Calend. Aug.

# CLEMENTIVS

CLEMENTINVS AMERINVS,  
LECTORI S. D.

**Q**Voniam memoria labilis est, ut memoriter tenerem, quæ à ueteribus didici, & experientia comprobauit, ab initio ad scribendum appuli: proinde paulatim apte & recte distinxit, monumentisq; literarum mandauit precepta institutaq; medicine & medicamentorum, quæ magis salubriora mihi uisa fuere, & ad propriam & communem utilitatem laborauit. Hæc enim maxima exhortatio fuit, quæ impulit me aggredi, quod frequenter ex desperatione ob rei magnitudinem deserui. Et quamuis acutiores posteritatis, priorum soleant doctrinam delere, tamen stulta est dementia, cum tot ubiq; occurrant medicis, perituræ parcere cartæ. Trudimur sane alius alio, sicut dies die: Et labores mortalium per similes sunt Sisyphi pœnis, qui lapidem magnum à radice procliuis montis maximo semper conatu subducit, quæ toties quoties ad summum uerticem perducit, dæmones statim precipitant, & huic perpetuo labori Sisyphus est damnatus, sicut plurimi mortales uel maxime agricolæ, qui uix optatos collegerunt fructus, quod pristinos repetunt labores. Rursus quæ uis bona fortunæ alternis uicibus, quæ alter maximo labore acquisiuit, alter sibi successor in breui facile dissipauit & consumpsit. Sic infiniti ferè medici fuere, qui in scribendo uitam consumpserunt, sed illorum labores & opera Hippocras, Galenus & Auicenna in breui deleuerunt. Omnino tamen commendandi sunt, qui pro uirtute adipiscenda, & ad communem omnium utilitatem laborant. Vale.

## CLEMENTII CLEMENTINI AMERINI, AD LECTOREM PRAEFATIO.

**P**RVDENS sanè uetustas medicam artem adinuenit, quam ingeniosa posteritas sedulo imitata diligentius excoluit, ut sanitatem conseruaret, & amissam recuperaret. Cum igitur sanitas, ad bene beateq; uiuendum, sit maxime necessaria, ad scribendum appuli. Sed in primis rogo spiritum sanctum inspiret & dirigat me ad recte & accurate scribendum precepta medicine, & memorat meliora medicamenta quæ sint à ueteribus inuenta, & à recentioribus approbata, uel quæ maxime prosint. Amplius omnipotenti deo gratias ago de tot tantisq; beneficijs, quæ mihi contulit, & suppliciter ipsum exoro, ut concedat mihi mentis & corporis sanitatem, pacem, spiritus sancti gratiam, quam diu uiuero, postea in cœlum me saluum perducatur. *Inuocatio pia*

ea aetatem consumpsi ad propriam & cōmunem utilitatem, quoniā non nobis solum nati sumus, sed alijs. Nec quicquā acceptius summo deo esse potest, quā sine alicuius iactura alijs prodesse. Peritus autem medicus infinitis serē aegris sanitatem potest & uitam restituere, quibus nihil unquam gratius esse potest. Propterea boni medici maxime diligunt, & facile ditantur. Accedit, quod homo ad speculandum & agendum natus est: quia ex anima & corpore constat, & propriū illius est speculari & scire, & alterius est agere & operari. Medicina autem complectitur & docet speculatiuā & practicā. Præterea medicina diuina res est, et ad deum relata. Nam prisca Apollinem & Aesculapiū medicinæ inuentores, tanquā deos coluerunt, et fidem catholicā auxere, qui à Iesu Christo & suis apostolis fuere sanati: Verū quod medici medicamentorū ope, illi spiritus sancti gratia agebant. Sapiēs ergo medicus maxima potest beneficia aegris conferre, & sicut alter deus opitulari, præsertim benignus & clemens, qui gratis & amore pauperibus medet, & exercet piū medendi opus, non lucrandi, sed benefaciendi causa, pluris enim semper facienda est dei & hominum gratia, quā diuitiæ. Imò euenit, quod quanto plures in gratiam tuam medendo conuerteres, tanto magis lucraberis. Nam qui pluribus medetur, longe melior medicus habet, & facilius ditatur, haud enim ingrati sunt oēs, sed unus forte omnium laborū mercedi satisfaciet, uel plurimū tibi ualere poterit, & si ingratum omnibus seruiet, beneficus & iustus deus nunquā tibi deesset, sed semper tuis necessitatibus oportune prouideret, quoniā nullum bonū remuneratū, nec ullum malum impunitū relinquit. Si enim recte consideramus, uirtutum & uitiorū æqua tandem merita diuina iustitia omnibus retribuet. Itaque tam propitiū erga te deum habebis, quā benignus & clemēs eris erga infirmos, & eos qui ad te confugiunt. Medicus enim infirmis tanquā deus esse potest. Clementer ergo miserere infirmorū, ut deus misereat tui. Præterea moneo, ut assiduo studio potissimū sequaris doctrinam illorū qui in hac arte maxime claruerunt, proinde, continua medendi exercitatione, & summa adhibita diligentia, facile euades peritus. Sed quoniam non omnium possumus habere experientiam neque memoriam, medicus debet esse naturaliter prudens, ut sciat quæ in arte medica traduntur, pro qualitate temporis, loci, uel corporis ratione omnia moderare, & rebus necessarijs prouidere. Sed tales medici ex prospero syderum in fluxu nascuntur, fortunati & penè diuini habentur, qui rectum habent iudicium, & quæ corpori uentura sunt prospiciūt, prædicunt, & medelæ ad uotum eis succedunt, nec accidit eis incurabilibus morbis mederi, neque cum rusticis & ignorantibus uersari, qui omnia perperam agunt & curam peruertunt, sed medici solent & debent esse continentes & solitarij, quoniam nimia familiaritas popularium contemptū parit. Tantum enim est literarū scientia, uel maxime philosophia, quod docet fugere uitia, & facit uiros bonis moribus præditos, & sapientes, qui populos ob eorū uirtutē regunt & gubernant,

uel

vel saltem ignorantibus preponuntur. Plures enim noui qui sub malis syderibus sunt nati uitiosi, quos litterarū studium bonos & morigeratos fecit, sicut pluribus medicis accidit. Nam medicina speculatiua Tauro, & practica subiacet Scorpioni, utranq; autem signū facit medicos inter se inuidos & maleuolos, nam qui sub Tauro illos qui sub Scorpione, & qui sub Scorpione illos qui sub Tauro nascuntur, perpetuo odio prosequuntur; quoniam quando oritur Scorpio, occidit Taurus, domus Veneris in septima, quæ est domus contrarietatis & inimicitie, & in duodecima, quæ est domus inuidie cadit Libra domus altera Veneris, contra oriente Tauro, occidit Scorpio, & in duodecima est Aries, quibus utrisque dominatur Mars: Venus autem & Mars inuicem contrariantur, quia domus eorū opponuntur, & faciunt natos libidinosos & lasciuos, qui facile turpibus amoribus implicantur. Amplius, Scorpio est signum falsitatis & malicie, sed qui enim literis student, maxime philosophie, ab his & alijs uitijs facilius retrahuntur; inuestigant enim ueritatem & bonitatem eorum quæ uolunt, & sic sciunt quanti sit uirtus & uitium, & quod non possunt diutius celari, sed tandem ueniunt ad lucē, & quanto quis maior est, tanto magis pudet peccasse: Taliter ergo doctores & sapientes se gerant, quales uolunt uideri. Reperiuntur tamen quidam mendici seu merdici, qui non modo scientiarum, sed sunt literarum ignari, qui lucrandi causa & sine pudore per alienas & uarias urbes mendicant, & quos possunt decipiunt. Alij nugiuenduli cautius agunt, & per solam inspectionē urine, & cum tribus uel quatuor medicinis, quas solummodo sciunt, iactant se omnem corporis ægritudinē cognoscere, & posse curare, quod si eger grauius laboret, fingunt & suadent illas iuuare medicinas quæ detegunt ægritudinē & excitant dolorem, quia agunt contra morbum; & sic nigrū in candida uertunt, aut cæca fortuna, & sine ulla ratione alia & alia medicamenta experiuntur, donec eger moriatur, uel fortitudine naturæ euadat. Si huiusmodi medici & cuiuscunque ordinis sunt mali, omnino tandem reprobantur, & hi sunt qui scientiam & honorem bonorum medicorum maxime augent, qui uero sunt crapulis & ebrietatibus dediti, uel curabili ægritudine ualitudinarij se ipsos reprobant, qui in alienis morbis profitentur medelam, & se ipsos curare non possunt, sed boni medici non corporis, sed animi sui uitijs medentur, quando quidem utraque contrarijs cōtraria curentur. Itaque uiri literati, & maxime philosophi & medici, plerunque sunt regulæ morum & sapientes, & in rebus agendis primum cōsulant illa quatuor genera uirtutum, quæ sapientes & felices homines faciunt, & duce prudentia inquirunt & prospiciunt ueritatem uel bonitatem rei gerendæ, & omnem diligentiam adhibent, ne quicquam præter rectum & laudabile agant; ob fortitudinē uero fiunt magnanimi & constantes, & nil nisi turpia timent, & aduersam fortunā equo animo tolerant; sed propter temperantiam nihil penitendum appetunt, uitia cauent, & sub iugo rationis omnem cupiditatē & libidi-

nem domant, iustitiam colunt, & iniurias propulsant. Et quia fundamentum iustitię est fides, medici debent esse ualde fidi, & ægrorum saluti integerrime consulere, & diligere eos sicut uellent ab alijs diligi. Nam amor & charitas in in omni re plurimum operatur, & tibi conciliat & in gratiam conuertit quoscunque uoles. Et medicus, qui infirmis magis afficit, & maiori amoris affectu medetur, plures sanat & magis diligitur, quoniam amor est reciprocus. Imò si officia atque merita multos & penè infinitos pariunt amicos, multo plures fortuna. Nam ex officijs & liberalitate gratia & laus ab hominibus acquiritur. Amplius facundia facit medicos gratiores, nam qui sunt affabiles, tempore opportuno sciunt confabulare de his quę unum quemque delectant, & blandis uerbis consolantur ægrum, & spem salutis augent, & facilius persuadent, quę prosint infirmis. In primis autem moneo, quòd qui se tibi fideliter committit recte & diligenter medearis, nulli uenena nec nocuas exhibeas medicinas, arbortum caueas, nec quenquam sinas odio, auaritia, negligentia, uel tua culpa perire, ne infelix homicida pari pœna, uel aeterno supplicio puniaris. Cum autem ad ægrum uocatus accedis, primo diuinis institutionibus moneas, & quo benignius potes, inducas ægrum reconciliandum deo, & petere ueniam suorum delictorum; quando quidem propter peccata interdum ueniunt aduersa quę præmonent ad salutem, exhortare igitur ægrum ad pœnitentiam, & æquo animo & patienter toleret aduersam ualitudinem; quoniam iustissimus deus, qui sanitatem, uitam, & cætera fortunę bona nobis mutuauit, eadem quandolibet repetere potest, nam in hunc mundum nudi uenimus & nihil attulimus. Iniusti ergo & ingrati essemus, nisi uellemus benefactori reddere quę nobis commodauit, nihil enim amittere possumus, nisi quę à benigno deo gratis accepimus. Si igitur amittimus sanitatem, uitã, uel alia bona, non deberemus conqueri, sed reddere gratias optimo deo pro eo tempore quo nobis ea prestetit. Amplius, scias, quòd ira & impatientia ualde grauiorẽ facit ægritudinem, atq; deum & beneuolos reddit inimicos. Sed qui constanter tolerant mala, & diligenter parent præceptis medicinę facilius recuperant sanitatem; patientia enim, quę est fortitudo animi, plurimum ualet contra aduersam fortunam. Vnde Vergilius:

Superanda omnis fortuna ferendo. & alibi:

Durate & uosmet rebus seruate secundis.

Iuuenalis:

Victrix fortunę patientia, dicimus autem,

Hos quoque felices qui ferre incommoda uite,

Nec iactare iugum uita didicere magistra.

Ouidius remedio.

Vt corpus redimas ferrum patieris & ignem,

Principijs obsta, sero medicina paratur,

Cum mala per longas conualuere moras.

Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi.

Et Apo

*Monita & exhorta-  
m̃ta medici ap̃  
ægrutos.*

P R A E F A T I O.


Et Apostolus Paulus, Virtus in infirmitate perficitur. Libèter ergo tolero infirmitates, ut in me habitet uirtus Christi. Et in prouerbijis solitus sum dicere, post aduersa solent contingere prospera nobis, hoc est, post tenebras spero lucem. Ad recuperandam igitur sanitatē, requiritur patientia & obedientia infirmi, nec non diligentia & sollicitudo astantiū seruientium, sed in primis peritia medici, qui sciat recte mederi, & providere malis accidentibus magis suspectis. Pronostica autē sunt uitanda, & dissuadenda illis, qui maxima curiositate cupiunt scire finem ægritudinis, quoniam euentus morborum est incertus, sicut bellorum & aliarum rerum, & maxime, quia medici non possunt scire solertiam astantium, neq; obedientiam infirmorum. Plurimę enim ægritudines ab initio sunt salubres, quę postea ex malo regimine fiunt incurabiles uel mortales. Veruntamen medici possunt hac conditione recte respondere, quòd si æger rite faciet, quę sibi recte præcipiuntur, sanabitur, secus morietur. Omnino autē morbi alij alijs sunt leuiores & grauiores, & periti medici possunt explicare, quanti sit spes uel timor illorum. Sed plerunq; medici grauiorē solent & mortalem fingere ægritudinem, ut si æger sanetur maiorem honorem & lucrum assequantur, & si moriatur minus eis imputetur, tanquam ægritudo fuisset mortalis. Contra longe quidem grauius & molestius ferunt, quorum mortem non prædixerunt, & maiorem solertiam & curam in medendo adhibent. Committas ergo perito medico infirmum, & noli de ancipiti euentu ulterius querere. Et licet in magnis periculis contingat magna fortuna, tamen tutius est subticere, quàm pronosticari, quia iudiciū est difficile, & experimentum fallax, qui uero pauca considerant, & facile iudicant, plerunque errant. Noli ergo nimis esse facilis, neque promptus ad pronosticandum, ne ignarus medicus & mendax habearis: Qui uero longa experiētia & summa doctrina præditus præuidet cōmoda & incōmoda, quę accidunt corpori, quę præcesserant, & quę mox uentura sequentur, est pene diuinus, & maximā gloriam sibi comparat, & quanto plures in eo confidunt, tanto plures sanat, & e contra. Et propterea uitandę sunt ægritudines incurabiles & mortales, ne malus medicus habearis. Si uero talibus mederi oporteat, ne egri à medicis destituti desperent, apud astantes & reliquos requisitus, impossibilis curę excusationem prius facias. Quos uero curandos assumis, saltem bis in die, mane & sero, uel frequentius uisita, & diligenter interroga de regimine suę uitę, & quę sibi acciderant, & quotidie obserua alterationem infirmi, accidentiū qualitatem & quantitatem, quę si omnia diligenti inquisitionis ratione fuerint collecta, totius ægritudinis substantia facile innotescet, & poteris cauere & providere remedijs oportunis. Per inuestigationē enim sensibilibus, deuenimus in noticiam rerū occultarū, omnisq; scientia proficiscitur à sensibus, & quę sunt magis nota nobis, sunt minus nota nature, & econuerso, sed ut facilius modus sciendi innotescat, progressum resolutiuum, compositiuum, & definitiuum explicabimus.

F I N I S.

# INDEX

OMNIVM RERVM QVAE  
his uoluminibus continentur.

## A

- |  |          |                                     |          |
|--|----------|-------------------------------------|----------|
|  bbatis confectio | 51.      | Aesculapius barbatus                | 48.      |
| Abbatis cōfectio quas fa-  |          | Aestas quando sit pestifera         | 87.      |
| cultates habeat  | 145.     | Aestate minus comeditur             | 149.     |
| Absinthij syrupus  | 55.      | Aestatis morbi                      | 45.      |
| Absinthij trochisci  | 75. 164. | Aetatum uariarū uaria temperamen-   |          |
| Absinthij pilulae  | 129.     | ta                                  | 7.       |
| Absinthio factus syrupus   | 121.     | Aër pestilēs quomō pestē adferat    | 88.      |
| Absinthiū cum uino coctum gustum   |          | Aër potest immutare nostra corpora  |          |
| restaurat  | 174.     | pag.                                | 45.      |
| Absinthium comestū occidit uermes  |          | Aër purum elementum putrefieri nō   |          |
| in uentre  | III.     | potest                              | 195.     |
| Absinthium confortat stomachū  | 114.     | Aëre pestilentiali nihil peius      | 90.      |
| Acatia sistit  | 104.     | Aëris qualitates quæ malæ, quæ bonæ |          |
| Aceti effectus   | 72.      | sunt                                | 45.      |
| Acetosa est exstipticis  | 104.     | Agarici trochisci                   | 164.     |
| Acetosa utiliter sumitur aduersus pe-  |          | Agaricus quos purget humores        | 260.     |
| stem   | 91.      | Agnocasti trochisci                 | 165.     |
| Acetosæ herbę succus quid uirium ha-   |          | Aggregatiuę pilulę quibus malis me- |          |
| beat   | 124.     | deantur                             | 130.     |
| Acetosę herbę syrupus  | 120.     | Agrestæ syrupus qd uiriū habeat     | 121.     |
| Acetosę seminis electuarium  | 144.     | Agrippinū unguentū quid faciat      | 172.     |
| Acetosæ seminis trochisci  | 165.     | Albanum electuarium                 | 149.     |
| Acetosi syrupi cōfectio & natura   | 117.     | Aloës trochisci                     | 74. 164. |
| Acetosus syrupus quomodo fiat  | 216.     | Aloës unguentū interimit uermes     | III.     |
| Acori electuariū quod operetur   | 150.     | Aloës unguentum                     | 181.     |
| Adolescentię temperamentum   | 7.       | Allium potest esse causa fluxus     | 101.     |
| Adipem frigidum esse   | 14.      | Alephaginę pilulę quid uirium habe- |          |
| Aegritudines cholericæ breuiiores  |          | beant                               | 128.     |
| sunt   | 39.      | Alexadrina cōfectio ad quę utilis   | 146.     |
| Aegritudines quomodo cognosci à  |          | Alterationes repentinæ periculosae  |          |
| medico oporteat  | 47.      | sunt                                | 48.      |
| Aegritudinis prolixitas  | 38.      | Althę unguentum                     | 169.     |
| Aegritudinis principium  | 35.      | Ambrosinum electuarium              | 148.     |
| Aegritudinum tempora   | 35.      | Amygdalę heclicis conferunt         | 81.      |
| Aegrorum curatio quibus rebus con-   |          | Amygdalarum usus in febribus        | 50.      |
| stet   | 27.      | Amygdalarū lac qualis cibus sit     | 60.      |
| Aegyptiacum unguentum  | 180.     | Amygdalarum lac                     | 92.      |
|  |          | Amygdalarum dulcium oleum           | 181.     |
|  |          | Amygdalarum amaranū oleum           | 182.     |
|  |          | Anates                              | 49.      |
|  |          | Andromachus theriacę inuentor fuit  |          |
|  |          | pag.                                | 157.     |
|  |          | Anethi con coctio.                  | 98.      |
|  |          | Anethi                              |          |



I N D E X.

Angina aliquando ex febre sanguinea fit, pag.	59.	Arthenitum unguentum	173.
Angine remediū	128.	Asmaticorum electuarium	152.
Animaliū complexionēs	7.	Atriplicis usus in febribus	49.
Anime potentię	7.	Auellanę adustę epaticis profunt	105.
Anime sedes cor est	8.	Aues funestę quid prænuntiant	87.
Animam esse igneam quidam credide runt	19.	Aureę pilule	132.
Anisi decoctio	73.	Aurium signa	198.
Anisi natura	72.	Autumnus morbosus est	45.
Anisi trochisci	74. 164.		
Anisi usus	99.	B	
Anisum sistit	104.	B Accarum lauri unguentū	172.
Anisum facit ad dolores uentris	111.	Balaustium sistit fluxum	104.
Anserum iuuenum caro	49.	Balbutientes cui generi fluxus sint ob noxij	101.
Aperitiue pilule	131.	Balnea quando sint necessaria	66.
Apium purgandi uim habet	99.	Balnea que sint hecticis utilia	81.
Apostemata maturatia emplastra	176.	Balnea tepidarum aquarum cōferunt fluxibus	106.
Apostolorum unguentum	180.	Balneum ex aqua tepida dulci quid ui rium habeat	66.
Aqua quando profit	49.	Balsami oleum	126.
Aqua malsa est utilis phlegmaticis	72.	Basilicum unguentum	178.
Aqua elementum putrefieri non po test.	195.	Berberis trochisci	163.
Aque frigide usus	253.	Benedicte pilule	133.
Aroganium unguentum quid faculta tis habeat	171.	Benedictum electuarium	138.
Aragoneum unguentum frigori me detur	78.	Bliti natura	51.
Archigenis electuariū opiatum	161.	Bliti succo possunt Clysteria fieri	51.
Archigenis electuarium	100.	Blitum in febribus utilis est	49.
Argentinum unguentum	180.	Bocium quale sit apostema	166.
Argenti uiui uis contra cimices	180.	Bolus armenus aduersatur pesti	91.
Arietes castrati	49.	Bolus armenus stipticus est	104.
Aristolochię electuarium	156.	Boragine factus syrupus	53.
Aromaticę speciei usus	163.	Boraginis natura	51.
Artemisię syrupus	123.	Boraginis usus in febre sanguinea	60.
Artenitum unguentum	78.	Borago utilis in febribus	49.
Arteriarū motus	19.	Boum carnes gignūt melancholiam, pag.	75.
Arteriarū caloris qualitas unde digno scatur	21.	Bubones prænuntiant pestem	87.
Arterię molles & dure	20.	Buglosse syrupus	53.
Arterias magnas qui habeant	24.	Buglossatum saccharum quid faculta tis habeat	140.
Arthetice pilule	134.	Bulismi curatio	115.
		Bulismus quid sit	115.

I N D E X.

C			
<b>C</b> Alamenti electuarium	150.	Carycē recētes ad pleuritida faciūt	96.
Calamenti uis	225.	Caseus uetus assatus sistit fluxus	105.
Calamenti syrupus	122.	Caseus gignit melancholiam	75.
Calculi in urina à renibus ueniunt	51.	Cassia fistula purgandi habet uires	99.
Calculos dissoluens electuarium	154.	Cassie extractę usus	52.
Calor facit pulsum magnum	24.	Cassie puluis	107.
Calor naturalis & accidentalis quid differant	34.	Castaneę sistunt	104.
Caloris sedatio	50.	Castitatem facile seruant qui habēt testiculos frigidos	12.
Calor naturalis fortior est in hyeme quā in æstate	49.	Castorei oleum	187.
Calor in corpore quomodo gignat	19.	Cataputia prouocant uomitum uio- lenter	74.
Calor acutus quid significet	46.	Catarrhi peculiare senum sunt	7.
Cambium qualis humor sit in corpore pag.	79.	Catarrhi remedium	142.
Camomille decoctio	66.	Catarrhus uarijs humoribus constat, pag.	101.
Camomille decoctio ad que utilis sit pag.	III.	Catharticum quale sit remedium	138.
Camomille olei usus	182.	Catholicum qualis medicina sit	136.
Camomille oleum	187.	Causarum genera	4.
Camphora utilis in syncope	113.	Causon quam febrē græci uocent	61.
Camphore trochisci	162.	Causonem febrem que curēt	67.
Cancrorum cinis	166.	Causonis febris descriptio	66.
Capillus ueneris ad pleuresim facit	96.	Causon qualis sit febris	210.
Capitis diuersitates	10.	Causon est ceteris febribus ardentior, pag.	67.
Capitis abrasio claudit poros	52.	Causus febris quando potissimum accidat	67.
Capitis frigiditas quid faciat	110.	Causarum ordine fiunt res oēs	3.
Capones	49.	Causa materialis hominis	4.
Capparum trochisci	164.	Cauteriorum genera	177.
Capparū oleum	196.	Centaureę usus ad dolorē uentris	III.
Caprarum lac magni est usus in hecti- cis febribus	81.	Centaureę unguentum	181.
Capreoli	49.	Ceparum decoctio	74.
Caput paruum	10.	Cepe utilitas in pestis apostemate	92.
Carabe trochisci	163.	Cepe possunt esse causę fluxuum	101.
Carbūculos mortificās remediū	177.	Cephalica uena	54.
Cartilagine frigidiores esse	14.	Cerebri natura	6.
Carnes laudabiles quibus rebus con- diendę sint	72.	Cerebri substantia frigida est	9.
Carnes laudabiles	49.	Cerebri uentriculi	9.
Caro est natura calida	14.	Cerebro sano, citius sanantur ægritu- dines	49.
Carthami oleum	182.	Cerebrum frigidum quid in homine faciat	9.

Cere

I N D E X.

Cerebrū siccū qualē hominē facit	9.	Cholericus sanguis ex cibis calidis gignitur	40.
Cerebrū temperatę complexionis	9.	Chordę sunt frigide	14.
Cerebrū calidū qđ in homine faciat	9.	Chyrgię officium	37.
Cerebrum humidū docile esse sed obliuiosum	10.	Cibi calidi mali sunt nutrimenti	40.
Cerebrum frigidum est	14.	Cibi mali gignūt malos humores	40.
Ceraforum acetosorū succus uim habet astringendi	105.	Cibi elixi molliunt uentrem	50.
Cerotum quod durissima apostemata resoluere potest	86.	Cibi qui causę possint esse fluxuū	101.
Cerotum ex harmoniaco quid uirium habeat	174.	Ciborum in ægrotis quantitas	38.
Cerussę unguentum	178.	Ciborum in febribus modus	48.
Chalybeata aqua sistit	105.	Cibus horę consuetę	48.
Chalybis limatura quomodo preparatur	142.	Cicerum ius competit in febribus	49.
Chelidonię electuarium	154.	Cicerū brodiū purgat excremēta	99.
Chili generatio	16.	Cicerum electuarium	155.
Cholera audacē reddit hominem	7.	Ciceris aqua quosdam soluit	263.
Cholera unde gignatur	13.	Cimices quid luget	180.
Cholera causa morborum est	14.	Cinis ex ouis	155.
Cholera calida est	14.	Cinis radicum caulium	155.
Cholera ex quibus rebus generet	17.	Cinis uitri quomodo fiat	155.
Cholera unde gignatur	40.	Cinamomi electuarium	149.
Cholera alternis diebus putret	41.	Cinamomū confortat stomachū	114.
Cholera estatis propria	42.	Cistis fellis natura	7.
Cholera uitellina qualis sit humor	52.	Citoniorum electuarium cohibet uomitum	74.
Cholera pura extra uenas putrescens facit tertianam febrem	62.	Citoniorum olei natura	184.
Cholera gignit causonem febrem	66.	Citri cortex cōtra pestē sumi debet	91.
Cholera facit breues paroxysmos	83.	Clystere quod possit esse usui in febre sanguinea	60.
Cholera quales gignat egestiones	103.	Clystere ad extrahendū phlegma salsum, pag.	73.
Cholera est causa doloris uentris	111.	Clysteria febrium sunt peculiare remedium	56.
Cholera uitellina unde fiat	220.	Clysteria lenitiua conducunt in morbo pestilentiali	92.
Cholere natura	7.	Clysteribus quid in febribus fieri possit, pag.	51.
Cholere uarię species	18.	Cretici dies	55.
Cholere uitelline urina	29.	Colocynthe trochiscorum usus	132.
Cholere ardentis urina	30.	Croceum unguentum	169.
Cholerica complexio facit urinam fuluam, pag.	26.	Crocus quo pacto sedet dolorē	176.
Cholericę febres	44.	Crytalli puluis quid operetur	167.
Cholericę febres quomodo fiāt	61.	Crytallum refrigerat sitim	109.
Cholericum humores	41.	Coagula sistunt fluxus	104.

I N D E X.

Cochiæ pilulę	131.	Cucumer competit pleurisi	96.
Cochion trochisci	160.	Cucumer siti aduersatur	109.
Coitus frequens quid noceat	12.	Cucurbitę usus	51.
Coitus causa potest esse febris	39.	Cucurbitarum decoctionem refrige-	
Coitus frequens debilitat corpus	196.	rare, pag.	52.
Colicā curat electuariū pigamū	150.	Cucurbitarū usus i febre sanguinea	60.
Colicę passionis fluxus	100.	Cucurbitularum usus	55.
Colocynthę decoctio	52.	Cupressi nuces sistunt fluxum	104.
Colocynthę pilulę	154.	Cutis numerat inter calidiora mem-	
Colocynthę trochisci	163.	bra corporis	14.
Comedendi horę in febris	48.	Cutis signa	199.
Complexio temperata quid sit	6.	Cyclamini decoctio	52.
Complexio hominis quid sit	6.	Cyminum adustum sistere potest flu-	
Cor subtilissime sanguine constat	6.	xus, pag.	104.
Cor fons uite	7.	Cymini confectio	147.
Cor frigidū timidū hominē facere	8.	Cymini usus	166.
Cordis uarietates, uarietatem corpo-		Cymini adusti uirtus	167.
ris & animi faciunt	8.	Cynoglossę pilulę quid uirium habe-	
Cor sedes est anime	8.	bant, pag.	154.
Cor humidū qualē hominē faciat	8.	<b>D</b>	
Cor tēperatū qd in homine generet	8.	<b>D</b> Amascenum electuarium	158.
Cor calidū quale pectus faciat	8.	<b>D</b> Dactyli	57.
Cor meliores humorū partes eligit	18.	Definitio quibus constet	1.
Cor esse officinā omniū febrīū	34.	Demonstratio in omni scientia est ne-	
Corrallina confectio	152.	cessaria	2. & 3.
Corallus est ex stipticis	104.	Demonstrationis cōpositiuę usus	3.
Coriandrū stipticis annumerat	104.	Dentium signa	198.
Coriandri oleum ad capitis dolorem		Deus quomodo in mundo sit	16.
ualet	110.	Dietę qd in medicina possit	37. & 38.
Cordis tremorē curat theriaca	157.	Diacitonium uomitum cohibet	74.
Cordiale epithima	168.	Diacitonium quid nature habeat	141.
Cordialis pulueris uirtus	165.	Diadragantum medetur tussi	113.
Corneę quid uirium habeant	141.	Diarhodon trochisci	74.
Cornearum succus fluxus sistit	105.	Diaria unde ueniat	101.
Cerui pręnuntiant pestem	87.	Diapapauer somnum inducit	125.
Conseruę saccharorum	61.	Diapapauer tussi medetur	113.
Costi electuarium	154.	Diapenidion facit ad pectoris dolores	
Costini olei natura	185.	pagina	126.
Cotonea ex frigidis stipticis sunt	104.	Dia stole pulsus	19.
Coturnices	49.	Dictamnus aduersatur pesti	91.
Cucumer iuuat in febre sanguinea	60.	Diffinitiones sunt difficiles	3.
Cucumer asininus quemadmodū uo-		Digestio quid sit	52.
mere faciat	74.	Digestionis signa	35.
		Dolor	

I N D E X.

Dolor potest esse causa ephemeræ febris, pag.	39.	Erasistrati unguentum	173.
Dolores sedantes medicine	156.	Epilepsię remedium	123.
Doloris signa	200.	Epithymi syrupus	122.
Dorsum quare nōnunquā doleat	112.	Euacuatio sanitatis est causa	53.
Draganti unguentum	181.	Eugenij cerotum	174.
Dysenteria qualis fluxus sit	102.	Eupatoriij pilule	131.
E		Eupatoriij syrupus quid facultatis habeat, pag.	123.
Eclipsis lunę causa	3.	Eupatoriij electuarium	154.
Egestiões quid in morbis cognoscendis doceant	45.	Eupatoriij trochisci	74. & 162.
Electuaria lambenda	125.	Eupatorio factus syrupus	53.
Electuariū, quod uocāt letificans	147.	Euphorbij pilule	133.
Electuariū ex calamentho euacuat melancholiam	78.	Euphorbij oleum	185.
Electuariorū solutiōrū uirtus & cōfectio 135. & 136. & 137. & 138. & 139.		Euphorbiū cur sternutationem faciat, pagina	113.
Elemi cerotum	175.	Euphragię confectio	152.
Ellebori uis in prouocādo uomitū	74.	Excrementorū qualitas & quātitas quod in morbis significant	45. & 103.
Ellebori unguentum	179.	Extremitatum signa	199.
Elixa plus nutriunt quam assa	77.	F	
Endiuiā utilis in febre sanguinea	60.	Facies signa	197.
Endiuię bonitas	51.	Facies quas notas in morbis indicet, pag.	46.
Endiuię syrupus	52.	Fames potest esse causa febris	39.
Endiuię syrupus quas habeat uires	119.	Famis insatiabilis causa	115.
Enule campanę natura	228.	Fames auget melancholiam	75.
Epar temperatum quid faciat	10.	Febrē phlegmaticā sanās electuariū	74.
Epar siccū qualem sanguinē gignat	11.	Febrem quartanā curantes pilule	133.
Epar calidius temperato	11.	Febres continuę	41.
Epar est calidum	14.	Febres uarię ex uarijs humoribus	42.
Epatis natura	6.	Febres cōtinuę senibus sunt periculo, se pag.	43.
Epatis diuersitates	11.	Febres interpollatę quō incipiant	43.
Epatis humidi sanguis	11.	Febres putridas mali humores gignūt, pagina	44.
Epatis apostema	95.	Febres ferē oēs gustū corrumpūt	46.
Epaticus fluxus unde ueniat	101.	Febres humorales in principio requirunt phlebotomiam	53.
Ephemera febris	39.	Febres sanguinę quibus potissimum accidant	58.
Ephemera	47.	Febres phlegmaticę diurnę sunt detiores nocturnis	71.
Ephemera febris unde primū oriāt	79.	Febres phleg. difficiles curatu	74.
Ephemera in hecticam cōuertitur	80.		
Ephemere species	34.		
Ephemere calor qualis sit	39.		
Ephemerę febres leues sunt	40.		
Ephemerę febris urina	188.		

Febres quartanę quando accidunt	75.	Febris quartanę circuitus	74.
Febres quartanę in æstate solent bre- uiores esse	75.	Febris quartanę signa	75.
Febres alię pariunt melancholiam	75.	Febris quartana quos morbos sanet, pagina	75. & 78.
Febres pestilenciales plerunq; sunt cū apostemate	85.	Febris quartanę longitudo	75. & 78.
Febres apostematum	85.	Febris quartanę cura	76.
Febres quando soleant redire	85.	Febris humoralis unde fiat	79.
Febres compositę quę dicantur	237.	Febris unde sortiatur nomen	79.
Febri sanguineę utilis potio	61.	Febris recidiuę curatu sunt difficiles	85.
Febri continuę quantus cibus cōueni- at, pag.	72.	Febris continua ex apostemate cordi propinquo	94.
Febri quartanę in declinatione conse- runt balnea	79.	Febris quartanę remedia	122.
Febrientes solent capite dolere	110.	Febris ephemerę difficilis est cogni- tio, pag.	188.
Febrientes quare male spirent	114.	Febris putridę signum	189.
Febris diuisio	2.	Febris tertianę signa	190.
Febris ortus	34.	Febris phlegmaticę signa	190.
Febris tertiana ex cholera	34.	Febris quartana unde fiat	193.
Febris continua ex sanguine	34.	Febris diffinitio & diuisio	201.
Febris unde dicta	34.	Febris ephemerę curatio facilis est	203.
Febris putrida	40.	Febris putridę generatio	205.
Febris sanguinea in phlegmaticam quando conuertatur	42.	Febris tertiana continua quę sit	212.
Febris quartana longa est	44.	Febris quotidiana continua	213.
Febris periodicę accessiones	44.	Febris quartanę natura	214.
Febris sanguineę notę	44.	Febris tertiana uera quę sit	215.
Febris continua gustum adimit	48.	Febris interpollata ex quibus humori- bus constet	215.
Febris essentia unde colligatur	45.	Febris tertiana notha ex quibus pro- creetur humoribus	220.
Febris tertianę purę, myxtę & conti- nuę differentia	63.	Febris tertiana duplex	223.
Febris continua quę sit mortalis	46.	Febris quotidiana ex quo humore ge- neretur	223.
Febris diuisio	47.	Febris quotidiana notha ex quibus hu- moribus fiat	227.
Febris inflatiua	58.	Febris quartana uera ex quibus humo- ribus fiat	229.
Febris sanguineę complicatę cū alijs signa	58.	Febris quartanę nothę generatio	231.
Febris sanguineę remedia	60.	Febris erratica	234.
Febris continua ex cholera	61.	Febris syncopalis natura	234.
Febris tertianę calor	62.	Febris hecticę natura	240.
Febris tertiana mixta à quo humore gignatur	63.	Febris pestilencialis natura	244.
Febris phlegmatica unde gignat	68.	Febris tertianę purę cognitio & cura pagina	251.
Febris curatio	71.		Febris

I N D E X.

Febris tertianæ continuę cura	257.	Fluxus qui indicet hecticam	103.
Febribus quales cibi conducant	40.	Fluxus qui hecticis accidit	103.
Febribus quomodo superueniat fluxus, pag.	103.	Fluxuum causa	100.
Febribus quibusdam tussis sæpe accidit, pag.	113.	Fluxuum signa	102.
Febriticantes quō nutriendi sint	48	Fluxuum medela	104.
Febriticatēs debēt esse bono animo	60	Fœminæ quando gignantur	11.
Febriticantiū frigus leue tolerandum non tollendum	107.	Fœniculi decoctio	73.
Febriticantiū cōmune uitium	49.	Fœniculi usus	99.
Febrium tria esse genera	39.	Fœniculi utilitas in doloribus uentris, pagina	111.
Febrium causę uarię	40.	Fœniculi confectio	152.
Febrium differentię	44.	Fœniculi natura	228.
Febrium futurarum notę	44.	Fœnogręci usus in pleuritide	96.
Febriū interpollatarū cibādi hora	48.	Fœnogręci farina quas facultates habet	166.
Febrium curatio	48.	Fœtidę pilulę quas uires habeant	135.
Febrium accidentia curanda sunt	51.	Fricationes in declinatione conferunt magis quā in augmēto febriū	52.
Febrium remedia peculiare sunt clysteria, pag.	56.	Fricationis natura	254.
Febrium quartanarū paroxysmi	76.	Fricationes conferūt fluxibus	106.
Febrium frigus quę arceant	78.	Fricationes manuum & pedum	107.
Febrium oppilationū remedium	145.	Frigida oppilant	51.
Febrium continuarum signa	193.	Frigus potest gignere febrem	39.
Febrium compositarum signa	194.	Frigus quomodo dolorē pariat	112.
Febrium acutarum signa bona	197.	Fruentorum oleū quomodo fiat & quā uim habeat	186.
Fellis receptaculi uarietas	13.	Fumiterre syrupus	122.
Fellis receptaculum est ex calidis membris, pag.	14.	Fumiterre pilulę	132.
Fermento factum emplastrum	176.	Furfuris decoctio	73.
Ficedulę	49.	Furor causa febris	39.
Fluxus quando bonus quando malus sit, pag.	46.	<b>G</b>	
Fluxus quo tēpore sepius accidant	101.	Galla est ex stipticis	104.
Fluxus catarrhalis unde proficiscat	101	Gallę sistunt fluxum	104.
Fluxus causa solet esse uehemens frigus pedum	101.	Galli ueteris brodium	99.
Fluxus cerebri unde fiat	101.	Gallia muscata quam facultatem habet	162.
Fluxus intestinalis causa	101.	Gallici morbi pilulę	132.
Fluxus splenetici quales sint egestiones, pag.	102.	Gallarum caro	49.
Fluxus intestinalis unde generet	102.	Gallorum iuuenum testiculi	49.
Fluxus oppilatiuus qualis sit	102.	Gallorum rex Carolus	88.
		Gariophyli compescunt uomitū	74.
		Gariophyli cōfortant stomachū	114.
		Gariophylorum electuarium	148.

I N D E X.

Gemmarum electuarium	147.	Hemitriteus qualis febris sit	82.
Genitalium membrorum natura	6.	Hemitritei signa	82.
Genitalia cōplexionem corporis non immutare	11.	Hemitriteus qualis febris sit	239.
Genitalia que serius pubescant	12.	Hemitritei ferè semper sunt longi	84.
Glandiū intermedie copule sistet	104.	Hemitrite unde fiat	85.
Granata poma contra pestem sumun tur, pag.	91.	Hemitriteus difficulter cognoscit	84.
Gummi arabicum ex stipticis est	104.	Hemitritei remedia	84.
Gustum ferè febres adimunt	46.	Hemitritei paroxyfmi	82.
Gustum quid restituat	74.	Hemitriteus periculosa febris	82.
Gustū i principio quartanę amittit	77.	Hermodaetylorum pilulę	134.
Gustū iuuantes pilulę quales sint	114.	Hiere simplicis pilularum usus	129.
Gustus cura debet esse in omni mor bo, pagina	114.	Hiere picre usus	52.
Gypsum habet uim obstruendi	108.	Hiere picre usus	140.
H		Hippocrates senex	48.
<b>H</b> æmorrhoidarum fluxus quar tanam sanat	78.	Hirci sanguinis uirtus in frangendis lapidibus	156.
Hæmorrhoidarū fluxus remediū	141.	Hædi	49.
Hæmorrhoides & menstrua suppressa possunt gignere febrem	40.	Homo paruus mundus uocatur	15.
Hæmorrhoides qualē fundant sangui nem, pag.	103.	Hominis causa formalis quæ sit	4.
Hæmorrhoides curans unguentū	181.	Homotenus febris	58.
Hæmorrhoidarū profluuiā cohiben tis pilulę	134.	Horripilatio quid sit	42.
Hæmorrhoidibus suppressis quæ ue na incidi debeat	54.	Hordei aqua quō confici debeat	96.
Halicarontis trochisci	159.	Hordei in febribus usus	49.
Hamechinum electuarium	138.	Hordei usus in pleuritide	96.
Hectice febris signa	194.	Hordei aqua	49.
Hectice febris species	79.	Humores in corpore ubi generent	16.
Hectice febris primus fons	79.	Humores corporis	79.
Hectica febris unde dicatur	80.	Humores in uenis & extra putrescen tes, pag.	41.
Hecticis conferens electuarium	126.	Humores frigidi digerēdi sunt	50.
Hectice febris calor qualis sit	80.	Humores mali ex cibis malis	40.
Hectice cura	80.	Humores calidi quibus digerant	104.
Hecticę febris paroxyfmi	80.	Humores quatuor utrum sint actu an potentia in uenis mixti	57.
Hectice febris signa	79.	Hydropisis ex nimio potu	109.
Hectice cū putride cōplicare signa	80.	Hydropisim timens quid facere debe at, pagina	74.
Hectica quō consumat corpus	79.	Hydropisis remedium	155.
Hectica quomodo generet febris	34.	Hydropisis aliquādo ex diaria fit	10.
		Hydropisi conducentes pilulę	134.
		Hydropicis qualis fluxus accidat	103.
		Hydropicorum electuarium	139.
		Hyeme maxime senes laborant	45.
		Hyeme	



Hyeme plus comeditur	49.	Lac quod sit optimum	245.
Hyoſcyami trochiſci	163.	Lac mulierum hecſticis utile	81.
Hypericonis oleum	187.	Lachrymę præter uoluntatē quid ſigni- ficent	47.
Hypoſtaſis grauidarum	32.	Lactis aqua bis cocta ſomnum indu- cit, pag.	110.
Hypoſtaſis in urina	30.	Lapillorum precioſorum uſus	92.
Hyſſopi ſyrup⁹ quas obtineat uires	119.	Laudani pomum	165.
Hyſſopo factus ſyrupus	53.	Laudanum aduerſatur ſyncopi	113.
Hyſſopi unguentum	171.	Laudani uirtus	165.
Hyſſopus humida quomodo fiat	171.	Laurinum oleum	182.
Hyſſopinū unguentū ad qd utile	26.	Lazuli lapidis pilulę	133.
Hyſſopi electuarium	151.	Legumina melancholiã gignunt	75.
Hyſſopi uſus in pleuriſi	96.	Legumina craſſum faciūt ſanguinem, pagina	40.
I			
<b>I</b> ctericiam curans electuarium	137.	Lentes quam uim habeant	97.
Ilecur frigidum crudū ſanguinē ge- nerat	11.	Lentes quo pacto ſedant dolores	176.
Ignis utilitas in peſte	91.	Lepram gignit melancholia	75.
Imperiales pilulę quam habeant uirtu- tem, pag.	130.	Leporis pili ſiſtūt ſanguinē nariū	108.
Incantationibus non credendum	48.	Leporis cinis quomodo fiat	155.
Ingluuię multi moriuntur hodie	25.	Leporis coagulū cōſtringit uentrē	105.
Indum electuarium	137.	Lepores	49.
Iouis ſtella eſt benigna	15.	Leprę inueteratę medicina	122.
Ira gignit febrim	39.	Leporis fel dormire facit	720.
Irinum electuarium	127.	Lienis munus	13.
Irinum oleum	184.	Ligamenta frigide complexionis	14.
Irinum unguentum quid facultatis ha- beat, pag.	171.	Ligni aloës electuarium	148.
Ireos oleum	99.	Ligni aloës electuariū ad qd utile	74.
Iuiubinus ſyrupus quā habeat uim	119.	Liliorum alborū radices maturāt apo- ſtemata	26.
Iuleb ad febrim ſanguineam	61.	Liliorum oleum	183.
Iuniperi olium	186.	Liliorum alborum oleum	99.
Iupiter ſecūdus à Saturno planeta	15.	Lini ſemen utile ad tuſſim	127.
Iuuenum pulſus	24.	Lingux interfectę remedia	112.
Iuſtinum electuarium	155.	Lingux nigredo in febris	47.
Iuuentutis temperamentum	7.	Lingux adultio quomodo cureſ	219.
L			
<b>L</b> ac quō coctum ſiſtat fluxū	105.	Lini oleum	182.
Lactis caprini ſerum	73.	Lingux ſigna	198.
Lactuca ſomnum inducit	110.	Lini ſeminis concoctio	98.
Lactucę natura	51.	Lingux nigredo unde ueniat	112.
Lactuca uſui eſt in curatione febris ſan- guinę	60.	Liquiritię pilulę	135.
		Liquiritia medetur tuſſi	113.
		Liquiritię uſus in pleuritide	96.

I N D E X.

Lithargyrj unguentum	178.	Matricis syrupus	123.
Lotium unde dicatur	25.	Matricis prodeuntis remedium	167.
Lubrici pueri fiunt senes stiptici	102.	Medicinj quo tēpore cauēdj sint	56.
Lucis pilule	132.	Medici in morbis officium	48.
Lunæ defectiones	3.	Medici quas causas considerent potissimum	5.
Lunę radij replēt caput uaporibus	90.	Medicinj scientia quid doceat	1.
Lunę situs	15.	Medici consideratio	1.
Lunę cursus	55.	Medicamenta tutiora	48.
Lupulorum syrupus	53.	Medicinj subiectum	1.
Lupulos comedere possunt febricitantes, pag.	49.	Medicina unde addiscatur	4.
<b>M</b>		Medicinj miscendę sunt iuxta humorum diuersitatem	78.
<b>M</b> Aluę decoctio	73.	Medicum oportet esse peritum logices, pag.	3.
<b>M</b> Aluę concoctio	98.	Medullę frigidę sunt	14.
Maluę radices maturant apostemata, pagina	86.	Melancholiam purgentia	78.
Maluę decoctio ad clysteria utilis	51.	Melancholiam qui cibi gignant	75.
Mammillę ex humidioribus mēbris sunt, pag.	14.	Melancholia putrida facit quartanam febrem	75.
Mannę electuarium	135.	Melancholia duplex	75.
Manus Christi cum margaritis	144.	Melācholia quartanā febrę gignit	34.
Manus adnotata maturat apostemata, pagina	86.	Melancholicum cerebrum	10.
Mannę trochisci	74.	Melancholia in splene gignitur	40.
Mannę trochisci	164.	Melancholię uapores non facile ad cerebrum ascendunt	46.
Manna habet uim purgandi	99.	Melancholia naturalis quę sit	195.
Mars est ex malis prophetis	14.	Melancholia quale apostema faciat	95.
Marrubij concoctio	125.	Melancholia sęx est quatuor humorum, pag.	75.
Martis stella	87.	Melancholici uapores	4.
Martiũ unguentũ qđ uiriũ habeat	171.	Melancholia est frigida	14.
Martis natura	7.	Melancholia autumnī humor	42.
Martium unguentum	78.	Melancholię natura	7.
Mars facit audaces	7.	Melancholia quibꝰ rebus digerat	78.
Mastichinum oleum	184.	Melancholia non facit graues capitis dolores	110.
Margaritarum confectiois usus	152.	Melancholia quales gignat egestiones, pag.	103.
Mastichis unguentum	170.	Melācholicus humor ubi generet	13.
Masculi quando gignantur	11.	Melancholicę febris signa	195.
Mastiche sistit	104.	Melancholia cancrum gignit	75.
Mastiche opem fert infirmę digestiue, pag.	105.	Melancholię officium in corpore	17.
Mastichinę pilule ad quę utiles	130.		
Mastiche uim habet stomachum conforandi	114.		

I N D E X.

Mel quomodo præparatū capillos ge- neret	178.	Musculi calidi sunt	14.
Mellis rosati confectio	117.	Muscus aduersatur syncopi	113.
Mellis effectus	72.	Musa quibus febribus proffit	161.
Mellis usus in pleurisi	96.	Musci electuarium	148.
Mel passularum quomodo fiat	127.	Myceleta fluxibus medetur	143.
Mellis aquę utilitas	49.	Myrtinum electuarium quas uires ha- beat	145.
Meliloti unguentum	173.	Myrtinum oleum sedat sudorem	108.
Melle rosato factus syrupus	53.	Myrtinum electuarium aduersatur uo- mitui	109.
Meliloti emplastrum	86.	Myrtinum oleum	184.
Mellis rosati natura	117.	Myrtus sistit fluxum	104.
Memoria in qua parte cerebri sit posi- ta, pag.	9.	Myrabolanorum electuariū quid ope- retur, pag.	142.
Memphytum ad quę utile sit	139.	Myrrhæ electuarium	153.
Menstruorum fluxus remedium	141.	Myrrhæ trochisci	164.
Mentastri natura	228.	Myrrhę unguentum	178.
Mentę syrupus	121.	N	
Menstrua sanant quartanam	78.	Narium sanguis quomodo com- pescatur	108.
Mentę puluis	166.	Narium signa	198.
Menta uomitum curat	109.	Nardinum oleum	184.
Menstrui prouocatiuum	156.	Nasturtij seminis electuarium	143.
Mercurius cum quibus planetis malus sit, cum quibus uero bonus	14.	Neapolitanus rex à rege Gallię bello superatus	88.
Mercurialis decoctio	73.	Nenupharis oleum	183.
Mercurialis concoctione potest clyste- re fieri	51.	Nucę natura	6.
Mercurij natura	7.	Nerui frigidi sunt	14.
Merulę	49.	Nerui causa motuum	9.
Mezereon pilulę	134.	Neruorum frigiditas ægri tudines cu- rans, pag.	151.
Milij solis grana quā uim habeat	263.	Neruorum ægri tudines frigiditas cu- rans syrupus	123.
Milium excorticatum quid faciat	72.	Neruorum natura	6.
Minij unguentum	180.	Nuces cōdite quid uirtutis habeāt	141.
Mithridaticū Theriacę proxima	159.	Nucum uiridium corticum usus	128.
Mora immatura sistunt	104.	O	
Morborum acutorū signa fallacia	36.	Oculorum signa	197.
Morborum augmentum	55.	Odores suaues plurimum pos- sunt aduersus syncopim	113.
Morbi qui periculosi sint, q nō sint	45.	Odorifera cōfectio quid facultatis ob- tineat, pag.	146.
Morbi gallici causa	82.	Odoriferę species quę usū habeāt	165.
Morborum indicia	45.	Olera	
Morborū acutorū notę fallaces sunt, pagina	47.		
Motus unde in animalibus sit	9.		
Mucilaginum unguentum	169.		

I N D E X.

Olera inflant	49.	Papaueris pilulę	135.
Olera pauci sunt nutrimenti	40.	Papaueris syrupus quid faciat	120.
Oleorum natura & confectio	181.	Paralyfim curantes pilulę	133.
Oleum coctum cum tela aranę quid in phlegmatica febre possit	74.	Paroxyfmi principium	36.
Opiatę medicinę quid faciat	156.	Paroxyfmi ieiuno ftomacho inuade/ re debent	48.
Opiata medicamina fomnũ pariũt no		Paroxyfmi non femper cerum offen/ dunt humorem	42.
Opiata quando ufurpanda fint in do/ lore uentris	111.	Paroxyfmi febris phlegmatici	68.
Oppilationes unde fint	3.	Paroxyfmi quartanę febris	76.
Oppilatio febrem gignit	39.	Paroxyfmi tertianę febris	62.
Oppilatorum electuarium	154.	Paroxyfmi debent inuadere ftoma/ cho ieiuno	72.
Opoponaci pilulę	134.	Paroxyfmorũ tẽpore quid agendũ	51.
Origani concoctio	106.	Paroxyfmorum ordo	41.
Origani natura	228.	Paroxyfmi leuiores qui fiãt	48.
Orizenatura	72.	Passularum ufus in pleuritide	96.
Oris figna	198.	Passularum natura	72.
οὐρετω Gręcum uerbum	25.	Passularum confectio	152.
Ossa frigida funt	14.	Passulę epaticis profunt	105.
Oua i aceto cocta fluxib9 medent	105.	Passulis febricitans potest refici	50.
Oua recentia forbilia	49.	Pastinaca per urinam purgat	99.
Oua in aceto cocta quã facultatem habeant	105.	Pectus anguftum quid fignificet	8.
Ouorum corticum cinis	155.	Pectus pulchrum	8.
Oui albumen cohibet fluxum fanguĩ/ nis narium	108.	Peripneumonia ex pleuritide orit	93.
Oxycroceĩ ufus	175.	Persica condita quid ufus habeãt	141.
Oxymellis fimplicis uis	225.	Pestis qualis fit morbus	86.
Oxymel squilliticũ quomodo fiat	124.	Pestis caufa	195.
Oxymel compositũ ad quos morbos utile, pag.	53.	Pestifer laborãs q fyrupi fint utiles	92.
Oxymel copositũ cuius fit nature	118.	Pefte laborantes perituri qui funt que accidentia habeant	88.
Oxymel fimplex quã uim habeat	118.	Pestis in quos potiffimũ sæuiat	88.
Oxyfacchara quã uim habeat	118.	Pestilentię future uaria figna	87.
P		Pestis quomodo possit caueri	90.
<b>P</b> Ampinorum decoctioes	51.	Pestilentiales pilulę quantum profunt & quomodo fiant	150.
Panis non fermentatus quid faci/ at, pag.	99.	Peftheaduersans remedium	151.
Panicum deficcac phlegma	72.	Pestis quo tpe frequentius accidat	87.
Papauer fomnum inducit	110.	Pestis ab igne arcetur	51.
Papaueris femen ad fomnũ facit	60.	Pestis unde preueniat	86.
Papaueris oleum	183.	Pestis quot diebus interficiat.	90.
Papaueris albi natura	51.	Pestis figna	89.
		Pefte corpora que fint obnoxia	106.
		Pestis	

I N D E X.

Pestis cur mortalis sit	88.	Phlebotomia uti cōducit aduersus pe-	stem, pag.	91.
Pestilentialis febris signa	195.	Phlebotomia in febre quartana	77.	
Pestis unde dicatur	26.	Phlebotomię usus in pleuritide	96.	
Pestis apostemata quomodo curanda	92.	Phlegmatis uarię species	68.	
pagina	92.	Phlegmatis materias educens remedi-	um, pag.	127.
Pestis quando recessura est multi eu-	dunt, pag.	90.		
Peste laborantium fœtor oris est signū	197.	Phlegma hyemis propria	42.	
mortis	197.	Phlegma modicum facit paroxysmos	leuior, s	42.
Pestilentia correpti quid & quantum	92.	Phlegma quando generetur	42.	
debeant comedere	92.	Phlegmatica febris quomodo incipi-	at, pag.	44.
Pestis remedium	124.	Phlegmaticis febribus solet accidere	tussis	113.
Peste cor magis laborare quid signi-	fit, pag.	89.		
fit, pag.	89.	Phlegmaticum cerebrum	10.	
Peste curat phlebotomia	91.	Phlegma quomodo moueatur	223.	
Pestis cura	245.	Phlegma ē quotidianę febris causa	34.	
Pestilentialis febris signa	244.	Phlegma in stomacho gignitur	40.	
Pestis urina	29.	Phlegmatis uarię species	18.	
Pestis carbunculi quomodo curandi	sint	93.		
sint	93.	Phlegmaticę egestiones	103.	
Petroselinum purgat	99.	Phlegmatis natura	7.	
Pharmacotutior est phlebotomia	54.	Phlegmatis officium in corpore	17.	
Phasiani	49.	Phlegma qualem urinam faciat	29.	
Phœnicum emplastrum	173.	Phlegmatis uapores raro eleuātur ad	caput	46.
Philosophorum oleum	186.	Phlegma non facit acutos capitis dolo-	res, pag.	110.
Philomenę cor & oculi quas occultas	uires habeāt	220.		
Phlebotomandum cū urina tendit ad	rubedinē in phlegmatica febre	265.		
Phlebotomia morborum curatio ex-	ædita, pag.	53.		
Phlebotomia quando uitanda	54.	Phlegma ex frigidis gignitur	40.	
Phlebotomia desiccet	54.	Phlegma frigidum est	14.	
Phlebotomia in febribus quando fieri	debeat	54.		
debeat	54.	Phlegma in febre quid faciat	59.	
Phlebotomia infrigidat	259.	Phlegma caussa egritudinum est	14.	
Phlebotomia in qua febre semper lo-	cum habeat	214.		
Phlebotomia in uere est salubrior	56.	Phlebotomia ex quo loco fieri debeat	pagina	60.
Phlebotomia quomodo utendum in	peste, pag.	92.		
Phlebotomia in febribus phlegmati-	cis quando necessaria	73.		
		Phlegma quid sit	16.	
		Phlebotomia in febre sanguinea in	primis utilis	60.
		Phlebotomia quibus febribus condu-	cat, pag.	65.
		Phlegma dulce quomodo curetur	71.	
		Phlegma qualis humor sit	68.	
		Phlegmatis humoris curatio	71.	
		Phlegmaticę febris cura	71.	

I N D E X.

Phlegmatica materia quomodo digeratur	73.	Plantaginis uis in cōsolidandis uenis,	pag.	104.
Phlegma cholericum quibus digeratur, pag.	73.	Plantago stipticat		104.
Phlegma facit apostema molle	93.	Pleuritidis medela		96.
Phlegmatici rarissime pleuritide laborant, pag.	93.	Pleuritidis causa antecedens		94.
Phlegma à quibus rebus corrumpat, pagina	68.	Pleuritidis dolor		95.
Phlegma acetosum maximum frigus facit	69.	Pleuresis in quos morbos commutatur, pag.		94.
Phlegmatici parum sitiunt	69.	Pleuritidis signa		94.
Phlegmatici parum sudant	69.	Pleuresis in diaphragmate ubi gignat dolorem		95.
Phlegmatici uitio stomachi moriuntur, pag.	74.	Pleuresis in latere sinistro deterior est, pag.		94.
Phlegmaticę febris signa	68.	Pleuresis mendosa ex uētositate est		93.
Phlegmaticę febres quibus potissimū eueniant	68.	Pleuresis quo anni tempore potissimū fiat		94.
Phlebotomiam à phrenesi præseruare pagina	98.	Pleuritidis humor qualis sit		93.
Phlegma quales faciat poxysmos	83.	Pleuritidis descriptio		93.
Phænicum unguentum	179.	Pleuritida curans remedium		128.
Phrenesis ex nimia uigilia	110.	Pleuritidis urina		27.
Phrenesim quid prænunciet	90.	Pleuresis aliquando gignitur ex febre sanguinea		59.
Phthisis ex pleuritide orta	93.	Pleuresis quot diebus curetur		93.
Phyloniū persicū quā uim habeat	161.	Pleuresis quę facilius curetur		93.
Phylonium persicum	107.	Plumbo factum unguentum		180.
Phylonię romani uirtus	161.	Pluuiosa tempora aliquādo pestem faciunt		87.
Piceum cerotum quas habeat facultates, pag.	175.	Polypodij decoctio		52.
Pigamū cholice est remedium	150.	Poma granata quibus morbis conferant		176.
Pilularum aromaticarum usus	78.	Pomorum granatorum natura		51.
Pilule in febribus acutis nō bonę sunt, pag.	51.	Pomorum conditorum usus		140.
Pilularum pestilentialium usus	91.	Populeum unguentum		60.
Pilularum foetidarum usus	108.	Populeum unguentum		169.
Pilularum usus & confectio	129.	Populeum unguentum conciliat somnum		110.
Pinpinella aduersatur pesti	91.	Portulacę natura		51.
Pinguedinum unguentum	169.	Portulacę syrupus		110.
Piperum trium electuarium	150.	Portulacę pilule quid facultatis habeant, pag.		135.
Pipionum caro	49.	Portulacę semen cōtra sitim plurimū potest		109.
Pisces faciles corruptionis sunt	49.	Prassio factus syrupus		53.
Planetarū cōiunctiões qd operent	88.			Parab

I N D E X.

Prassij syrupus quam habeat facultatem, pag.	120.	Pulsus pleuritidis	95.
Præmiticus qualis fluxus sit	102.	Pulsus quid sit	19.
Pruna syluestria stipticat	104.	Pulsus quartanæ febris	195.
Pruna damascena quam uim habeât, pagina	109.	Pulsus in tertiana notha	221.
Prunorum damascenorum usus	51.	Pulsuū differentię iuxta ætates	25.
Prunorum electuarium	156.	Pulsus in epatis apostemate	95.
Pfylotrum quem usum habeat	177.	Pulsus post somnum	24.
Pfyllij electuarium	157.	Pulsus uires in morbis indicat	46.
Pueri frequentius comedunt	49.	Pulsus in principio somni qualis sit	24.
Pueritię temperamentum	7.	Pulsus fides index egritudinis & sanitatis, pag.	24.
Puerorum pulsus	25.	Pulsus uermicularis	25.
Puerorum urina	32.	Pulsus hominū nostri temporis ante mortem	25.
Pulegij electuarium	159.	Pulsus tertianę febris	62.
Pulli quemadmodum pestis tempore sint præparandi	91.	Pulsus in paroxysmorū principio	45.
Pulli	49.	Pulsus bispulsans	22.
Pulmo est ex calidiorib9 corporis mēbris, pag.	14.	Pulsus febris hecticę	195.
Pulmo uulpis quomodo præparet	127.	Pulsus diuersitas maximum signū est putridæ febris	44.
Pulmonis apostema	95.	Pulsus ferrinus	25.
Puluerum quorundum usus	166.	Pulsus febris phlegmaticę	68.
Pulsus ubi facilius deprehendatur	19.	Purgandum quando sit per phlebotomia, pag.	56.
Pulsus febris ephemerę	39.	Pyrrhenum electuarium	150.
Pulsus similis caudę muris	25.		
Pulsus unde fiat uelox	21.	<b>Q</b>	
Pulsus temperatus	25.	Q Vartana febris salubris est	44.
Pulsus superficialis est longus	20.	Q Quartanæ febris humor qualis sit, pag.	75.
Pulsus magnus quis sit	20.	Q uæstionum quatuor genera	I.
Pulsus quomodo fiat rotundus	20.	<b>R</b>	
Pulsuum quies	20.	R Amichi trochisci	162.
Pulsus undosus	22.	R Raphani feminis decoctio	74.
Pulsuum substantia quomodo colligatur, pag.	20.	Raphani natura	228.
Pulsus fortis causa	20.	Renes temperamēto frigidus esse	14.
Pulsi submersi causa	20.	Renū lapides prohibēs electuariū	155.
Pulsus febris hecticę	79.	Renes in temperamentis qd mutēt	II.
Pulsus febris sanguinę	59.	Renum temperata complexio	II.
Pulsuum duplex motus	19.	Renum uarietas	II.
Pulsuum inæqualitas	22.	Resinarū usus in unguentis	178.
Pulsus peripneumoniæ	96.	Rheumbarbari trochisci	74.
Pulsus quartanę febris	76.	Rheumbarbari pilulæ	151.
		Rheumbarbari trochisci	164.

I N D E X.

Rigor quid sit	42.	Sambuci oleum	187.
Rigores in febris continuis	47.	Sandalinum unguentum	168.
Rigoris signa	200.	Sandalorum trochisci	163.
Rosatum oleum	182.	Sandalorum trium confectio	145.
Rosarum unguentum	169.	Sandarachæ ceruetum	174.
Rosarum trochisci	162.	Sandarachę natura	115.
Rosarum seminis unguentum	171.	Sanum corpus quo medicinę genere	
Rosarum trochisci	74.	egeat, pag.	1.
Rosarum decoctiones	51.	Sanguinea febris	207.
Rosarum unguentum	51.	Sanguinis pars subtilissima	6.
Rosarum iuleb fluxibus medetur	105.	Sanguis nariū quando bonus & quan	
Rosatum aromaticum	146.	do malus sit	108.
Rosarum succi electuarium	157.	Sanguinis Hirici uirtus	156.
Rosata nouella sedat sudorem	108.	Sanguinis natura	6.
Rosę possunt stomachū roborare	114.	Sanguis quando exeat ex uenis	17.
Rosati sacchari uires	140.	Sanguinem cohibens puluis	167.
Rosati iuleb confectio	116.	Sanguinis superflui signa	55.
Rosatus iuleb	55.	Sanguis melancholicus à splene attra-	
Rosata nouella quid uiriū habeat	146.	hitur, pag.	17.
Rosarum confectio	145.	Sanguinei humores	41.
Rosę stipticę sunt	104.	Sanguinē mundificans decoctio	208.
Rosata aqua debent manus lauari	51.	Sanguis quibus sit mittendus, quibus	
Rosatum iuleb quam facultatem ha-		non, pag.	55.
beat, pagina	116.	Sanguis malus facit febrem sanguine-	
Rugitus per uiscera quid significet	105.	am, pag.	41.
Ruta confert uomitui	109.	Sanguis nonnunquā in choleram con-	
Ruta utilis dolori uentris quādo sit	111.	uertitur	58.
Rutę oleum	184.	Sanguis qualem faciat febrem	57.
Rutę electuarium	154.	Sanguis alios humores excedit in quā-	
		titate, pag.	17.
S		Sanguis draconis fluxibus medet	104.
Saccharum uiolarum sitim extin-		Sanguis uirtutis instrumentū	260.
guit, pag.	109.	Sanguis bonus ex epate temperato	10.
Sacchari rosati uirtus & cōfectio	140.	Sanguis in epate gignitur	40.
Saccharina confectio	145.	Sanguis mittendus in pleuritide	97.
Sacchari in floribus usus	49.	Sanguinea complexio facit urinam ru-	
Saphena aperienda in laborāte peste,		beam, pag.	26.
pagina	91.	Sanguinis minctus quid significet	26.
Salicum decoctiones	51.	Sanguinea febris an cū alijs possit com-	
Salse aquę usus	106.	plicari	58.
Salis gemmę decoctio	74.	Sanguis in epate concoquitur	25.
Saluatella uena	55.	Sanguinei uapores	41.
Sambuci flores quid utilitatis habeant		Sanguis tenuissimus quis sit	8.
pagina	140.		

San



I N D E X.

Sanguis diligenter custodiendus	54.	Senes facilius ieiunium tolerant	49.
Sanguinis fluxus ex naribus quando sit saluber	59.	Senę electuarium	149.
Sanguis malus prius à natura quàm bonus emittitur	54.	Senum pulsus	24.
Sanguis putrefactio	19.	Serpylli electuarium	127.
Sanguis hæmorrhoidū qualis sit	105.	Sermonis signa	200.
Sanguis niger ex naribus fluens malum signum	59.	Serpylli electuarium	99.
Sanguis putridus gignit febrim sanguineam, pag.	58.	Serpylli concoctio	106.
Sanguineę febris propria signa	59.	Serena tempora salubriora sunt	45.
Sanguis calidus est	14.	Sesaminum oleum	182.
Sanguinea febris	57.	Sidera in nostra corpora uim habere, pagina	87.
Sanguifugarum usus in bubonibus pestis, pag.	92.	Sileris puluis quid habeat uirtutis	166.
Sanguifugarum usus	55.	Singultus gutturis spasmus est	115.
Saphena uena pedis	54.	Singultus quomodo curetur	115.
Sapę facultas	105.	Singultus quando sit mortalis	46.
Sarcacolę puluis	167.	Sinapis oleum	186.
Saturnus altus est in palnetis	15.	Sitis in febribus quomodo sit regenda, pagina	109.
Saturnus pater	7.	Sitim sedantes pilulę	135.
Saturnus ex malis planetis est	14.	Sitim mitigantia	109.
Saturni stella	87.	Sistole pulsus	19.
Saunię confectio	144.	Solatri succus facit aduersus capitis dolorem	110.
Scabies potest causa esse febris	59.	Solatri succus	51.
Scabiei medicina	122.	Solatri trochisci	165.
Scabiei unguentum	179.	Solatri decoctio refrigerat	52.
Scabiei ulcerosę remedium	179.	Sol inter Venerem & Martem est	15.
Scientia omnis quibus modis cõstet	1.	Solis intuitus quare sternutamentum motueat	115.
Scorpius frigidus	14.	Solis radij replent caput uaporibus, pagina	40.
Scorpionum cinis quomodo fiat	155.	Sollicitudo parit melancholiam	75.
Scorpionum oleum quam uim habet, pag.	185.	Somni prolixus pulsus	24.
Secundinam educit cassię puluis	167.	Somni immoderati causa	109.
Seminum electuarij usus	152.	Somnum quę arceant, quęq; conciliant, pag.	220.
Semperuiui succus	51.	Somni indicia in morbis	46.
Senum pilulę	151.	Somnus est in fluxibus salubris	105.
Senibus coitus malum & dedecus est, pagina	12.	Somnus febricitantium	60.
Senectutis temperamentum	7.	Somnum conciliantia	60.
Senes medici potius quàm iuuenes cõsulendi	48.	Somnus in paroxysmorum principio malum	52.
		Somnus sitim aufert	109.

I N D E X.

Somnifigna	200.	Spleneticorum syrupus	55.
Sorbarum conditarum usus	141.	Splenis officium in corpore	13.
Spartanum electuarium	149.	Spodij trochisci	162.
Spasmus unde gignatur	114.	Spodium sistendi uim habet	104.
Spasmm sanat quartana febris	75.	Spongię puluis	166.
Spasmi remedium	125.	Squillitici trochisci	158.
Spasmo conducentes pilule	155.	Staphisagriaę unguentum	179.
Spermatis iactura quanto plus noceat quàm sanguinis	12.	Sternutatio quomodo sedari possit, pa gina	113.
Sperma electuarium augens	150.	Sternutatio quibus conferat	115.
Sperma quid sit	12.	Sternutatio unde proueniat	115.
Sperma ab omnibus corporis parti bus fluit	12.	Stomachi natura	7.
Spermatis natura	6.	Stomachicę pilulę quas uires habeat, pagina	150.
Spermatis generatio	18.	Stomachus quibus confortetur	114.
Sperma frigidum esse	14.	Stomachus ex frigidis mēbris est	14.
Spes multum ualet cōtra morbos	37.	Stomachi calidi cibus	12.
Spicam confortare stomachum	114.	Stomachi cura medico habenda	74.
Spicenardi pilularum usus	150.	Stomachica species ad quę utilis	165.
Spine albe descriptione	125.	Stomachum purgantes pilule	129.
Spinachię in febribus usus	49.	Stomachus quis sit pessimus	15.
Spirandi difficultas unde ueniat	114.	Stomachi fluxus	101.
Spiritus est calidus	14.	Stomachus non sanus totum corpus afficit	12.
Spiritus syncerus	25.	Stomachum curantia	74.
Spiritus pars sanguinis subtilissima	6.	Stomachicum unguentum	170.
Spiritus animalis	7.	Stomachus frigidus morborum ma ter est	68.
Spiritus diuersitas	18.	Stomachi dolores unde proueniāt	110.
Spiritus ascendens ad cerebrum	18.	Stomachus mater est ægritudinum	7.
Spiritus quando incenditur epheme ram gignit	59.	Stomacho bene habente salubriores morbi sunt	49.
Splenis natura	7.	Styracis oleum	187.
Spleneticorum syrupus	122.	Sudor quando malus, quandoque bo nus, pag.	108.
Splenis tumori quid medeatur	78.	Sudor totius corporis in febribus con tinuis quid significet	59.
Splen inter membra frigidiora esse	14.	Sudorem quę sedent	108.
Splenetici urina oppilationes remo uet, pag.	79.	Sudor frigidus quid significet	46.
Splenis humidi officium	15.	Sudor ephemerę	188.
Spleneticus fluxus unde ueniat	101.	Sulphureum oleum	187.
Splenis ægritudines dysenteria curat, pagina	78.	Sulphureum unguentum	179.
Splenis calidi officium	15.	Synocha quando fiat	58.
Splen receptaculum melancholię, pa gina	195.		

Synocha

Synocha febris sine putredine qualis sit, pag.	59.	Thuris cortex sistendi facultatem habet, pag.	104.
Synopsis cura	113.	Thymi syrupus quas possideat uires, pagina	122.
Synopsis causa	113.	Timor gignit febrim	39.
Synopim generat mali humores, pagina	41.	Tinearum remedium	179.
Synopim facientia	70.	Tormentillae radices aduersentur pesti, pagina	91.
Synopim arcens	74.	Tremor unde fiat	42.
Synopes quale periculum adferant, pagina	113.	Tristitia quomodo sedetur	112.
Syrupus acetosus	73.	Trochiscorum uirtus & confectio, pagina	162.
Syruporum usus	52.	Turbith quod euacuet humores	260.
Syrupus pro stomacho calido	53.	Turbith electuarium	138.
Syrupi quomodo & quando potandi sint, pag.	53.	Turbithing pilule	130.
Syrupos quomodo coquant	53.	Turdi	49.
Syrupus ex menta quos humores digerat, pag.	104.	Turtures assate fluxus iuuant	105.
<b>T</b>		Tussis grauior quomodo ex pleuritide oriatur	94.
<b>T</b> Amarisci decoctio	77.	Tusinentium potus	125.
<b>T</b> Temperamentum corporis unde colligatur	6.	Tussis quibus potissimum febribus accidat, pag.	113.
Temperamentorum diuersitas	5.	Tussi que medeantur	113.
Temporum subicæ mutationes prænuntiat pestem	87.	Tussis frigide peculiare remedium	151.
Tenasmus unde gignatur	106.	Tussis difficilis cura	119.
Tenasmus	102.	Tussis sicce remedium	125.
Tertiana unde gignatur	63.	Tyri serpentis trochisci	158.
Tertianæ meræ remedium	64.	<b>V</b>	
Tertianæ febris signa	62.	<b>V</b> Entosa umbilico admota fluxus sistit, pag.	105.
Terebenthina destillata quid uiriū habeat, pag.	186.	Vena Basilica	54.
Testudines qualis sint cibus	81.	Venæ que in febribus aperiendæ	54.
Theriace usus	156. & 157.	Vena epatis porta dicitur	16.
Theriace aduersus pestem usus	91.	Venarum humores	17.
Theriace compositio	158.	Ventris fluxus cholericus quomodo curetur	219.
Theriacam inuenisse Andromachum pagina	157.	Ventris dolorem infert cholera	111.
Thoriacis electuarium	127.	Ventris dolorum remedia	111.
Thurinum electuarium ad uomitum facit, pag.	109.	Ventres animalium profunt fluxibus, pagina	104.
Thuris puluis	167.	Venerij qui sint	12.
Thurinū electuariū quid faciat	144.	Veneris natura	6.

I N D E X.

Venus frigida	14.	Vomice possunt esse causa febris	39.
Violarum oleum	52.	Vomitum sedans medicina	121.
Verbene succi natura	218.	Vomitus iuuat in febre tertiana non pura, pag.	255.
Vermes necans unguentum	181.	Vomitus quando fiat rectius	56.
Vermes que medicine interimant	111.	Vomitum compescentia	74.
Vernicis unguentum	181.	Vomitum que prouocent	74.
Vernicis sacculus quam facultate ha- beat, pag.	167.	Vomitus ex malis humoribus	108.
Veris constitutio	87.	Vomitus ex tenacibus humoribus cu- ra, pagina	109.
Ver saluberrimum esse	45.	Vomitus causa	45.
Vesica receptaculum urine	25.	Vrina que sit in febribus mortalis	26.
Vigilie pariunt melancholiam	75.	Vrinam prouocantia in declinatione, pagina	66.
Vigilie causa sunt nonnunquam febris, pagina	39.	Vrina subiugalis	90.
Vigiliarum pulsus	24.	Vrina tenuis	28.
Vigilie in febre quartana nocent	77.	Vrina in febre hectica	80.
Vinum nocet neruis	49.	Vrina medico cum alijs signis osten- denda	33.
Vinum in febre hectica debet miscere cum aqua	81.	Vrina phlegmatis uitrei	29.
Vini ueteris fex quid operetur	177.	Vrina lacti similis	26.
Vinum inerum cito in bonum sangui- nem conuertitur	49.	Vrina temperati	25.
Viola faciunt ad pleuresim	96.	Vrina causonem significans	207.
Violatus syrupus quam facultatem ha- beat, pag.	119.	Vrinae egestionis	35.
Violatum saccharum quid uirium ha- beat, pag.	140.	Vrina flauescit a cholera	26.
Violarum oleum	183.	Vrinae indicia ex quibus colliguntur, pagina	25.
Violarum trochisci	163.	Vrina similis iumentorum	26.
Viola flauae oleum	183.	Vrina alba est post cibum	27.
Virtute restaurantia medicameta	50.	Vrina que significet phthisim	27.
Virtutis in aegris ratio est habenda	48.	Vrina saniosa quid significet	26.
Virorum integre etatis pulsus	24.	Vrinae pallide significatio	26.
Visui ubi missus sanguis noceat	56.	Vrina uiridis quid significet	27.
Vitulorum caro	49.	Vrina tertiane continue	212.
Vitale, quod uocant, electuariu	154.	Vrina sanguinea salubrior quam cho- lerica, pag.	27.
Vlcera ephemeram nonnunquam fa- ciunt, pag.	30.	Vrina similis loture carnis	27.
Vlule prenuunt pestem	87.	Vrinae nigrae signa	28.
Vnguentum uiolarum	169.	Vrina in doloribus renum	27.
Vnguentorum usus	168.	Vrinae albe significatio	27.
Vomitus differentie	108.	Vrina etiam quandoque rubea in fri- gidis morbis	27.
Vomitus qualis conferat	74.	Vrina coleratur in renibus	29.

I N D E X.

Vrina indigesta bus ex re quibus fiat	29.	Vrina quorum membrorum affectio-	
Vrina infantium	32.	nes nobis ostendat	25.
Vrinarum hypostasis	30.	Vrina in febribus phlegmaticis	69.
Vrinę signa	45.	Vrina peste laborantium	196.
Vrina tertianę febris	65.	Vrticę semen quid possit	99.
Vrina mirabiliter uesicam ingredi-		Vrinę signa	5.
tur, pag.	25.	Vrina unde dicatur	25.
Vrina quando indicet materiam dige-		Vulnerum digestiuum quo pacto uul-	
stam	75.	neratis conducatur	178.
Vrina crassa à quibus morbis genere-		Vulnera gignunt aliquando febrem,	
tur, pag.	28.	pagina	39.
Vrina senum	32.	Vulneribus conducens unguentum,	
Vrina post coitum	32.	pagina	181.
Vrina unde ueniat	25.	Vulpis pulmo ad quę utilis	127.
Vrina in principio conceptionis	32.	Vulpini olei uirtus	185.
Vrina fœtida	31.		
Vrina nō omnes morbos ostendit	25.	<b>Z</b>	
Vrinę generatio	25.	<b>Z</b> Ingiberata quid facultatis habe-	
Vrina cum quibus sit prouocanda in		at, pagina	150.
febre sanguinea	61.		

F I N I S.

sunt esse causa febris  
 sans medicina  
 at in febre tertiana  
 ando fat rectius  
 mptentia  
 e prouocant  
 talis humoribus  
 ractibus humoribus cu  
 108  
 46  
 bribus mortalis  
 cia in declinatione  
 66  
 90  
 28  
 80  
 m alijs lignis eduo  
 5  
 29  
 26  
 25  
 ificans  
 207  
 34  
 era  
 26  
 bus colliguntur,  
 25  
 orum  
 26  
 bum  
 27  
 phtisim  
 27  
 agnificet  
 24  
 ficatio  
 25  
 ifignificet  
 27  
 212  
 febris quam cho  
 27  
 arnis  
 27  
 26  
 num  
 27  
 io  
 27  
 que rubra in fi  
 27  
 embus  
 28

CL  
M. 5



licet, de  
condemna  
tam corpus  
non procedit  
nisi inter  
brictur. Pr  
quid est de  
minimale  
fieri posse  
desertio f  
consequen  
accidit  
dicitur quod  
fieri potest  
quod necesse  
est uti ergo  
legislatio  
bonum q  
artem  
finito ho  
membere  
mus prop  
cilia, febris  
solum, aut e  
cuiusdem aut  
alij pueri  
panditur p  
partes qua re

# CLEMENTII CLE

MENTINI AMERINI, ERVDITIO NE

& experientia summi medici, de re medica,  
lucubrationes.



**S**UBIECTVM medicinæ, est corpus humanum, susceptiuum sanitatis & ægritudinis: propriaq; medici consideratio circa sanitatem & ægritudinē uersatur, & ad eas referuntur proprietates seu qualitates rerum, de quibus ars medica tractat. Omne autē corpus aut est sanū, aut ægrū: & quod naturaliter est natu phlegmaticum uel melancholicum, dicitur sanum, & indiget ea parte medicina sanitatis conseruatiua, quæ docet declinare nocitura, & uti salubribus: sed æger est pro eo tempore quo totum corpus uel aliqua pars laborat. Scientia autem medicinæ docet eas, earumq; accidentia & causas cognoscere, & opportuna adhibere remedia. Omnis autem scientia quatuor modis secundum quatuor genera quæstionum, habetur. Primo enim scimus, aliquid si est: postea, quid est: deinde, propter quid est: demum quia est. Primæ quidem duæ interrogationes fiunt de terminis simplicibus, & reliquæ de compositis. Primo enim inquirimus, utrum febris sit, postea quid sit febris: In compositis uero quærimus, quare illud accidens inest suo subiecto? Verbi gratia, quare Socrates febricitat: & in responsione assignamus causam, & dicimus, quia Socrates habet calorem nocuum, accensum in corde, inflammantem corpus. Sed per quartā quæstionem, quæ dicitur, quia, nos, inuenimus effectū propositæ causæ. Verbi gratia, uolumus scire quem effectum producat febris, & per debita media concludimus, quod quia Socrates febricitat, habet debiles uires uel operationes naturales læsas. Per primā ergo quæstionem scimus, si febris est: & postquā scitur hoc, insurgit secunda quæstio, & quærimus, quid sit febris: Et per eius diffinitionem habemus, quod febris est calor nociuus, accensus in corde, qui per uenas & arterias diffunditur per totum corpus. Diffinitio autem debet esse notior definito, & componitur ex genere & differentia, & colligitur per diuisionem bi membrum, cuius una pars reprobatur, & altera affirmatur. Sed quia nō habemus proprias rerum differentias nobis notas, circumscribimus ipsas. Verbi causa, Febris aut est calor, aut frigus, non frigus nisi per accidens, ergo calor. Rursum, aut est calor naturalis, aut accidentalis nociuus: nō naturalis, ergo nociuus. Item, aut primo accenditur in corde, aut in alijs membris: non primo in alijs membris, ergo in corde. Vterius, ille calor aut remanet in corde, aut expanditur per corpus: non solum est in corde, ergo diffunditur per corpus. Et partes quæ negantur, probantur per earū opposita affirmatiua inductiue fal

*Subiectū  
medicinæ.*

*Quatuor quæ  
stionum genera  
rā.*

A

fa. Sic ergo colligitur diffinitio febris, quod est calor nocuus, accensus in corde, qui per uenas & arterias diffunditur per corpus. Ponitur autē calor pro genere, & reliquæ particulæ circumscribunt differentiam essentialem ipsius febris. Per tertiam uero quæstionem nos inquirimus causam, quare febris sit in Socrate, & inuenimus nocuum calorem inflammantem corpus, qui est causa febris. Quæstione enim facta per quare uel propter quid, demonstratur causa per effectum. Et talis processus dicitur resolutiuus: nam resoluimus effectū in suas causas propinquiores, deinde remotiores; uel demonstramus, subiectum fuisse passum ab illis causis. Demonstratio igitur resolutiua resoluit uel præsupponit resolutionem omnium terminorum, & causarum superiorum, tam propin quarum quàm remotarum. Ars uero compositiua explicat terminos, effectus uel species, quæ sub illo genere continentur, & demonstrat effectum per causam, medium autem colligit per diuisionem & diffinitionem. Verbi gratia, Febris diuiditur in ephimeram, humoralem, & hecticam: ephimera quidem est febris, primò in spiritibus accensa: Humoralis in humoribus, sed hectica in membris. Si igitur ipse Socrates habet febrem primò accensam in humoribus, patitur febrem humoralem. Febris autē humoralis aut est sanguinea, uel colerica, uel phlegmatica, uel melancholica: & gignitur ex putredine, uel inflammatione ipsorum. Si igitur Socrates habet febrem humoralem ex putredine coleræ uel phlegmatis, necesse est quod patiatür febrem colericam uel phlegmaticam. Quando igitur demonstratur effectus per causam, demonstratio est compositiua: & quando demonstratur causa per effectum, est resolutiua, ut dixi, & repetere libet, quia medici magis laborant in cognoscendis ægritudinibus ad inueniendum causas quàm effectum. Et resoluitur effectus in suas causas, hoc modo: Humores putrescunt propter prohibitam transpirationem, & transpiratio seu resolutio uaporum prohibetur ab oppilationibus. & oppilationes fiunt ex multitudine uel crassitie humorum, & à frigore quod corpus excipit calefactum. Mali uero humores uel multi gignunt à malis uel superfluis cibis, qui comeduntur propter malum uel intensum appetitum. Excitat autem appetitum priuatio ciborum, exercitium, frigus, uel tandem influxus cœlestis. Quippe res omnes sicut sunt, ita debent intelligi, modo res naturales, & omnes scientiæ à suo subiecto, sicut arbor à suo stipite, oriuntur: & in suos ramos & ramorum ramos, sic subiecta scientiarum in sua membra diuiduntur. Postquam ergo sic resolueris terminos, demonstra per artem resolutiuam, causam per effectum inesse subiecto: & fac ut medius terminus sit effectus: & maior extremitas diffinitio, quæ explicat causam: & minor extremitas sit subiectum: cui in conclusione maior extremitas inerat. Verbi causa: Ephimera est calor nocuus, qui spiritum duntaxat inflamat: Plato patitur ephimeram, ergo habet spiritus inflammatus. Similiter febris putrida est calor nocuus, ex putredine ortus: Socrates laborat febre putrida, ergo habet febrem ex putredine



dine humorum ortam. Item, mali humores putrefiunt propter oppilationes: Aeger habet putridos humores, ergo est oppilatus. Oppilationes uero fiunt ex malis humoribus & frigore, quod ab aestuanti corpore intempestiue excipitur: Plato est oppilatus, ergo est repletus malis humoribus, uel calidus frigus admisit. Et sic residua demonstrabis, donec nullus dubitationis locus remaneat. In demonstratione autem compositiua medius terminus est causa seu diffinitio, quæ solet esse difficilis. Nam in omni quidem scientia Doctores maxime laborant in querendo diffinitiones. Huiusmodi autem resolutiones & demonstrationes sunt in omni scientia necessarie, imò sunt ipsæ scientiæ, & qui sequuntur eas, facilius addiscunt, & melius memoriæ omnia mandant: hinc docti, excellentes & sapientes uiri nominantur. Sed demonstratio resolutiua est utilior in scientiis speculatiuis, in quibus effectus sunt nobis magis noti quàm causæ. Et demonstratione compositiua utuntur artifices, qui deum & naturam imitantur, & quod primum intendunt, ultimo exequentur. Verbi causa, Socrates uult facere domum, ut cõmode habitet, tutus ab imbris: & hæc est causa finalis, quæ primò obijcit intellectui: cuius causa necesse est admouean tur omnia cum quibus domus edificatur. Primò igitur architectus preparat calcem & arenam, & conficit maltam, & unà cum lapidibus parietes murat, annectit trabes, & superponit æquidistates uirgulas, & desuper tegulas: & tandem inhabitat eam, & sic ultimo exequitur quod ab initio intendebat. Deus etiam & natura primò componit ex elementis corpus, id postea facit animatum, deinde rationale, atq; simili causarum ordine fiunt res omnes. Medici quoque in dandis remedijs seruant hunc ordinem compositiuum: & primo remouent malos cibos, & quæq; frigida nocitura, in febre putrida ex repletionem, & suadent parcos & bonos cibos, uel mediocria omnia & temperata: deinde digerunt malos humores, & digestos euacuant, oppilationes remouent, uires restaurant, & tandem optatam sanitatem inducunt, quam primò cupiebant. In demonstrationibus igitur compositiuis demonstratur effectus per causam, & medium est diffinitio seu causa, & maior extremitas est effectus, qui in conclusione prædicatur de minori extremitate, quæ est eius subiectum. Ut quando terra diametraliter ponitur inter solem & lunam, remouet lumen solis a luna, fitq; interpositio, ergo luna eclipsim patit. Item, appetitus uindictæ accendit sanguinem circa cor, Socrates appetit uindictam, ergo habet sanguinem accensum in corde. Rursus, qui appetit uindictam, est iratus: Socrates appetit uindictam, ergo est iratus. Et licet hæc exempla sint philosophica, ijs tamen exemplis discere plura potes. Nemo quidem potest esse bonus medicus, quin sit logicus & physicus. Sed quoniam exempla facilius docent, faciemus has etiam demonstrationes in medicina. Bonum uitæ regimen conseruat sanitatem, Socrates sanus utitur bono regimine, ergo uiuit sanus. Item, boni cibi gignunt bonos humores, Socrates comedit bonos cibos, ergo habet bo-

nos humores. Item, digestiua præparant malos humores expulsionem, æger sumit digestiua, igitur disponet humores ad euacuationem. Omne rheubarbarum purgat choleram, & turbat phlegma, Socrates capit rheubarbarum & turbat, igitur purgabit utrumque humorem. Simili modo possunt reliqua demonstrari. Vnde phisici in medendo, & omnes artifices utuntur hac arte compositiua. Sed Theorica medicinæ, & omnes scientiæ speculatiuæ adiscuntur per doctrinam resolutiuam. Datur ergo ingressus in medicinam, quoniam inquirimus causas ægritudinum per uiam resolutiuam, & medemur arte compositiua. Sunt igitur quatuor doctrinæ, secundum quatuor genera quæstionum: & prima probatur inductiue, quando uolumus scire de aliquo, utrum sit. Secunda est definitiua, quæ habetur per definitionem ubi inquirimus de aliquo, quid sit. Tertia est compositiua, & per inuestigationem factam per quia, inuenimus & demonstramus effectum per suam causam. Quarta est resolutiua, & ad interrogationem factam, propter quid, assignamus causam illius effectus. Causæ autem & effectus rerum naturalium sunt plurimæ, & longo ordine sicut catena inuicem connexæ, quæ à cælo in terram protenduntur. Nam quisque effectus trahit originem à sideribus & à deo, qui est causa generalissima omnium rerum, & per causas subalternas in hæc inferiora descendit: & talium subalternarum causarum una dependet ab altera. Sed quia sunt plura genera causarum, ideo eas distinguamus.

*De causis.*

**Q**uæcunque sunt ex materia & forma composita habent quatuor genera causarum, scilicet formalem, materialem, efficientem, & finalem. Quarum duæ primæ sunt intrinsecæ, & postremæ extrinsecæ, & cuiuslibet generis. Quædam sunt causæ propinquæ, & quædam remotæ. Vnde in homine causa formalis est anima rationalis, & materialis est corpus, & utraq; intrinseca. Sed extrinseca causa efficiens, fuere parentes, & finalis est actio & speculatio: homo quippe natus est ad agendum & speculandum: hæc quidem sunt causæ propinquæ. Causa formalis est anima sensitua, uel potentia uegetatiua. Causa materialis sunt elementa prima. Causa efficiens est influxus cælestis. Sed finalis remota est ornamentum & perfectio mundi. Similiter in Socrate febricitante, causæ remotæ sunt hæc, formalis quidem est ipsa febris, seu calor febrilis; materialis, est corpus; efficiens, est malum uitæ regimen, & sydus aduersum. Finalis est corruptio seu appetitus insatiabilis materiæ semper desiderantis nouam formam. Causæ uero propinquæ in febre putrida, formalis est febris humoralis, in ephimera formalis est febris ephimera, in hectica similiter est hectica, sed in putrida, causa materialis est humor putridus, in ephimera est spiritus, & in hectica sunt membra totius corporis. Item in putrida, causa efficiens propinqua est oppilatio: in ephimera, est ira uel labor; in hectica, est consumptio humiditatis, seu ea quæ consumunt

munt humiditatem radicalem. Causæ autem finales propinquæ sunt, læsiones operationū prouenientū ex humoribus, spiritibus, & membris. Deniq; apud philosophos, & secundum ueritatem, nihil scitur, nisi per hæc quatuor genera causarum. Sed medici considerant causam primitiuam, coniunctam, & antecedentem: quæ quidem tria genera ad duo reducuntur, scilicet ad causam efficientem & materialem: nam causa primitiua est efficiens, & causa cōiuncta & antecedens sunt materiales. Verbi gratia, In febre putrida, causa primitiua, fuit malum regimen uitæ: sed causa coniuncta, est humor putridus: & antecedens est humor, qui præparatur ad putredinem. Causa autem formalis, quæ est ipsa ægritudo, & causa finalis, quæ est læsio operationū naturalium, quia utræq; solent esse sensibus manifestæ. Medici raro laborāt ad cognoscendum eas, sed necesse est cognoscere causas propinquiores, efficientes, & materiales, scilicet primitiuas coniunctas & antecedentes. Primitiua quidem plerunq; est extrinseca, sed coniuncta & antecedens sunt intrinsecæ. Interdū autē causæ sunt omnes manifestæ, sicut in uulnere. Quādo uero sunt occultæ, medici inuestigant eas per interrogationē & notitiā regiminis, per omnia signorū & accidentiū genera, per pulsum, urinā, & alia excrementa. Causa uero primitiua non potest sciri per urinā, ut rustici & populares credunt. Et nugiuenduli mendici in omni egritudine, uisa urina, dicūt causam fuisse calorē frigefactū, & repletionē corporis. Et licet hæc nō possint ex urina colligi, tamē plerunq; uerum dicunt: quoniam causæ primitiue solent accidere ex malo uite regimine: uidelicet ex cibo uel potu, motu uel quiete, somno uel uigilia, ex aëre uel passionibus animi, ex inanitione uel repletionē. Nā quando hæc fuerint immoderata, & ualde excessiua faciunt ægrotare. Et licet hæc cognoscantur & remoueantur, tamen si inuexerint malam qualitatem, non sanabitur eger, nisi sciatur causa cōiuncta, & remedijs opportunis medeatur. Sed quoniam complexio naturalis debilis, facile patitur à causis egritare facientibus, & fortius fortius resistit, ideo de complexionibus prosequemur.

*De temperamentis.*

**V**T hominis cōplexio melius innotescat, altius repetā eam. Corpus fermè ex membris, & membra ex elementis cōponunt: elementa autē dum ad membra uel aliā rem constituendā cōcurrunt, eorum formæ substantiales corrūpunt, & generant noua ex omnibus una. In cōpositis enim nō possunt esse plures formæ substantiales, specie distinctæ, sed subalterne, sicut anima intellectiua & sensitiua. Sed & qualitates primæ inuicem agunt & cōmiscēt: remittunt qualitates elementorū, secundū excellentiā sui cōtrarij, & remanet qualitas remissa sub eo gradu quo exellebat: & qualitas actiua minoris gradus penitus corrūpitur: sicut in permixtione aquæ calidæ & frigidæ, & in cōpositione theriacæ, unguetorū, & aliorū medicaminū, quæ fiunt ualde cōtrita & fermentata. In ijs enim nō remanent formæ simplicium

substantiales, sed aliqua ex parte saluantur eorū uirtutes, ex quibus efficitur una qualitas media, quæ sapit omnium naturam seu formā. Et licet caliditas & frigiditas non inter se cōpatiantur adinuicem in eodē subiecto, tamē ab humidis partes siccae tam in mixtis ab arte, quā à natura, possunt sequestrari: sicut aqua quæ ex medicinis cū lambelico distillatur. In medicinis uero male contusis, frigiditas opij uel iusquiami, & caliditas castorei uel piperis, aliqua ex parte remanent in pulueribus cōtusis, tanquā in subiectis distinctis. Sed in medicinis ualde cōtusis & fermentatis, si caliditas & frigiditas simplicium sunt æquales, neutra remanent, sed fit noua forma substantialis, quæ participat & aliquantulum habet proprietates simplicium. Et licet aqua frigida duorum graduum, remittat aquā calidā quatuor graduū usque ad duos, tamen ab æquali proportione, nec à minori, non prouenit actio, sed partes maiores & fortiores agunt in minores. Sed ad rem redeamus, in illa qualitate media, quæ resultat ex cōmixtione elementorum in membris, plerumque excellit caliditas, frigiditas, humiditas, uel siccitas, secundum proprietatem & diuersitatem membrorum: & huiusmodi qualitas est similis illi quæ est in cadauere. Sed in corde hominis uiui oritur calor naturalis, quæ spiritus defert per totum corpus, & cuius causa potentie animæ suas naturales exercent operationes: & huiusmodi calor, quandiu uiuit homo, superat omnem frigiditatem. Veruntamen frigiditas membrorum remittit hunc calorem. Licet igitur cōplexiones cerebri & stomachi sint calidæ, tamen dicuntur frigidae, quia eorum frigiditas remittit calorem naturalem. Similiter licet humiditas sanguinis superet omnem corporis siccitatem, tamen siccitas membrorum humiditatem sanguinis remittit. Cōplexio igitur hominis est qualitas proueniens ex quatuor primis qualitatibus elementorum, uel partium quæ constituunt corpus. Cōplexio autem temperata est qualitas unicuique membro cōueniens, & proportionata ad producendum operationes naturales perfectas, secundum rationem ætatis. Cōplexio uero intemperata est qualitas magis calida, frigida, humida, uel sicca, quā membrum cōueniat: quæ quidem intemperies alterat & diminuit potentias & uirtutes animæ & eius operationes. Et quauis anima & eius potentie non agant, quia calidæ, frigidae, humidae uel siccae ex innata proprietate, tamē requirunt cōuenientem cōplexionem membrorum. Cōplexio autem corporis colligitur ex cōplexione membrorum principalium, quæ sunt cor, cerebrum, epar, membra genitalia, stomachus, cistis fellis, & splen. Hæc autem membra in cōplexione & proprietate assimilantur septem planetis, quibus subiiciuntur: & quando in natiuitate aliquis planeta est infortunatus, debilitat & ægrotare facit illud membrum tempore quo significauit. Et sicut sol inter sidera, ita cor inter alia membra excellit. Cor ergo & spiritus, qui est pars subtilissima sanguinis, est calidus & siccus, sicut sol & radij eius. Cerebrum, nuca, & nerui assimilantur lunæ, quæ est frigida & humida, tamen nerui declinant ad siccitatem. Epar & sanguis est calidus & humidus, sicut Iupiter. Membra genitalia & sperma assimilantur Ven-

ri. Stomachus & phlegma est frigidū & humidum, sicut Saturnus. Cistis fellis & cholera est calida & sicca, sicut Mars. Splen & humor melancholicus est frigidus & siccus, sicut Mercurius, qui cōuertit in naturā planetæ cui associat, sicut humor melancholicus, magis ex uno humore quàm alio generat. Rursus quemadmodū stomachus est mater omniū egritudinū, ita Saturnus est pater. Sed cholera facit hominē audacem, iratū uel furentē, sicut Mars. Et sic de alijs proprietatibus aliorū. Cor ergo est membrū primū, nobilissimū, fons & origo caloris naturalis, & quod primum uiuit, & ultimò morit: quoniā est sedes animæ, & in corde, ex sanguine ab epate attracto, generat spiritus uitalis, qui per totū corpus secū defert calorem naturalē & potentias animæ: cuius una pars ab epate efficit spiritus naturalis, qui habet uirtutē attractiuā, expulsiuā, distributiua, nutritiua, & reliquas. Altera pars ascendit ad cerebrū, & fit spiritus animalis, qui habet uirtutem motiua, sensitiua, & intellectiua. Spiritus uero qui descendit ad genitalia, efficit gignitiuus. Sed qui ad stomachū, digerit, in cistis fellis procreat choleram, & in splene colligit melancholiam. Et sic spiritus & potentia animæ exercent propriū officiū in his membris, & influunt alijs. Huiusmodi aut calor, qui influit per spiritū, superat omnē membrorum frigiditatem, & humiditas sanguinis superat omnē corporis siccitatem, & restaurat humidū radicale. Spiritus enim sine calore naturali, & potētiæ animæ nō possunt exercere operationes naturales: calido ergo uiuimus, & humido nutrimur. Sed cōplexio hominis nō attendit penes calorem naturalē, neq; humiditatem sanguinis: nec est qualitas membrorū sola, sed qualitas quæ resultat ex utrisq;. Et licet cōplexio hominis & cuiuslibet animalis sit absolute calida & humida, tamē alius phlegmaticus alius cholericus dicit respectu tēperati. Humiditas aut radicalis ab infantia est plurima, & ineunte ætate sensim remittit: sicut crescit duricies & siccitas corporis usq; in senectutem. At calor naturalis ab initio est debilis, & crescit unā cū uiribus corporis usq; ad quadragesimum annū uel circa: postea pedetentim debilitat usq; ad decrepitā etatē. Licet igit aliquis optimē cōplexionis, tamen eius etas pueritię, uel usq; ad uigesimū annum, est frigida & humida, phlegmatica, similis hyemi, respectu aliarū etatū, quoniā humiditas est plurima, & calor naturalis est debilis, q; egre digerit, & plus appetit, & multiplicat phlegma. Ætas adolescentię, quę interiacet 20. & 40. annū, est calida & humida, sanguinea, similis ueri, in quo terra & arbores pariūt & omnia uirent & florent: post 40. annū usq; ad 60. est iuentus calida & sicca, cholericā, similis estati, in qua fructus terre, sicut in illa fructus uirtutum, colligunt. Demū succedit senectus frigida & sicca, melancholica, similis sordido autumno, in quo pluuia & uenti, sicut in senibus catarrhi, & omnia genera malorū crebrescunt: sed præcipue illi sunt maxime tales, quorū qualitates membrorū sunt magis similis cōplexionis. Ut ergo qualitates & cōplexiones totius corporis magis innotescant, explicabimus signa & operationes

Caloris uitalis origo cor est.

membrorū principaliū, quę regūt alia membra, & quę mittūt spiritū, calorē naturalē, sanguinē & uirtutes per totū corpus: & incipiemus à corde, ob eius excellentiā; nam primò uiuit, & ultimò morit̃: & ideo dicit̃ sedes anime, cuius potentie in totū corpus ferunt̃ à spiritu, qui est sanguis tenuissimus & syncerus, qui gignitur ex optimo sanguine, quo nutrit̃ cor, & decurrit per arteriā, in sinistra cordis cōcauitate ortam, quę, sicut caudex uel stipes multos ramos per totū corpus expansos producit: similiter extendunt̃ uenę quietę ab epate ortę, quę cōtinent sanguinē, sub quibus equidistant arterie quę saluunt, ratione spiritus qui per eas decurrit: spiritus autē est uicarius seu exequutor anime uel instrumentū: & qui ad caput ascendit, fit animalis, & discurrit per uentriculos cerebri & neruos, & pręstat sensus & intellectū. Cor ergo temperatū, quod habet tantū caloris & siccitatis quantū sibi optime cōuenit, facit pectus in qualitatibus & quātitate pulchrū, spiritū, pulsum & uirtutē fortē, resistentē causis egrotare facientib. & morti: & generat bonos mores, pręsertim fortitudinem animi & corporis, & magnanimitatē & iustitiā. Cor uero calidius temperato facit pectus latū, calidius ad tactū & pilosum, à parte sinistra pulsum & anhelitū utrūq; maiorem, & hominē intrepidū, audacem, rapacem, leuē, iracundū, impatientē, & promptū, qui ob procacem festinationem in reb. agendis se incōsulte pręcipitat. Sed qui sunt calidissimi corde, facilius irascunt̃, furiant̃, insaniūt, & sunt pectoris magis pilosi. Contrā, cor frigidū facit hominē timidū, patientē, pigrū, pectus frigidū, sine pilis, angustū, pulsum paruū, & anhelitum rarū: sed pectus angustū frequentius & difficilius quā latū anhelat. Amplitudoq; pectoris plerunq; cordis calori proportionat̃, sed quandoq; cor est frigidū, & pectus amplū, ob magnitudinē uel fortitudinē cerebri. Nā ubi uirtus informatiua siue gignitiua capitis est fortis & ualida, & materia multa, facit magnū cerebrū, medullā, spinā dorsī, costas, pectus, & deniq; omnia ab eis orta facit magna. Pectus uero angustū & caput magnū arguit debilitatē uirtutis informatiue, & frigiditatē cordis. Cor humidū facit pulsum mollē, pectus lene, humentem seu madidū hominē, inconstantē & fragilem, credulum, qui facili ratione à propositis & deliberationibus remouetur. Contrā, cor siccius temperato facit pulsum durum, pectus insipidam, hominem macrum, constantem & obstinatum. Cor calidius & siccius temperato facit hominem cholericū, anhelitum & pulsum magnum, uelocem & frequentem, duras arterias, pectus ualde pilosum insipidum, & ad tactum calidius, homines macilentos, agiles, fortes, ad actionem promptos, impatientes, imperiosos & superbos. Cor calidum & humidum facit hominem mitem, iocundū, actiuum, officiosum, qui omnibus seruire studet, & bonis moribus pręditus, facilis est: sed passionibus animi facile commouetur. Hę autem qualitates mediocres, & temperatę corporis habitudinem & indolem faciunt speciosam, ac robustam ualetudinē. Sed interiores faciūt homines carnosos, pingues,

humoribus

humoribus plenos, qui facile incidunt in febres & apostemata, & eorum pulsus & anhelitus sunt magni, ueloces & frequentes, arteriæ lenes, & pectus minus pilosum. Cor frigidum & humidum, phlegmaticum, facit hominem timidum, pusillanimum, pigrū, patientem, & ignauum, qui raro & leui amore uel odio afficitur: sed sollicito timore frequenter pulsatur, facitq; pulsus & anhelitus paruos & raros, arterias molles, pectus frigidum, lene, quasi madidū, angustum, & sine pilis. Cor frigidum & siccum, melancholicum, malæ complexionis est, & facit malos & difficiles mores, homines timidos, suspiciosos, qui facili ratione in desperationem incidunt: & plerunq; sunt inuidi, auari, difficiles, & obstinati, qui uix odio uel amore, nisi perpetuò afficiuntur: & habēt pectus paruum, fuscum, asperum, & sine pilis, pulsus & anhelitus paruos, & arterias duras. Sed mores quos naturaliter habemus, & in quos sumus magis propensi, magis indicant complexionem naturalem, quàm quos per consuetudinem uel studium, uel per obseruantiam religionis adipiscimur. Caliditas autem cordis non potest superari à frigiditate aliorum membrorum, sed eius siccitas potest remitti ab humiditate epatis. Secundum corporis membrum est cerebrum, cuius substantia frigida est, sed calefit à spiritu qui uenit à corde, & in cerebro efficitur animalis: & qui per posteriores neruos decurrens motum, & per anteriores quinque sensus præstat. Amplius, cerebrum habet tres uentriculos, in cuius syncipiti uel plora est sensus communis, ubi simulachra rerum per sensus apprehensa, representantur. In medio uentriculo uel carina fit discursus ad capescendas deliberationes. In occipiti uel puppi est memoria, in qua rerum præteritarum simulachra referuantur. Cerebrum ergo temperatæ complexionis facit perspicuos & integros sensus, ingenium acutum, homines prudentes & sapientes, qui per ueras rationes recte discurrūt, rerum causas intelligunt, præteritorum meminerūt, sanam mentem habent, & pulchram faciem, candido, roseoq; splendore nitentem, flauos capillos, ualidas strenuasq; corporis uires, quæ in neruis sitæ sunt. Cerebrumq; temperatum non facile patitur à calore neq; à frigore, uaporibus ciborum & alijs sibi nocuis: sed fortius eis resistit, imperat, digerit, & resoluit superfluitates, & pauca gignit excrementa. Cerebrum calidum citius producit capillos, & facit eos crispis, nigros, & fortes: sed caput citius caluum, magis calidum, & rubicundum, oculos & genas rubeas. Sed cerebrū nimis calidum facit hominem ingenio promptū & uigilem, attenuat, digerit, resoluit, & minuit excrementa cerebri, quæ per nares & aures solent uel fauces dimitti. Cōtrā, cerebrum frigidum hebetat sensus & ingenium, & facit hominem ignauum, pallidum, somnolentū, capillos medios inter flauos & albos, planos, exiles: & gignit ob indigestionē multa excrementa, & graues catarrhos, & à frigidis facile patit. Cerebrū siccum facit durā ceruicem, hominē constantem & memorem, sed indocilem, qui cum difficultate adiscit, & qui sensus habet acutos, capillos for-

tes, crispus, caput cito caluum & citius canum, cum modicis superfluitatibus: & ualde minuit somnum. Cerebrum humidum est docile, sed obliuiosum, somnolentum, sordidum, quod procreat multas superfluitates & frequentes catarrhos, qui obtundunt sensus, & facit caput crinitum sine canicie, & minime caluum. Qui habent cerebrum calidum & siccum, colericum, parum dormiunt, sunt uigiles, memores, prompti, iracundi, perspicaces, habent ingenium uelox & sensus acutos: caput calidum, rubicundum, quod cito produxit capillos, sed paucos, longos, & cito fit caluum, gignit modicas & digestas superfluitates, cui remissa frigida conferunt & calida lædunt. Qui habent cerebrum calidum & humidum, sanguineum, plurimum dormiunt & somniant, & facile patiuntur à cibis uaporosis, crapulis, solis & lunæ radijs, à rebus ualde calidis & humidis, & à uentis meridionalibus, sæpe sanguinem narium patiuntur, maxime in adolescentia, habent sordidum caput, & ex naribus & faucibus excrementa frequenter exuberant. Cerebrum frigidum & siccum, melancholicum, facit sensus obtusos, & ingenium tardum, sed profundum: & qui talem habent complexionem, semper cogitabundi incedunt, uel de rebus agendis, capiendisq; consilijs abstracti semper meditatur, & pauca loquuntur: sed aliqui inconsiderate abstracti, uultu præferunt quod corde agitant, gestiunt, uel manibus annuunt, mouent caput, & cum semetipsis tanquam alijs loquuntur, sunt uigiles, memores, timidi naturaliter, mæsti, pallidi, macilenti, cupidi, inuidi, stabiles, & duræ ceruicis: sed in pueritia habent acutiores sensus & perfectiorem intellectum, citò canescunt, citius fiunt senes & calui: sed melius sufficit eis somnus tantummodo quinque horarum in senectute, quàm octo horarum quotidie in pueritia. Cerebrum frigidum & humidum, phlegmaticum, obtundit sensus, hebetat ingenium, facit homines ignauos, frigidos, timidos, inertes, somnolentos, patientes, qui æquo animo omnia sufferunt, & non fiunt calui neq; cani, sed producant multa excrementa indigesta, & catarrhis frequenter laborant. Præterea caput melius est magnum uerticem uersus, rotundum, sphaericum, hincinde leuiter compressum: nam caput paruum quodlibet est malum, & leues homines facit & imprudentes, & mala consilia decernunt, sunt iracundi, & sæpe insanire uidentur. Nam caput paruum non potest habere nisi cerebrum paruum, quod facile alteratur, citò inflammatur, & parum resistit causis sibi contrarijs. Sed non omne caput magnum bonum est, quia uirtus informatiua nisi sit fortis à prosperis syderibus adiuta, male regulat multitudinem materiæ. Frigiditas autem cerebri contemperatur à calore cordis & spirituum: sed eius humiditas ab alijs non potest remitti. Epar temperatum facit bonum sanguinẽ, & arguit digestiuam, distributiua, expulsiua, & alias uirtutes naturales ualidas & fortes: decernit integram sanitatem & pulchritudinem corporis: & facit homines probos, graues, pios, benignos, liberales, gratos, iustos, & officio-  
 sos.

Caput paruum



los. Epar calidius temperato facit pectus ad tactum calidius, & à dextra pilosum, uenas amplas, sanguine plenas, urinam rubeam, & in iuuentute generat plurimam coleram: sed epar ualde calidum adurit humores, & generat coleram adustam & melancholiam. Epar frigidum generat sanguinem crudum, crassum, pectus frigidum, angustum, sine pilis, uenas graciles, urinam albã, homines pallidos, & ualetudinarios, qui facili ratione in oppilationes & morbos incidunt diuturnos. Epar siccum gignit modicum sanguinem & spissum, habet uenas graciles & duras, pectus asperum, siccum & macilentum. Epar humidum gignit plurimum sanguinem, & habet uenas amplas & molles, pectus lene, & semper quasi sudore madidum. Epar calidum & siccum generat modicum sanguinem, calidum, acutum, colericum, qui temporibus æstiuis & iuuentute aduritur, & facile in melancholiam conuertitur, & facit colorem rubeum ad fuscum decliuem. Epar calidum & humidum generat plurimum sanguinem, uenas magnas & molles, & facit corpus & pectus carnosum, & pingue, lene, humectans, & mediocriter pilosum: & si humiditas superat calorem, crescunt mali humores, & facile corrumpuntur. Epar frigidum & humidum generat malum sanguinem, crudum, phlegmaticum, aquosum, & arguit debilem digestiuam, facit corpus sine pilis, lene sicut madidum, sordidum, pallidum, & infirmum, quod facili ratione incidit in oppilationes & ægrotudines frigidas, longas. Epar frigidum & siccum generat sanguinem melancholicum & fœculentum, uenas graciles, duras: facit corpus aridum, macilentum, hispidum, sine pilis, homines debiles, timidos, & mœstos. Sed plurima humiditas epatis potest contemperare siccitatem cordis, & præcordiorum, & calor cordis potest augere epatis calorem. Genitalia, & renes non immutant cõplexionem corporis, nisi abscindant, sed influunt aliquam uim & qualitatem in fœtum quem gignunt, sicut sidera. Vnde saepe uidemus, quod filij aliqua ex parte habeant cõplexionem & mores parentum, & eorum morbos hereditant. Nanq; solet similis filius esse patri. Cõplexio ergo renum & testiculorum temperata facit hominem mediocriter libidinosum, & procreat pulchram prolem, masculos & fœminas, utrosq; sanos & bonos, & temperatam cõplexionem, præsertim si sub prosperis sideribus nascant, & facit pubem mediocriter pilosam: sed renes & testiculi calidiores faciunt pubem ualde pilosam, & homines magis lasciuos, qui semper libidinis cupiditate estuant: & putant medici quod gignat plures masculos quam fœminas: sed in hoc potius credendum est astrologis, qui dicunt, quod masculi nascuntur quando horoscopus dominus eius & luna sunt tempore coitus in signis masculinis, uel in aspectu planetæ masculini, aut planeta masculinus in ascendente. Cõtrà, stellæ & signa fœminina faciunt fœminas: sed falsum est quod astrologi asserunt, & maxime Ptolemæus in quinquagesimo primo uerbo Ceteriloquij, quod locus lunæ in natiuitate est ipse gradus ascendens in circulo hora casus spermatis in matricem, & locus lunæ

eo tempore est gradus ascendens natiuitatis. Hoc autem sæpius & diligenter obseruauit, & semper falsum inueni. Frequens autem coitus impedit digestionem, debilitat uires, accelerat senectutem & mortem, & est omnibus noxius, maxime senibus dedecus & perniciosus. Nam plus debilitant spermatis dragmæ duæ, quàm sanguinis uncia decē. Qui uero habent testiculos frigidos, castitatem facile seruāt, & habent pubem parum pilosam, uel gignunt foetus debiles, & ualitudinarios, & forsitan plures foeminas quàm masculos. Testiculi & renes humidi plurimum sperma & fluidum, sed sicci modicum & spissum gignunt. Qui habent testiculos & renes calidos & siccos, sunt ualde ueneri, & amoribus dediti, sed parum coire possunt: & post, ubi coitum & uoluptatem expleuerunt, oderunt & pœnitent. Sed quia sunt in libidinem proni, frequenter tetigine æstuāt, & in pollutionem, quam paulo ante oderunt, incidunt: citissime pubescunt, & gignunt sperma spissum, & forsitan plures masculos quàm foeminas. Qui habet renes testiculosq; calidos & humidos, sunt maxime ueneri, & quia semper libidine æstuant, quàm facile & frequenter in amorib. implicatur: ijs minus quàm alijs coitus nocet, licet sæpissime coeāt, & plurimum sperma emittant, sunt ualde foecundi, & facile generant: & non solum de masculis, sed de foeminis intelligitur, quæ habent etiam omnes testiculos intus. Genitalia frigida & humida serius pubescunt, raro coeunt, & raro concipiunt, à frequenti coitu ualde læduntur, pudicitiam facile seruant, gignunt sperma tenue, aquosum, debiles foetus, & plures foeminas. Qui habent genitalia frigida & sicca, mittunt modicum sperma & spissum, sunt magis steriles, & facile seruant castitatem. Masturbatio autem facit pecten & femora magis pilosa, & citius hirsuta, & concupiscentiam coitus magis accendit. Est autem sperma pars sanguinis melioris, qui in substantiam nutriti conuertit, ubi ergo huiusmodi sanguis superat, emissio spermatis minus nocet. Sed si ex coitu diuertitur, & subtrahitur membris nutrimentum, corpus ægre nutritur & debilitatur. Sperma igitur ab omnibus corporis partibus decidit, & maxime ex medullis & cerebro. Stomachus nisi fuerit sanæ complexionis totum corpus patitur. Nam cibi male digesti gignunt crudum & indigestum sanguinem, & ægre nutriunt: licet alia membra, ubi male se habent, faciant corpus ægrum, tamen non nocent operationibus omnibus naturalibus, sicut stomachus æger, & propter hoc stomachus infirmus dicitur mater omniū ægritudinum. Stomachus ergo temperatus quod appetit, facile digerit, & transmittit ad epar liquorem album, quem chilum appellant, bene digestum: & minus læditur ab his quæ solent stomachis obesse. Stomachus frigidus parū appetit, & ægre digerit, præcipue cibos duriores & frigidos, generat uentositatem, ructus acetosos, plurimum phlegma, & dolores. Stomachus calidus facile digerit, & indiget ampliori uel frequentiori & frigidiori cibo: nam calidos & tenues adurit, non ructat, nec à frigidis patitur. Stomachus siccus

fatis

fatis appetit & magis sitit, non generat fluidas humiditates, neq; patitur excrementis nauseam, quemadmodum stomachus humidus, qui parum appetit, & minus sitit, & humiditatem ex ore in somnis fluentem frequenter emit. Stomachus calidus & humidus recte digerit, frequenter expuit, quandoq; nauseam patitur, & facile uomit. Stomachus calidus & siccus magis appetit, & multo plus semper sitit, & citius digerit quam alij: læditur à cibis calidis, & choleram gignit. Stomachus frigidus & siccus generat humorem melancholicum, uentositates, ructus, & sæpe doloribus torquetur. Stomachus frigidus & humidus est omnium pessimus, & mater ferè ægritudinum omnium, & phlegmatis lacunar: nam cibi in eo ægre coquantur, sed semidigesti magna ex parte in aquosam humiditatem & phlegma cōuertuntur, & generant uentositatem, ructus acetosos, nauseam, uomitum, & perpetuos dolores: & sanguis qui ex eis generatur est crudus, & præbet malum corpori nutrimentū, inducit oppilationes, ægritudines frigidas & longas. Cistis fellis cōuertit partes sanguinis calidiores & sicciores in cholera. Vbi autem cistis fellis est temperata, gignit choleram naturalem, mitem, & utilem ad cōcomitandum spiritum & sanguinē, ad nutrienda membra cholericæ, ad adiuuādā uirtutem expulsiuam, & ad excitandos sensus & intellectum: sed frigida facit spiritum lentum, sanguinem crassum, expulsiuam debilem, & sensus hebetes. Cistis humida facit humores fluidos, & hominem leuem & mitem: sed sicca facit sanguinem parum fluidum, & hominem constantem, & uenas duras. Cistis calida facit choleram acutam, & homines audaces. Cistis frigida & humida facit spiritum tardum, obtusum, sanguinem crassum, crudum, expulsiuam debilem, & lassam, sensus hebetes, intellectum ignauum, & hominem pauidū & uilem. Cistis frigida & sicca facit choleram pigram & duram, homines pauidos, insulsos, & obstinatos in suis opinionib. Cistis calida & humida facit choleram acutam & sensus perspicaces, expulsiuam ualidam, & homines qui citò irascuntur, & facile placātur. Sed cistis calida & sicca facit spiritum, sanguinē, & ægritudines acutas, cholericas, furiosas, multa apostemata, expulsiuam fortem, homines superbos, audaces, iracundos, & quandoq; furiosos. Splen generat humorem melancholicum: qui si fuerit temperatæ complexionis, procreat melancholiam naturalem in mediocri quantitate, & conuenienti qualitate, sanam & utilem ad inspissandum sanguinem, ad ossa nutrienda, ad fortitudinem animi, ad suspicanda pericula, ad meditandum, & memoriam cōseruandam. Splen calidus facit sanguinem acutum, & hominem intrepidum, & subiti ingenij. Splen humidus facit sanguinem lubricum, & memoriam labilem, & hominem leuem. Splen siccus facit sanguinem duriorē uel spissum, memoriam & retentiuam firmam, & hominem constantem. Splen frigidus non potest digerere & corrigere fecem sanguinis, ex qua generatur melancholia, quapropter sanguis remanet magis turbidus, crassus, & fæculētus, &

B

facit hominem timidum & mœstum. Splen calidus & humidus generat melancholiam sanguineam, acutam, & lubricam, & facit hominem inconstantem, placabilem, hilarem, qui nō considerat pericula, & qui est docilis, sed obliuiosus. Splen calidus & siccus generat melancholiam ex cholera adusta, & facit sanguinem acutum & malum, & hominem subitū, iracundū & gracilem. Splen frigidus & humidus gignit melancholiam phlegmaticā, indigestam & uiscosam, quæ frequenter oppilationes facit, & hominem timidū, mœstū, suspiciosum, uilem, ingenio obtusum & ignauum. Splen frigidus & siccus supra naturalem cōplexionem, facit sanguinem terrestrem, spissum, fulcū, & generat grauem & difficilem melancholiam: facit hominem ualde suspectū & pavidū, cogitabundū, memorem, obstinatū, qui odio, inuidia, uel raro amore perpetuo afficitur. Calidiora autē corporis membra sunt cor, cistis fellis, epar, pulmo, caro musculi & cutis; frigidior est stomachus, cerebrū, nuca, medullæ, nerui, splen, ossa, cartilagine, ligamēta, chordæ, panniculi, adeps, pinguedo, renes, testiculi, & cutis. Renes quidem & membra genitalia sunt frigida, quia eorū causæ quibus subijciunt, scilicet Venus & Scorpius, sunt fœminine & frigidae. Membra humidiora sunt stomachus, epar, cerebrū, nuca, medullæ, renes, testiculi, māmillæ, pinguedo, adeps, & reliqua. Sicciora in actu sunt ossa, sed in potentia est splen, cistis fellis, cartilago, ligamēta, chordæ, panniculi, arteriæ, uenæ, nerui motiui & sensitiui, cor, & reliqua. Sed inter humores calidior est spiritus, cholera, & sanguis; frigidius est phlegma, melācholia, & sperma; sed melancholia est siccior quàm cholera, sicut elementū terræ est siccius igne; humidius est phlegma, sanguis, sperma, & lac. Ex his igit cōplexio totius corporis colligitur, & potissimū ex illis septem membris principalibus ex quibus emanant uirtutes & potentiæ animæ, & generantur humores que nutriunt & regunt seipsa & alia membra. Quippe alij medicinæ autores in ijs quatuor duntaxat, scilicet corde, cerebro, epate, & genitalibus, omnem cōplexionis uim posuerunt. Sed nos stomachum, cistim fellis, & splenē addidimus, quæ ab alijs & maxime à Galeno prætermissa fuisse miror, quandoquidem hæc septem membra, septem planetis assimilantur, quibus procreantur: & sicut septem planetæ ob diuinam prouidentiam motu & lumine regunt hæc inferiora, ita septem membra prædicta alijs eiusdem corporis dominantur. Verum sicut Saturnus & Mars sunt infortunati & mali planetæ: ita stomachus uel phlegma, cistis fellis, uel cholera solent esse causa ægritudinum. Splen autē uel melancholia phlegmatica uel cholericæ est grauis & perniciofa, sicut Mercurius est malus, Saturno uel Marti cōiunctus, & cū alijs est prosper & bonus, sicut melancholia quæ non est cruda neq; adusta. Proprietates autem prædictorum membrorum & stellarum in his uersibus sumus complexi:

Cor uiuit, cerebrum sapit, at fel commouit iram:

Splenq; facit mœstos, cogit amare iecur.

Digerit

Digerit atq; facit fanos uel stomachus ægros:

Luxuriam & fœtum membra pudenda creant.

Sol & cor dat uitam, Mars, fel, concitat iram.

Ingenium cerebrum, luna sapiq; facit:

Splenq; bilem gignit, mœstis Mercurius atram:

Sanguis amat, gratos, stella Iouisq; facit.

Et Saturnus edax mala gignit stomachus æger:

Membra pudenda creant, luxuriamq; Venus.

Corpus nempe nostrū cælo & mundo, sicut effectus causæ, assimilatur, & idcirco homo, paruus mūdus appellatur. Nā sicut stomachus recipit & cōcoquit primum nutrimenta, sic Saturnus est altior planetis, & aduersatur soli & lunæ: sicut cerebrū à uaporibus stomachi, & cor à phlegmate patitur. Proximus Saturno est Iupiter, sicut epar stomacho: nam liquor albus, qui fluit à stomacho, post digestionem ciborū, efficitur in epate sanguis: & sicut stella Iouis est benigna, & iacet inter duos malos planetas, & opponitur Mercurio: sic sanguis est benignus, & potest à cholera & à phlegmate infici, & in suis qualitatibus prorsus opponitur humori melancholico, atq; splen à sinistra, & epar à dextra seponitur. Inde succedit Mars, qui est inter Iouē & solem cōstitutus, & opponitur Veneri: sicut cholera generatur post sanguinē quæ acuit, & accendit animos: & sicut odium & ira opponitur amori, turpesq; amores plerūq; pulsant infamia, & semper malum exitū habent. Sol iacet inter Venerē & Martē: nā ex sanguine post sequestrationem phlegmatis & cholerae, generatur spiritus in corde, & cor odio uel amore semper afficitur, & uersatur inter spem & timorem, gaudiū & dolorē, bonum & malū. Rursus, sol significat dominos & reges, & propterea crudelitatis uel libidinis frequenter plectuntur infamia. Mercurius aut parū recedit à sole, sed semper ipsum cōcomitat: sicut cor à sollicitis curis semper urgetur. Venus est inter solē & Mercuriū locata, quæadmodū amor sequitur res pulchras, & semper curis sollicitatur. Sed Mercurius positus est inter Venerē & lunam, sicut curæ res sequuntur amatas, & præcedunt res agendas. Rursus Mercurius bonis planetis illustratus, bonus est: malis uero, malus: ita melancholia bonis humoribus genita, bonā ualitudinē, longā uitā, ingenium, & sapientiā præstat. Sed melancholia phlegmatica uel adusta aduersa omnia creat. Luna aut est contigua orbi Mercurij, quæ significat cerebrum sensus & uires. Sed intellectus & spiritus, quæ significat Mercurius, nō discurret, nisi per ea quæ cadunt sub sensibus, & ingenium adiuuat uires. Itē oculi in corpore sunt sicut sol & luna in mundo. Amplius, caro est sicut terra, ossa sicut lapides, humores sicut aqua, uessica sicut lacus, uenæ ut fluuij & riui, eminentiæ corporis ut mōtes, fluxus uentris ut procellæ aquarū, anhelitus sicut aer, & uentositates corporis ut uenti, sternutatio & terremotus, spiritus sicut ignis, & pili ut arbores. Quin etiā ex septem membris nobilioribus, fluunt spiritus & uirtutes animæ, quæ regunt alia corpora.

ris membra, sicut influxus cœlestes hæc inferiora; & deus in mundo est, sicut anima in corpore, quæ liberū arbitrium habet. Et homo in rebus agendis deberet imitari intrinsecas animæ suæ potentias, quæ nihil præter rectū & iustū cupiūt aut faciunt: primū enim optima natura ea tantūmodo appetit quibus indiget, & salubria in parca quantitate eam sanā conseruant: quodlibet enim membrū pro nutrimento nō attrahit, nisi quod sibi cōuenit, sicut caro quæ nō admittit nisi sanguinem temperatū, ossa melācholicū. Epar gignit sanguinē, splen melancholiā, uessica recipit urinā, & sic de alijs. Item expulsiua transmittit humores & excrementa ad debita loca, secundū necessitatis exigentiā, & unumquodq; membrū & quælibet potentia tantūmodo fungit officio suo, & quando opus est natura respuit excrementa, nocuis resistit, & cōtra morbū totis uiribus nititur. Vtinam ergo homines has naturales animæ uirtutes obseruarent & imitarent, profecto bene beateq; uiuerēt. Sunt autē potentia animæ, appetitus & motus animi in homine, sicut ordines artificū, & cōditiones hominū in ciuitatibus, quarum domini & rectores bonis fauent, & malos plectunt & corrigunt. Quanto igit̄ diligentius & studiosius quisq; seipsum recte regere & gubernare deberet: quandoquidē res sua agat, & ad similitudinem ciuitatis & totius mundi factus sit. Quādo ergo mali appetitus insurgunt, impulsus animorū & furores accensi, eos quā primū cōprimat sapiēs & sub iugo rationis domat nihil pœnitendū appetit, & reddit unicuiq; quod suū est: aduersa æquo animo tollerat, & temperatus, deniq; minime exit quatuor primarū uirtutum, & bene beateq; uiuendi terminos, quos humanæ leges & diuina instituta æquissime fanciuerūt. Exijs etiā colligi potest, quod sicut anima habet intrinsecas potētias & uirtutes, quæ pro cōseruatione corporis naturaliter agunt: & sicut anima liberum habet arbitrium in rebus extrinsecis, quæ ad libitum uoluntatis facere potest, sic etiam deus quandolibet potentia absoluta bonis & malis hominibus iustissima merita retribuit. Sed uirtute dei ordinaria, sydera regunt hæc inferiora. Et quamuis fuerimus longius digressi, tamen iucunda lectio nos citò reduxit, uel maxima hæc addere libuit, quoniam mores etiam immutant aliqua ex parte complexionem: atq; malis moribus ut remedia adhibere sciamus, & nosmetipsos cognoscamus.

*De humoribus.*

**N**X nutrimentis quæ in stomacho digerunt, generat̄ liquor̄ albus, crassus, quem chilū uocant, cuius partes magis crudæ, siue fuerint crassæ, siue aquosæ dicunt̄ phlegma, quod partim remanet in stomacho, & partim fluit cū chilo. Feces uero nutrimentorū sequestrant̄ à chilo, et in stercora conuersæ egerunt. Sed chilus per uenas meseraicas fluit in amplā epatis uenā, quæ dicit̄ porta: inde per innumerabiles & angustissimas uenas diffunditur in totū epar: & sic ibi cōcoquit̄, rubescit, & conuertit̄ in sanguinē: ab eoq; secluditur aquositas quæ in urinā conuersa penetrat in uessicā incredibili

bili admiratione, quandoquidē unde intrat non possit exire, sed per collū uel  
 ficā mingitur. Cistis uero fellis digerit partes sanguinis leues, acutas, ama-  
 ras, & ualde rubeas, & in choleram cōuertit, quæ est humor calidus & siccus,  
 & generatur ex cibis calidis & siccis, dulcibus, amaris, falsis, & acutis, uel à su-  
 perati calore, & laborioso exercitio: cistisq; fellis ad se trahit partes magis cho-  
 lericas, acutiores, magis amaras & fuluas, & transmittit eas in intestina & fla-  
 uo colore tingit sterces & urinam, expulsionemq; adiuuat: sed mitior cholera  
 assimilatur sanguini, quem acuit & cōcomitatur, ut facilius penetret, & simul  
 nutrit pulmonem & membra cholericā. Itidem facit splen, cōuertit enim par-  
 tes sanguinis terrestres & fecem in melancholiā, quæ est frigida & sicca, acra,  
 fusca, & quasi turbida, & procreat ex cibis siccis & frigidis, duris & difficilis di-  
 gestionis, aut à uehementi frigore, & ardenti calore: & splen ad se nutriendum  
 attrahit sanguinem magis melancholicum, durum, & fuscum. Melancholia  
 uero magis digesta & melior inspissat sanguinem, ne sit nimis lubricus, & nu-  
 trit ossa, & pars optima facit ingenium & memoriam. Phlegma est frigidum  
 & humidum, dulce, & nullum membrum propriam habet uirtutem genera-  
 di ipsum, sed per accidens priuationis digestionem creat, & maxime in stoma-  
 cho, qui dicitur lacunar phlegmatis, & partim in epate: nam sanguis ægre co-  
 ctus phlegmaticus nuncupatur, & in uenis magis digeritur: & cerebrum mem-  
 braq; phlegmatica ipsum pro nutrimento sortitū excipiunt, & ubi deficit san-  
 guis, nutrit etiam alia membra. Phlegma dulce, quod non est nimis crudum  
 neq; uiscosum, sed mediocre inter aquosum & crassum, & rore humectat mē-  
 bra ob laboriosum motū arentia. Generatur aut phlegma ex cibis frigidis &  
 humidis, uiscosis, & duræ digestionis, & maxime à frigido stomacho, & debi-  
 li digestiua. Sanguis autem non exit naturaliter uenas, nisi quando conuertitur  
 in substantiā nutriti: sed alij humores, maxime mali, quandoq; exeunt, & par-  
 tim generantur extra uenas. Præterea quatuor humores in uenis partim sunt  
 mixti & partim separati: nam cholera leuior, calidior supernatat, & mitior mi-  
 scetur sanguine, proximus cholere est sanguis, sicut aër sub igne. Phlegma au-  
 tem dulce mediocriter miscetur sanguine, sed crudum uiscosum est sub eo, si-  
 cut aqua sub aëre: at melancholia, quāto magis est dura et grauis terrestri, tan-  
 to magis subiacet separata. Omnino aut sanguis in maxima quantitatis pro-  
 portione excedit alios humores, & est calidus & humidus, rubeus, clarus, syn-  
 cerus, adprime digestus, dulcis & bonus: qui postquam digerit in epate unā  
 cum alijs humoribus, qui secum miscentur ingreditur magnam uenam quæ  
 conuexum epatis ascendit, deinde in plures uenas & uenarum ramos per to-  
 tum corpus diffunditur, & continue melius digeritur. Excrementa autem ua-  
 pores & sanguinis sordes partim insensibiliter per angustissima pororū fora-  
 mina, partim per sudorem excutiunt. Sed post ubi ad extremas uenas tenuissi-  
 mas peruenit sanguis, conglutinatur, & in carnem conuertitur, corpusq; re-

Receptaculum  
 fellis.

stauratur & alitur, membraque madent rore sanguinis qui nutriuit, & humiditate radicali, quam à primordijs generationis contraxere. At sperma generatur ex sanguine superanti bono & sane digesto, qualis est is qui in substantiam nutriti conuertitur: nam quando huiusmodi sanguis exuberat, generatur plurimum sperma à renibus & testiculis, secus diminuitur: natura enim potius se nutrire & conseruare, quàm luxuriando consumere, auet & nititur. Ideo famelici minus coire possunt, & qui supra uires conantur, extenuantur, uel debilitantur. Sed prius postquam sanguis digestus est in epate, cor ad se nutriendum attrahit sanguinem syncerum sane digestum, & eligit ex quatuor humoribus, secundum eorum proportionem, partes magis digestas & meliores, & ex eis generat spiritum, qui est humor tenuissimus, clarus, & omnium optimus, & continetur in arterijs, per quas saliens sub uenis equidistantes discurret, & à corde recipit uirtutem uitalem, qua homo uiuit, & uitæ contrarijs resistit: & quando uenit ad epar, acquirit uirtutes naturales, gustum, digestiuam, distributiua, attractiuam, expulsiuam, & alias. Et spiritus qui ad cerebrum ascendit, efficitur animalis, & habet uim sentiendi & mouendi: & qui per uentriculos cerebri discurret, facit ingenium: huiusmodi autem spiritus nisi sit temperatus, semper declinat ad illum humorem, qui prædominatur in corpore. Spiritus ergo sanguineus temperatus, ut paulo ante diximus, præstat animi & corporis fortitudinem, integram sanitatem, probitatem, ingenuos mores, & excellentes uirtutes. Spiritus phlegmaticus facit hominem uilem, debilem, infirmum, inertem, sensibus obtusum, & ingenio hebetem. Sed qui habent spiritum cholericum sunt impatientes, iracundi, leues, sensibus acuti, & ingenio prompti, spiritus melancholicus facit hominem timidum, mæstum, memorem, & ingenium profundum. Itaque genera humorum naturalium sunt tantum quatuor, sed possunt permisceri, putrescere, corrumpi, & in alterationes innumerabiles transmutari: ex quorum uarietate diuersa genera morborum emergunt. Phlegma quidem tenue, aqueum, & glutinosum malum est: sed aqueum quod cholerae miscetur dicitur falsum: glutinosum uero quanto uiscosius tanto grauius & deterius est, præsertim phlegma uitreum quod simile est uitro liquefacto, quale in frigidissimis senibus solet procreari. Sed phlegma gypseum, à quo tenues partes sunt resolutæ, tenax est & album, sicut gypsum: & quandoque oritur in uacuis foraminibus & iuncturis. Cholera quidem flaua cum pauco phlegmate aquoso, sed uitellina similis ouorum uitellis, crocea cum phlegmate uiscoso solent plerunque misceri. Rursum cholera fit uiridis ex nimio frigore, uel ex indigestione, sicut apparet sæpe in infantibus. Sed quando ex ardenti calore efficitur uiridis uel rubiginosa est mortalis. Melancholia, quæ non est naturalis, quandoque ex nimio frigore, sed plerunque ex adustione aliquorum quatuor humorum generatur: & licet utraque sit frigida & sicca, quæ tamen

est



est cinis est siccor, præcipue cholericæ, & cruda phlegmatica est frigidior. Itaque reperitur melancholia mala & corrupta, sanguinea, cholericæ, phlegmatica, & melancholica. Sanguis etiam quandoque uitiatur & putret, & fit acetosus, falsus, & amarus: plerunque tamen putridus statim in choleram, & quandoque in melancholiam, conuertitur. Item ociosa quies phlegma, sed laboriosa exercitia choleram augment. Ad summum cuiusque generis humor ad hæc quatuor reducuntur. Consequenter autem prosequemur de pulsu, quoniam à spiritu causatur, postea dicemus de Urina, quæ est aquositas humorum.

## De pulsu.



**P**ulsus est motus salientium arteriarum, quæ à spiritu feruenti cutim propinquam uersus facilius subleuantur, quàm aliorum, propter carnem & ossa adiacentia. Spiritus autem continue feruet in arterijs, ut digestiua & aliæ uirtutes naturales possint exercere operationes suas: & resoluit uapores: & quantum spiritus gignitur ex nutrimentis, tantundem resoluitur. Calor uero spiritus uirtute animæ generatur in corde: & propterea præsci philosophi, sicut Democritus, crediderunt animam esse igneam. Et cor maxime feruet ad dirigendos spiritus synceros, & ad excutiendos fumosos uapores, quos nisi per anhelitum expelleret, & continue ab aëre attracto refrigereretur, in breui suffocaretur. Itaque necesse est ut cor continue ferueat & respiret: unde anhelitus, quem autores linguæ latinæ spiritum uocant, est similis pulsui: sed hic uelocitate & frequentia recuperat illius magnitudinem: nam uix anhelitus sunt ualde ampliores arterijs pulsum: præterea arteriæ etiam, ut dixi, trahunt originem à corde, quæ in diuersas corporis partes æquidistanter protenduntur sub uenis quietis, quæ oriuntur ab epate. Illa autem quæ ad brachium sinistrum porrigitur, propter rectitudinem & propinquitatem cordis, & propter honestatem, melius tangitur ad pulsum cognoscendum prope rasetam manus, quæ cubito parumper reflexo supra uentrem quiescat: nam si brachium crura uersus extenderetur, pulsus fieret magis latus, breuis, & minus eleuatus. Si uero manus retro uel supina flecteretur, pulsus cresceret in altitudine & longitudine: si sursum suis uiribus nixa eleuaretur, magis laboraret & fieret pulsus uelocior & frequentior. Pulsus autem habet duos motus & totidem quietes propter fluxum & refluxum, & feruentem ebullitionem spirituum. Eleuationem quidem siue ampliationem arteriarum Græci diastolen, & sistolen uocant depressionem, quam plerique quietem esse crediderunt, quoniam uix ad tactum percipitur: sed falso, quia tantundem est eleuatio & depressio, uel saltem successiue se inuicem recompensantur, & quod demitur ex uno cum alio

recuperatur: sicut patet de anhelitu, cuius aëris attractiones & expulsionem semper ferè adæquantur. Sed uerè quietes sunt proprie inter motus contrarios, hoc est inter diastolen & systolen, quæ quidem multo minus quàm systoles percipiuntur. Colligitur autem totius pulsus substantia nouem modis genere distinctis: primum quidem, quod maxime medici exquirunt, continet species fortitudinis & debilitatis uirtutis: nam pulsus fortis resistit tactui, ob uim animæ, fortitudinem uirtutis & caloris naturalis: & pulsus debilis facile cedit tactui, propter debilitatem caloris naturalis. Quanto igitur calor naturalis est maior, tanto pulsus est fortior, & magis resistit tactui, præcipue si arteriæ sunt duræ: contra, quanto minor est, tanto debilior & facilius cedit tactui, maxime quando arteriæ sunt molles. Faciunt fermè pulsus fortorem, complexio temperata, iuuentus, sana ualeitudo, boni cibi in quantitate conuenientes, calor suauis, labores & exercitia temperata, & quicquid denique suauiter excitat calorem naturalem: sed calores intollerabiles, laboriosa exercitia, febres, & similia licet faciant pulsus maiorem, tamen debilitant: similiter ira, tædia animi, uigiliæ, frigus, ægri tudines, euacuationes corporis, macies, mali humores, qui fluunt ad cor & ad membra neruosa dolentia, & quicquid denique ualde resoluit, debilitat. Alterum genus considerat magnitudinem & paruitatem: pulsus sanè magnus est longus, latus, & profundus, qui circumcirca ampliatur. Sed paruus est secundum easdem dimensiones & circumcirca diminutus, breuis, arctus: & tenuis pulsus quidem rotundus est, breuis, latus, & profundus. Sed teres est longus, arctus, & tenuis. Pulsus superficialis est longus, latus, & tenuis. At summersus est longus arctus & profundus. Coartatus uero breuis, arctus, & profundus. Pulsus autem fit magnus, propter urgentem necessitatem: & necessitas propter calorem, laborem, uel motum, sine multa debilitate: & quicquid denique irritat & inflamat calorem naturalem, ante debilitatem, ut diximus, facit pulsus magnum: præcipue si arteriæ sunt amplæ & molles. E contra pulsus minuitur propter frigiditatem complexionis, & ociosam quietem, resolutionem & diminutionem caloris naturalis, præcipue si arteriæ sunt paruæ & duræ. Pulsus fit rotundus propter multitudinem & crassitiem sanguinis & spiritus: sed pulsus qui est durus & fortis, facit pulsus teretem. Pulsus autem submersus & coartatus fit propter reditum spirituum ad centrum, sicut in somnis, & in principio ægri tudinum humoralium: nam in principio paroxysmorum febrium, quando humores ad putredinem mouentur, natura stupet, & spiritus fugiunt in artem, & faciunt pulsus primo coartatum, postea submersum, deinde magnū propter calorem. Pulsus uero fit superficialis propter debilitatem & duriciem membrorum adiacentium, sicut in sensibus. Sub tertio genere ponuntur durities & mollities arteriarum, quæ fiunt duræ propter siccitatem, & molles propter humiditatem corporis, uel ægri tudinis: idem tamen pulsus potest esse durus propter

propter siccitatem, & debilis, si facile cedit tactui, propter debilitatem caloris naturalis & uirtutis: fiunt etiã durę arterię propter extensionem, sicut in crisi quando extendunt propter expulsionem materię. Sed molles arterias faciunt humectãtia, sicut cibus & potus, otiosa & diuturna quies, somnus, balnea, hydropisis, & cõplexio humida. Quartũ genus sumitur ex uelocitate & tarditate, quę in pulsu attenduntur penes motũ: nam pulsus uelox in breui, & tardus in longo tempore eleuat, pariter & deprimit. Fit aut uelox propter auctã necessitatem, fortitudinẽ uirtutis, & mollitiem arteriarũ: frigiditas uero, debilitas uirtutis, & durities arteriarũ, faciunt pulsum tardum. Pulsus igitur si perseverat uelox, arguit fortitudinẽ uirtutis: si aut parum durat, significat necessitatem auctã propter calorẽ, laborem, & naturę aduersantia, sicut in crisi: omnino uelocitas cõstante uirtute crescit & decrescit, unã cũ motu, labore, uel alia necessitate. Sed deficiente uirtute & crescẽte necessitate fit pulsus tardus, paruus, & spissus. Similiter pulsus magnus, si unã cũ necessitate perseverat, significat fortitudinem uirtutis, secus debilitatẽ, mollitiesq; arteriarũ magnitudinẽ, ut dixi, & durities auget paruitatẽ: pulsusq; fortis minor est cũ duritie, quã sine necessitate & urgẽte necessitate pulsus fortis & durus fit uelox & paruus, uelocitasq; magnitudinis decrementũ recompensat, sed durities, debilitas, & necessitas aucta facit pulsum ualde paruũ & densum. Densitas enim siue frequentia & raritas quę sub quinto genere pulsuũ continent, attendunt penes quietes, diastoles, & sistoles, interiacentes quę à depressione siue sistole nõ facile discernuntur. Facit aut pulsum frequentẽ & densum necessitas, & priuatio necessitatis rarũ. Intellego sanẽ per necessitatẽ calorem ad motũ, uel maxime auctũ laborem, dolores, ægri tudines, iram uel aliam ob causam: necessitas igitur cum fortitudine uirtutis, ut diximus, facit pulsum uelocem, frequentem, & magnum: sed cum debilitate & duritie densum, tardum, & paruum. Durities quidem auget frequentia, & minuit magnitudinẽ: sed mollities facit pulsum maiorem & rariorem: uelocitas aut & frequentia se inuicem incomitantur, nisi in debilitate uirtutis, in qua urgente necessitate, frequentia crescit, & uelocitas retardat: pulsus ergo spissus, paruus & mollis est, debilis sicut uermicularis, & densissimus est formicalis, similis formicis, cuius diastoles in superficie, tanquã minimi & creberrimi puncti uix percipiunt: & significat maximã necessitatem, ultimam debilitatem, & mortem propinquam: & quamuis pulsus ratione frequentia & spissitudinis sit sub hoc genere, tamen ratione diuersitatis sub octauo continetur. Sextum genus complectitur plenitudinem & uacuitatem: sunt enim arteria pleniores propter repletionem & abundantiam spiritus & sanguinis, quibus phebotomia quanto citius tanto melius cõfert: sed uacua significant modicum spiritum & debilitatem, & indigent repletionem & restaurationem. Sub septimo genere locatur qualitas & quantitas caloris arteriarum & carnis, ex quibus aliquo qualiter coniecturatur qualitas

malorum humorū & egritudinis. Octauū genus cōprehendit æqualitatē & inæqualitatem pulsuū, & eorū diuersitatem, siue plures pulsus inuicem diuersi siue partes eiusdem inter se cōparent. Est autem pulsus æqualis quando est similis in magnitudine uel paruitate, fortitudine uel debilitate, uelocitate, frequentia uel plenitudine. Sed diuersus, quando aliquo modo differt. Item pulsus diuersus duplex est, uniformis & diformis: pulsus quidem uniformiter diuersus est, quando in aliquo prædictorū generum uniformiter crescit uel decrescit, ita quod quanto secunda diastole est maior uel minor prima, tantundē tertia maior uel minor secunda: & sic procedat usq; in finem uel ad certū terminum, à quo similiter declinet, uel statim principiū repetat, & pristinum ordinem tanquā per circulum seruet: talem autē cōsonantiā & proportiones excessuum in pulsibus scire oportet, sicut in uocibus musica metiri & cognoscere docet. Et potest dici pulsus uniformiter diuersus, quando quæq; tertia, quarta, uel sexta diastole intersecta cadit & subterfugit, aut duplicata redit, uel aliquo modo similiter uariatur, ceteris paribus. At pulsus diformiter diuersus in duas species sequestrat: aut diastole & sistole utraq; sunt alijs absq; proportionis ordine inæquales: aut in eodem pulsu diuersitas accidit, quæ tribus iterum modis uariatur, quandoq; enim arteria inæqualiter salit sub indice anulari, uel medio digito, & quandoq; arteria circum circa secundū sex differentias positionum inæqualiter dilatatur sub eodem digito, & interdum partes eiusdē eleuationis uel depressionis sunt inter se inæquales: utputa prima medietas est uelocior altera, uel ecōuerso. Pulsusq; diformiter diuersus potest secundū omnes suas species in infinitū uariari: sed qui sepius accidere solent magis sensibiles duntaxat explicabimus: sicut pulsus satyriasis, qui ualde diuersus est & incerto ordine uagat: nam modo huc modo illic in tempestiue altius salit, & ex abrupto diutius quiescit: sicut hœdus qui saltando discurrit, sic pulsus modo uelox & magnus, modo lētus, paruus, durus, uel tremulus mouet. Huius fermè diuersitatis causa cum fortitudine uirtutis, est grauis repletio ciborum, sanguinis uel aliorum humorū: cum debilitate uero significat crism: & tanto diuersitas maior est, quanto humores sunt magis uiscoli & crassi, uel prope cor cōstituti, qui impediūt spiritum: & ob easdem causas diuersitas diutius durat, ut accidit in paroxysmis febrium humoralium. Similesq; causæ maiores & grauiorē faciunt tremorem cordis, & pulsum tremulum. Sed diuersitas pulsus propter repletionē ciborū uel timorem citò recedit, & facilius propter ebrietatem sedatur. Bis pulsans est pulsus, qui in eodem tempore hinc inde secundū latitudinem arteriæ bis pulsare uideat, aut spiritus propter magnā necessitatem uel fortitudinē uirtutis ualde feruet, & tractim ebullitionis globos unū super alium extollit: spiritus enim tractim impulsus salit ob duriciem arteriæ, quæ nō facile dilatat. Pulsus undosus, cuius spiritus per arterias, sicut undæ super equo recurrūt, inæquales, plerūq; significat capitis & quādoq; uentris dolorē: si idē

plenus

plenus est arguit abundantiam sanguinis uel crassi humoris, si uelox urgentem necessitatem, doloris uehementiam uel fortitudinem uirtutis, si lentus uel uacuus, debilitatem significat, & raro à capitis dolore uel plenitudinis grauedine absoluitur. Pulsus similis caudæ muris, uniformiter crescit uel decrescit, sicut in declinatione paroxysmi uel principio febris, hoc est, sicut uirtus uel necessitas æqualiter augetur, uel successiue diminuitur. Pulsus spasmosus habet arterias contractas, quæ propter imbibitam materiam, uel maximam repletionem stomachi & præcordijs grauem tenduntur, & tractim mouentur, sicut nerui in spasmo. Pulsus ferrinus est similis ferræ, qui alternis uicibus modo durus, modo lenis est: & significat apostema pectoris & membri neruosi communicantis cum arterijs: ad apostemata autem propter debilitatem loci & dolorem undique confluant mali humores, qui partim sunt uiscosi & crudi, & partim putridi, digesti, ex quorum diuersitate arteriæ alternis uicibus sunt molliores & duriores: accedit, quod qualitates & uapores malorum humorum miscentur etiam cum spiritu, quorum causa, uel propter spiritum formidantem dolorem, arteriæ tenduntur & relaxantur, & faciunt pulsum ferrinum. Pulsus interseptus est, ubi aliqua diastole subterfugit, & non percipitur propter malum humorem cordi molestum, ad cor guttatim fluentem. Pulsus cadens accidit propter syncopim, aut trepidum & improuifum terrorem, quando spiritus propter timorem uel cor à malis humoribus oppressum, territus refugit in centrum & arcem, postea excusso timore uel humore spiritus per corpus dilatatur, & pulsus reddit. Pulsus similis chordis & funibus tortus, fit quando spiritus propter grossitiam humoris secum mixti, & propriam debilitatem non libere sed circumflexus decurrit. Tremuli pulsus causa est maximus timor, aut plurima repletio stomachi, & materia cordi molesta, aut uehemens necessitas, quæ subito resoluit spiritum, & facit arterias aliquantulum duras. Pulsus uermicularis, qui, sicut minimi uermes, parum & lente mouetur, malus est & minor, & deterior est formicalis similis formicis, debilis, spissus, & minimus, ad quem ubi deuentum, actum est. Alij autem pulsus diuersi ad aliquam prædictarum specierum possunt reduci. Preterea quidam addunt nonum genus, quod ponderat bonitatem & malitiam pulsuum. Sed superuacuum uidetur, quoniam bonitas uel malitia pulsuum est ratione fortitudinis uel debilitatis, magnitudinis uel paruitatis, uelocitatis uel tarditatis, aut sub alio prædictorum generum continetur. Sed forte hoc nonum genus ponit differentiam inter pulsus puerorum, iuuenum, & senum: nam licet pulsus frequens sit simpliciter malus, & sub quinto genere continetur, tamen quia est naturalis & bonus pueris, ideo dicitur pulsus boni poderis, & sub hoc nono genere locatur: pulsus ergo boni uel mali poderis, non differt nisi ratione ab alijs generibus. nam idem pulsus proprio & consueto alicui ætati comparatus est sub hoc genere, & comparatus pulsui temperato est sub alijs generibus. Pulsus autem puerorum lenis est, propter abundantem humiditatem, & debilis propter impotentiam uirtutis: sed frequens ob urgentem

necessitatem caloris euentādi & resoluendi fumosos uapores, qui propter eo-  
 rum ingluuiem continue gignuntur: & quamuis pulsus eorum sit paruus re-  
 spectu uirorum, tamen magnus est ratione corporis. Pulsus iuuenum maio-  
 res & uelociores sunt circa uigesimum quintum annum, sed fortiores & ma-  
 gis lenti & rari circa quadragesimum. Pulsus senum sunt parui, duri, lenti, &  
 rari, propter frigidam & siccam complexionem, debilitatem uirtutis, & pri-  
 uationem necessitatis. Sed decrepiti habent pulsum mollem propter humidi-  
 tatem indigestorum humorum, & ubertatem catarrhorum. Amplius, pul-  
 sus uirorum sunt longe maiores & fortiores mulierū, propter fortiorem uir-  
 tutem, & maiorem necessitatem, quæ auget pulsum uirorum tantum in ma-  
 gnitudine, & non in frequentia neq; uelocitate; sed in mulieribus contrarium  
 accidit, ob molles arterias & magis angustas & profundas à carne obfessas.  
 Carnosi enim & obesi habent arterias magis profundas, & pulsum minorem  
 & frequentiore macilentis. Præterea quisq; ex innata complexione habet  
 proprium pulsum sibi naturalem: pulsus igitur ægri comparādus est pristino  
 eiusdem sani, uel saltem pulsui proprio illi ætati: & quanto magis distat, tanto  
 magis laborat. Calor autem, ut sepe diximus, sine debilitate facit pulsum ma-  
 gnum, & calor naturalis quanto maior est, tanto fortiorem. Sed accidentalis  
 quanto magis perseverat, & maiorem laborem præstat, tãto magis debilitat.  
 Complexio frigida & maxime accidentalis facit pulsum paruum, debilem, ra-  
 rum, & lentū: quod si arteriæ essent molles, pulsus fieret parumper maior, sed  
 magis lentus & rarus. Cōplexio humida mollit & extendit arterias, quas co-  
 artat & indurat siccitas: & non modo complexio totius corporis, sed qualita-  
 tes membrorum intendunt & remittunt calorem spiritus, & uariāt pulsum:  
 sicut accidit paralyticis, quorum spiritus licet ab eodem cordis fonte in utrūq;  
 latus discurrat, tamen pulsus lateris paralytici est similis pulsus frigidæ cōple-  
 xionis, & alter calidæ. Amplius, pulsus unā cum corpore semper & æquali-  
 ter alteratur. Est ergo pulsus fidus index, cui maxime credendum est: unde ci-  
 bus & potus faciunt pulsum magnum, uelocem, frequentem, & fortem: con-  
 trarium uero ieiunium & sitis: sed ebrietas & repletio tam ciborum quàm alio-  
 rum humorum facit pulsum diuersum. Pulsus in principio somni est paruus  
 & debilis, quia spiritus in centro uacat digestioni, postea dilatatur & fit pulsus  
 fortior & maior propter humiditatem arteriarum. Somnus uero prolixus fa-  
 cit pulsum paruum, lentum, & debilem, quia spiritus incumbit resolutioni su-  
 perantium uaporum, quos uigiliæ & motus excutere solent: sed si quis intem-  
 pestiue expergiscatur eius pulsus, tanquam territus, aliquantulum quiescit po-  
 stea, fit uelox & frequens: & diurnæ uigiliæ faciūt pulsum uelocem, frequē-  
 tem, & diuersum: quæ si diutius perseverant, pulsus debilitatur, & cōtinue fit  
 minor, & tandem cum tremore cordis efficitur tremulus. Pulsus autem ma-  
 ne post debitum & consuetum somnum est uelox & magnus, qui paulatim  
 per

per ultimam resolutionem decedunt, eorum pulsus & debilitas manifeste percipitur, quia facile cedit tactui, aut uix percipitur. Sed quoniam nostris temporibus propter consuetam ingluuiem plurimi moriuntur, repletionem & malis humoribus suffocati, ideo pulsus eorum paulo ante mortem adhuc perseverat, uel fuit satis fortis & uelox. Ad summum, cuiuscumque generis pulsus, ut recte cognoscatur eius bonitas & malitia, debet ad temperatum comparari. Est autem pulsus temperatus æqualis & fortis, & in cæteris generibus in medio extremorum locatus, mediocritatis locum obtinet: & huius causa est spiritus syncerus, lucidus, clarus, ualidus, copiosus, feruens qualis & quantus est: quæ optima natura exposcit, & qui nec ira uel febre ephimera facile acceditur: sed agilis per solitos meatus absque impedimento libere saliendo discurrit: & talis est in cæteris actionibus mentis & corporis omnibus uehementissimus. Itaque hæcenus spiritus officium, & humorum naturam, & quæ de eis sentimus, breuiter explicauimus; reliquum est ut de urina, quæ est aquositas humorum, disseramus.

## De urina.

**U**rina dicta est à græco uerbo *ουρεω*, id est, meo, à quo *ουρος* Latini uocant lotium à lauando, lauat enim & abstergit, tingitur cholera, secumque trahit excrementa quæ inuenit: sed eius crassities & tenuitas substantiæ ab initio concipitur in epate, ubi concoquitur sanguis, à quo sequestratur aquositas urinae: quæ mirum in modum & per incredibiles poros ingreditur uessicam, quibus non potest exire: sed ne continuo mingendi tempore afficeremur, tributum est nobis à natura ut collectam urinam per collum uessicæ ad libitum mingeremus. Itaque urina non deciditur ab omnibus corporis partibus. Sed uessicæ, renum, & epatis dispositiones primo nobis ostendit, ex quibus postea aliorum membrorum ualitudinem coniecturamus, unde si prædicta membra se bene haberent, utique urina esset ut decet naturalis & sana, & nihil mali ex ea colligi posset. Hinc igitur plurimorum ignorantia patet, qui medicum ex inspectione tantummodo urinae, posse omnia scire opinantur: nec peritum quenquam esse medicum credunt, nisi per urinam omnia prædicere sciat: sed isti tradendi sunt malis medicis perimendi, & mendicis expoliandi uafri & uersuti, qui statim uisa urina fingunt totius ægritudinis substantiam cognoscere: & tantummodo referunt generalia, quæ ægris serè omnibus accidere solent, & cum his subtrahunt & capiunt portantes urinam, ex quorum uerbis postea aliquam faciunt ægritudinis coniecturam. Sed huiusmodi deceptores & ignorantes sunt peritis medicis, integris & iustis, ualde molesti & exosi. Sed ad rem redeamus. Indicia quæ urinae decernunt, colliguntur ex colore, crassitie, uel tenuitate, ex hypostasi, ex quantitate, spuma, & foetore, uel materijs secum mixtis. Sed quia colores se nobis prius obijciunt, ideo de eis primum loquamur. *V*rina temperati uel saltem sani est naturaliter flaua,

C

& eo mediocri colore tincta, qui paleam & citrinum interiacet. Flavescit autē ratione cholerae, quae digestionem gignitur à calore naturali: & hinc est, quod urina parum post cibum mingitur alba, clara, sicut aqua: quoniam calor naturalis relinquit urinam, & tendit ad digerendum cibum in stomacho: similiter est urina illorum, qui statim mingunt quod bibunt, uel ob aliquam causam sepe sepius mingunt. E contra, quanto diutius urina moratur in uessica, tãto magis fit fulua & crocea. Item, quando apostemata, maxime cerebri, febresq; ad se trahunt spiritum, calorem naturalem & cholera, mingitur urina alba, turbida, sicut lotura manuū. Sed ubi humores corporis essent pestifero morbo corrupti, tunc urina esset ualde turbida, similis urinis asinorum uel mulorum, & significat apostema cerebri uel pestem contagiosam. Præterea est alia species urinae uere albæ, similis lacti, nempe chilus ipse, quem epar minime concoxit. Et ego curauī quendam, qui pluribus diebus minxit huiusmodi chilum quàm similem lacti. Aliæ uero urinae quæ ad albedinem declinant, significant debilem calorem naturalem, complexionem frigidam, & humores phlegmaticos. Urina palida arguit humores ualde frigidos, phlegmaticos, uel melancholicos: sed urina alba similis spermati, indicat pituitam, apostema frigidū, phlegma uitreum, dissolutum, paralysem uel apoplexiam. Humor uero similis spermati, qui absq; libidinis actu, & præter uoluntatis intentum, paulatim mingitur, ac si ex fistula guttatim flueret, arguit abundantiam humorum, & debilitatem renum. Urina quidem saniosa apertionem apostematum significat: quandoq; autem arenulae calculi, & materiae in uessica coniectæ dissoluntur, & faciunt albam urinam: sed in febribus acutis urina alba pernicioza est, & sæpe capitis dolorem, & mente captis insaniam significat. Complexio sanguinea facit urinam rubeam & crassam, cholericam fuluam, croceam, melancholicam, palidam, opacam uel fuscam, & quanto diutius urina in uessica moratur, ut dixi, tãto magis rubet: unde inedia, sitis, labores, dolores, putredo, febris, calor, & quicquid deniq; resoluit & desiccatur humiditates corporis, accunt & rubore tingunt urinam, præcipue si complexio est calida, uel dominantur humores sanguinei uel cholericus. Item repletio & humores stomacho uel præcordijs graues aut putridi, apostemata & dolores, tingunt rubore urinam. Sed in febribus urinae omnes ferè sunt rubeæ, & multo magis calidorum humorum quàm frigidorum. Urina fulua uel rubea, plena puluere, atomis mixta, & sine sedimine, indigesta in febribus, mortalis est. Minctus sanguinis apertionem uenarum demonstrat, quod si in crisi sine aliqua uiolentia sponte contingit, nunciat salubrem euentum: sed si ab initio tenuis, foetidus, uel guttatim mingatur, malus est, & ulcera penè incurabilia indicat. Urina lictica quanto magis fulua uel rubea, fusca fuerit, quæ pannos indelibilibus maculis inficit, tanto salubrior est. Contra uero quæ albescit uel parum rubet sine cõualescentia, hydropisim minatur. Urina fulua uel rubea in cuius summitate conspicitur

lor



lor uiridis, similis oleo, mala est, & sepe mortalis, presertim pinguis, uncta, fœtida, pauca, & fusca ex adustione, aut in cuius summitate guttæ adipis, sicut olei natāt, quę significat phthisim, hecticā, & liquefactionē pinguedinis, humorū radicaliū, & dissolutionē membrorū. Veruntamen in ægitudinib. melancholicis, quando huiusmodi urinam rubeam, fuscā, uel uiridem similem oleo subsequitur nigra, reducit spem salutis. Pleuresis & apostemata pectoris & laterum superiorem partem urinæ nigriorem, sed inferiorem magis rubeā & clariorem faciunt. Salubrior sanè est urina rubea, quę sanguinē, quā fulua ignea & fusca quę cholera, significat. Quandoq; autē in morbis frigidis rubet urina, aut propter febris calorem & putredinem, uel propter dolores, sicut in colica, aut propter oppilationes, sed rubea, aquosa, similis loturæ carnis recētis prouenit ex debilitate epatis, quod ægre concoquit, & nō potest sequestrare sanguinem ab aquositate, ceu in hydropisi, & reliquis ægitudinibus epatis, in quibus urina omnibus ferè rubet. Similiter in ægitudinibus renū urina est quandoq; similis loturę carnis: quoniā renes nutriunt sanguine parum per aquoso. Item, quādo phlegma uel alter humor obstruit meatus, unde cholera à felle pficiscens plabit in uiscera, aut ab eis diuertit melancholia, & tota fluit in uessicā, urina mingit ualde fulua & fusca icterica. Sic itaq; in frigidis etiam morbis urina quādoq; est rubea, econtrā in calidis mingit alba, ubi cholera à uis urinæ aliò diuertit, siue in uiscera labat, siue propter dolores uel apostema cerebri ad caput, aut ad cibū digerendū repat, sed eius albedo non est peruiā, clara, sed quasi turbida, puluerulenta, sicut lotura manuū, absq; hypostasi, indigesta: huiusmodi autē urina plerūq; est perniciosa, maxime in morbis acutis, in quibus tutior est urina rubea, quā alba. In febribus urina quæ pluribus diebus mingit alba, significat quartanā: si uero fuerit alba propter oppilationes, & perseveret, minat cacohexam & hydropisim. Febres cōpositę urinas gignere solent rubeas, fuscas, quæ ad nigredinem tendunt: sed urinæ diuersorum colorū, quarum partes fuluæ, rubeæ, albę, nigre, sunt ferè distinctę, significant inquietudinem, laborem, & caloris estum. Quādo mingit urina ignea, ualde acuta, quę infert maximū dolorem in preputio, significat humiditatem eius exiccata propter coitum, uel falsedinem ciborū: quæ si diutius perseveraret acuta, ulceraret uessicam & eius uias, & postea mingeret sanguinea, deinde turbida, fusca, & saniosa. Urina parū uiridis, & quę ad colorem uiolarū, uel cœlestiū liliorū uergit, significat magnū frigus, uel summū calorem in uiris, in mulieribus uero purgationem matricis: sed in pueris lactātibus, quibus frequentius accidit, significat indigestionem & frigiditatem. Quę uero est ualde uiridis, in adultis similis succo foliorū porri, aut uiridi eris, uel rubiginosa, crocea, indigesta, portendit adustionem humorum, membrorū incendium, & mortem. Et quandoq; urina uiridis procreat à spasmo, ueneno, uel pestiferis humoribus. Urina quę prius fuerat rubea, fusca, uel ignea, & postea mingit

nigra, indicat humores melancholicos ex adustione sanguinis uel cholerae. Si uero praecesserat alba, significat melancholiam phlegmaticam. Amplius, pernitiosa est urina uiridis & nigra, praesertim pauca & crassa, quonia significat maximu calorem febrilem, uel maximu frigus extinguens calore naturalem. Vbi aut urina esset nigra & multa, & uirtus fortis, cretica pugna superat morbos, & per uias urinae expellit malos humores, quartana sanatur, discutit splenis tumores, lapides renu & uessicae dissoluit, sedat dolores renu & dorsi, aut sanguine nariu, hemorrhoidaru, uel menstrua retenta purgat: ubi aut urina nigra multa subsequitur albam, aquosam, indigestam, salubris est, & ex iuuamento quod statim sequitur, uidetur. Item, urina nigra quae cum dolore mingitur mentulae, uessicae, uel renu, significat ulcera illoru locorum, praecipue si in fundo facit residetiam saniei, aut guttae sanguinis aut crustae, sicut furfures, in ea mingunt. Rursum, urina nigra, si fuerit, pauca est mortalis, maxime in senibus, & morbis acutis: nam fit pauca propter adustionem, & nigra propter corruptionem humorum: & quandoque significat maximum capitis dolorem, uigilias ualde insomnes, surditatem, insipientiam, & furorem: & interdum urina nigra post albam portedit ictericiam. Sed sanies mixta indicat intrinsecorum apostematum apertionem.

*De urinae cognitione.*

**U**rina est tenuis, quando in plures minores, sed crassa, in pauciores maiores partes, concussa disrumpitur, crassaque maiorem spumam firmioresque ampullas producit, potest ergo urina crassa esse clara & peruia. Contra, tenuis potest esse turbida, humoribus mixta, in cuius superficie acies terminatur, uel paru transparent: ueruntamen tenuis plerumque solet limpida, clara, & crassa, opaca uel humoribus densa esse. Urina aut crassa non modo ab aegritudinibus frigidis generatur, sed a calidis, acutis, maxime in principio febrium sanguinis & fuluae cholerae uitellinae. Omnino autem rarae & paucae aegritudines faciunt urinam tenuem, nisi mali humores, acuti, ualde calidi & furiosi, aut apostematata doloribus saeva, aut debilis digestiua, uel infirma retentiua, sicut in diabete, in qua quod bibitur statim mingitur, & interdum urina est tenuis propter oppilationes: uel quia parum in uessica moratur, uel ante digestionem mingitur: sicut urinae illoru qui propter frigus, uel assumpta diuretica, sepe saepius mingunt. In quacunque aegritudine urina crassa, quae nec in augmento, nec in statu attenuatur, nec tenuis ingrossatur: sed qualis ab initio fuit indigesta perseverat, mala est & pernitiosa, & significat debilitatem digestiuae, & uirtutis uitalis, & potentiam morbi. Epar ubi debilitatur parum attrahit, uel attractum crudum dimittit, & tantum tenue expellit. Et quandoque propter oppilationes mingitur urina alba, tenuis, & interdum subrubea similis loturae carnis recentis. Urina quae in conualescentia perseverat tenuis reducit aegritudinem. Sed tenuis quae sine conualescentia ingrossatur indicat liquefactionem

tionem humorum & hecticam. Diligenter autem obseruandū est quotidie, utrum substantia urinae digeratur: quoniam longe rectius est iudicium quod per crassitiam & tenuitatem, quàm quod per alia urinae signa colligitur. Sed imprimis sciendum est, quod urinae iuuenum sunt mediocres & æquales, senū tenuiores, & puerorum crassiores. Mali humores difficilis digestionis, faciūt urinam diutius indigestam, & prolongant ægritudinem, si uirtus est fortis, quousq; digerantur: sed ubi digestiua uel uirtus est debilis, aut humores sunt perniciosi uel pestiferi, faciunt urinam indigestam, & perimunt ægrum ante digestionem. Viresq; iuuenum sunt longe potentiores quàm senum, uel puerorum aduersus malitiam morborum. Omnino autem plures & grauiores sunt ægritudines, quæ crassam urinam, quàm quæ tenuem faciunt. Urina quæ partim digesta est & partim indigesta, hoc est, cuius partes quædam sunt tenues, & quædam grossæ, significat diuersitatem materiae, & opus digerentis digestiuae. Item urina crassa & multa, quæ facile mingitur, affert bonū euentum, sicut in ægritudinibus splenis: similiter quæ mingitur, turbida: sed citò in fundo residentiam facit & clarescit: sæpe enim natura per uias urinæ, ut solet in crisi, nocua expellit. Pauca uero & crassa quæ cum difficultate mingitur, arguit debilem uirtutem, uel multitudinem crudorum humorum. Urina turbida quæ est tenuis, citò sequestrat sedimen & turbulentam materiam ab aquositate. Phlegma facit urinam rubeam in febribus, propter putredinem & calorem: sed in ceteris albam, utranq; tamen crassam. Urina crassa, clara, & fulua significat choleram uitellinam. Sed tenax, obscura, similis uitro liquefacto, ut accidit in epylepsia, indicat phlegma uitreum, uiscosum, & tenax: cuius quidem urina licet sit ualde crassa, omnino tamē si indies aliqua ex parte attenuatur, digeritur: quamuis non habeat illū flauum colorem, qualis digestionis cōducit: nam priora atq; potiora sunt signa digestionis mediocris substantiæ in urina, quàm quæ coloris ratione sumuntur. In epate enim urinae substantia cōcipit, sed in renibus postea & uessica coloratur. Si uero urina postquam mincta est, condensari, ingrossari, aut attenuari uidetur, uel clarescit & sequestrat residentiam, significat quod natura laborat & incumbit digestioni. Urina autem quæ postquam mincta est, facile corrumpitur, significat putridos & corruptos humores, & quandoq; eorū digestionem & sanitatem, maxime in pueris, quorum urinae quæ frigori exponuntur citius corrumpuntur, sed igni admotæ, uel solis radijs calefactæ in pristinum colorem & substantiam reducuntur. Morbi pestilentes, apostemata cerebri, & quādoq; capitis dolores, faciūt urinam turbidam, similem asinorum. Item faciūt urinam turbidam, sanies apostematū, ulcera, lapides renum & uessicæ, dissolutæ materiæ ex apertione pororum expulsæ, liquefactio humorū, syncopis, uirtus repente debilitata, excrementa matricis, &c.

**S**edimen, quod Græci hypostasim uocant, est pars urinæ crassior phlegmatica, quæ paulo postquam minctæ est ex reliquis decidit, & in unum colligi solet: optima est alba, leuis, & æqualis, sicut nubes, uel sicut flosculus lanæ candidæ, carminatæ, & in medio in forma rotunda uel pyramidali pendet, interdum superficietenus natat: sed optima est magis tenuis, & plerunq; residet in fundo, & ideo sedimen & à quibusdā residentia appellat. Est em phlegma digestū, & idcirco phlegmatici ociosi, epulones, & opimi plus sediminis, quàm macilenti, sobrii, & laborib. dediti gignere cōpellunt: similiter in urinis ægrorū post digestionem est plus sediminis, quàm sanorū: quoniā in eorū uenis est plus mali humoris. Hypostasis autē sepe incipit in augmento ægritudinis salubris oriri, & cōtinue in bonitate & quātitate crescit, in statu & in declinatione plurima colligit, sed in principio nusquā apparet. Itaq; in morbis quanto citius hypostasis decidit & melior est, tanto præcociores digestionē salubrioremq; euentū nuntiat, & citius sanitatē restituit: humores enim quādiu sunt indigesti, nō gignunt neq; sequestrāt hypostasim, nisi malam, secundū eorū malitiā, contrariā ei quā paulo ante approbauimus, qualis est hypostasis rubiginosa, liuida, pallida, nigra, aspera, inæqualis, disrupta, maculosa, puluerulenta, uel in qua cōgestæ materiæ & frustra, sicut fures cōmiscēt: hypostasis autē & urina solent eodē esse colore insignitæ, sed alba est melior, proxima est flaua, deinde rubea, postea fulua: sed leuis & æqualis siue sit rubea, siue fulua, est longe melior quàm alba inæqualis. Vbi uero hypostasis est in plures partes diuisa, & per urinā conspersa, significat quandoq; uentositatem, sed plerunq; difficultatem digestionis ob malitiā humorū, uel debilitatem digestiæ. Omnino hypostasis mala, peior est collecta quàm cōsperfa: & quæ in superficie natat, significat apostema, uel creticam expulsionē: rubiginosa, puluerulenta, & quæ fuligini mixta apparet, minant ægritudines mortales, uel saltem longas. Urina & hypostasis pallida, uel sicut spermatica, portendit consumptionem & dissolutionē membrorū: sperma arguit debilitatem renū, & est crassius, magis solidū, pallidū, uel liuidū, quàm hypostasis. Sanies disruptorū apostematum quæ cū urina mingit, in breui purgat: sanies ulcerum, renū, & uesticæ cū acuitate urinæ, & dolore mingendi, paulatim crescit & decrescit ab urina separata, & distinguitur per fœtorem ab hypostasi & phlegmate. Nam hypostasis leuis est & rara, phlegma uero graue & densum, sicut sanies: sed phlegma minctū siue hypostasis phlegmatica, multa & glutinosa significat plurimū humorem phlegmaticū, crudum, uel frigus renū aut dissolutionem membrorū: & quandoq; cū ea sanant podagræ & dolores iuncturarū, præcipue si phlegma minctū est tenue, digestū, & multū. Hypostasis pinguis & unctæ portendit phthisim uel hecticā & dissolutionem membrorū. Hypostasis fulua indicat ardentē cholera, uel insidiosam furentem: sed rubea crassa,

crassa, sanguinis abundantia: & tenuis, rubea, ignea, inquietudinem, tædium, & dolorum faces. Hypostasis similis loturæ carnis recētis, significat debile iecur: sed sanguinea, a pertionem uenarū: uerum sanguis quanto magis est permixtus, tanto à remotioribus partibus uenit: clarus uero & rubeus à regione epatis. Sed fuscus & niger sæpe splenis sanitatē restituit. At si guttæ sanguinis sint rotundæ uel oblongæ, parū permixtæ ex uenis quæ sunt infra uesticā uel matricem, scaturiunt. Calculi siue lapilli rubei, parui, sicut arenula, à renibus manant: sed aliæ materiæ coniectæ rubeæ, quæ subsistunt urine, ab epate ueniunt: calculi uero maiores uel alia materia alba in uestica cōcipiūt. Urina densa, crassa, uel turbida, cuius partes crassiores à tenuioribus sequestratæ descendunt & clarescit, multa significat crīsim & sanitatem, sed pauca debilitatē uirtutis. Cortices ulcerū, & materię sicut furfures uel sicut crustę scabiei demonstrant in urina ulcera renum & uesticæ. Veruntamen eiusmodi materię minungunt quandoq; post maximum laborem, & quando consolidantur ulcera: sed raro, propter maximā difficultatem sanant, nisi forte in principio: nā citō inueterantur, & continue faciunt urinā magis saniosam, & faciunt acutiores dolores, postea incontinentiam urinæ, & tandem mortem inducunt. Vbi uero eiusmodi materię sine dolore minguntur, præsertim latę & magne, sicut frustra putridę carnis, durę uel molles, quę facile dissoluunt, perniciosę sunt & mortales, & significāt tabem & cōsumptionē membrorū. Præterea faciunt urinā fœtidā, ulcera renū, & uesticę mali humores, multi, calidi, putridi, corrupti uel pestilentes. Urina uero quę desinit esse fœtida, sine conualescentia, ex insperato defectū uirtutis inducit: ubi uero urina sanī incipit fœtere nunciat repletionem putrescentiū humorū, & febrem calidam humoralem. Spuma autē in urina ex uiscositate humorū, & extrinseca uentositate generatur, spumoseq; ampullę ea uentositate conflant, quā concipit urina dum mingit, uel maxime dū in uas mincta projicit: quanto ergo sunt maiores & diutius durāt, tanto humores magis glutinosos & tenaces arguunt. Itaq; uentositas & spuma urinæ non concipit in corpore nisi admodū pauca. Quę sicut grana milij parua ascendētia & descendētia cōspiciuntur in urina, significant oppilationes. Ad summū urina spumosa propter uiscositatē humorū facit morbos lōgiores & graues, præsertim renū. Insuper cōsideranda est quātitas urine, cuius causa per inquisitionē eorū à quibus augeat & diminuit, colligit. Primū quidem urina, fluxus lubrici uentris, uomitus, & sudor inuicem detrahunt minuuntq; urinā: præterea sitis, tolerantia, fames, labor, febres ardentes, & quicquid deniq; ualde resoluit cū abstinentia potus: præter has causas modica urina significat debilitatem uirtutis, & hydropisim. Sed plus consueto mingere faciūt diuretica, aperitiua, uberius potus, frigus, dyabete quę fit propter ualidā renū attractiuam uel debile & incōtinentiā uesticę, liquefactio humorū. Crīsis malorū humorū qui per uias urine purgant, quę post digestionem, maxime in egritudinibus

cholericis, nunciat sanitatem; & quāto plus fuerit & magis spissa, licet parum probo colore infecta, nisi partes diuersarū qualitātū sint distincte, tanto citius sanitatem restituit. Vrina quę interdū pauca, & quādoq; multa mingit, indigestionem humorū, laborem digestiue, & debilitatē uirtutis demōstrat. Qui autē acutis morbis correpti, cū plurima urina nō conualescunt, in spasmū, hēcticam, uel cōsumptionem innati humoris incidunt. At urina quę in acutis morbis guttatim mingit, præter uoluntatē neruorū, lesionē cerebri uel amentiam arguit. Macilenti qui diu mingunt urinā albam & crassam, cōcipiūt lapides in uestica: sed pingues plurimi patiunt arenulā, renūq; dolores. Præterea urine infantū ad albedinem & ad qualitātē lactis uergunt: sed puerorū sunt crassiores & spissiores, & facile à frigore corrūpuntur: sunt etiā minus flauæ quā iuuenū, quorū urine sunt mediocres in substantia & colore tenues, fuluę, & clare. Senes uero magis tenuem urinā, albam, & frequentius mingere solent, sed propter expulsionem materierū interdū fit crassior. At urine mulierum sunt albiore, crassiores, & deformiores uirorū, ob earū frigiditatem, debilitatē, abundantia excrementorū, & amplitudinē meatuum, per quos matrix totius corporis sentina purgat: urineq; mulierū conuassatę propter crassitiem minus quā uirorum miscent, supremęq; & infimę partes magis turbantur quā medię. Et in principio cōceptionis quādoq; in urina apparet color iridis, q; in processu paulatim permutat, & prope partū fit rubeus, & urina magis densa, & uelut turbida, fusca, sicut brodium cinerum, mulieresq; prope partum frequentius mingūt. Item hypostasis grauidarum in superficie natat, uel in medio pendet, & cōspiciunt sicut grana parua ascendētia & descendētia propter uentositatem. Vrina prima post coitum, spermatis fila secū ducit: sic ubi uirorum & mulierum urine commiscentur, illico fila inuicem contēta in eis apparent. Et quandoq; minimę partes pennarū uel minutissimi pili uidentur in urinis illorum qui in proxima cæna comederūt uolucres, suem, uel eiusmodi. Præter prædicta plurima sunt quę alterant urinam, & quę colori & substantię aliquid adiiciunt, ceu crocus, qui facit urinā croceam, olera uiridē, cibi falsi nigram, & uina & lac similem colorem urinis decernunt. coitusq; facit pinguem urinam. Itaq; iudicium quod ex urina colligit est anceps, & sepe fallax, sine alijs indicijs: egritudinesq; per solam inspectionem urine minime possunt cognosci: nam maius & rectius urine signum est ex substantia & colore, quę quidem ad cognoscendas digestiones potissimum obseruantur: & plerunq; oportet ad præcedentes, uel saltem ad sequentes comparentur. In egritudinibusq; frigidis urina potest esse tenuis & rubea propter oppilationes, dolores, & alias causas: & in calidis, crassa & alba, ut diximus. Ex hypostasi uero per motum uel conuassationem dissoluta, & alijs urine signis admodum pauca colliguntur. Accedit quod si epar, renes, & uestica se bene haberent, urina nihil mali alijs membris significaret, licet paterentur. Sola ergo urina nul-

lam

lam ægritudinem determinatam significat, sed præsupponit notitiam aliorum signorum: præter opinionem uulgi & ignorantium, qui non admittunt medicum, nisi per urinam omnia prædicere sciat, & tentant medicorum sufficientiam experiri cum urinis, ostendendo unam pro alia, aut uinum, uel sirupum acetosum, & similia. Verum urina quâto proprior est, tanto densior: sed liquores ob propinquitatem fiunt clariores. Decipiuntur ergo qui ostendunt urinam in medico, & nullam aliam egrorum notitiam referunt: sed medici ne conditionem amittant, fingunt cognoscere urinam, & referunt accidentia generalia quibus egrî solent communiter laborare: ut puta, dicunt, quod æger grauius laborat, & ualde conqueritur dolore capitis uel stomachi, si febrem perpendunt, & somnum amisit, & gustum: & si est puer, patitur uermes, mulier uitium matricis, & senes catarrho molestantur: & cum eiusmodi extorquent aliquod uerbum ex ore ostendentis urinam, ex quo aliquam egritudinis coniecturam faciunt: & sagaces medici præmittunt aromatarium, egrorum exploratorem, qui postea annuit, & refert medico, quæ per urinam ignorantes credunt posse cognosci: sicut nuper fecit Amerig quidam medicus, qui finxit se medicum, & familiaritatem contraxit cum quadam paupercula, religiosa, quæ solebat uisitare infirmos, & prius omnia referebat medico, qui fingebat eadem ex urina cognoscere, & sic in breui maximam sibi autoritatem apud uulgus comparauit: sed ubi fraus eius fuit detecta, statim au fugit. De his iam satis.

di magis spissa, hinc  
 uisum distulisse, tam  
 quibus multa minge  
 tati uisus demotri  
 ronalitate, in p  
 unt. diuina que in ac  
 i, lesione uisus am  
 m de crallu uisus  
 remig dolor, h  
 ergunt: sed p  
 r: sunt etiã m  
 ra & colore tenet  
 frequentius minge  
 allor. At urine  
 b eam frigiditatem  
 reuam per quos ma  
 squalitate p  
 mte partes magis  
 q in urina apparet  
 u frubens, & ur  
 m, mulieres q  
 n in superficie nat  
 ndetia & de  
 matis filia leu  
 ta inuicem cont  
 minuillim  
 uolucres, suem, ue  
 am, & que color  
 oceam, olera uir  
 ecernunt. cotuse  
 ligi est anceps, & in  
 ectionem uir  
 n est ex  
 rum ob  
 s comparatur. In egr  
 per oppilationes  
 mus. Ex hypostasi  
 que signis adm  
 a se bene habent  
 r. Sola ergo urina

# DE FEBRIVM CO GNITIONE ET CVRA.



**F**EBRIS dicta est à feruore caloris accidentalis, accensi in corde, qui cū spiritu & sanguine per arterias & uenas in totū corpus diffundit, & lēdit operationes naturales. Oris enim in corde, & accendit à calore eius, uel ab ea animę potētia, quę est causa caloris naturalis, & uterq; simul miscetur & simul per corpus extendunt. Calor ergo naturalis & accidentalis sunt idem subiecto, sed differūt ratione, causis materialib. effectibus uel operationibus: nam alia est ratio & causa materialis caloris naturalis, & alia accidentalis, ille enim bonis alię humoribus, & ab innata cōplexione fouetur: hic à putredine uel malis qualitatibus humorū et membrorū procreat. Amplius in febrientib. ratione caloris naturalis operationes naturales aliqua ex parte agunt: sed ratione accidentalis & febris, impediunt magis & minus, secundū magnitudinem uel malitiam febris, & diminutionem caloris naturalis. Totum autē corpus est generale subiectū adęquatū, quia febris est passio totius corporis: licet interdū propter impedimenta obstantiū humorum & frigiditatem eorū febris calor nō possit per omnes corporis partes trāsire, sicut in lipparia, epialo, & horripilationib. rigidis. Sed cor est officina omniū febrīū, nam ab eius calore tanquā à causa agente omnis febris generat: primū autē distinguunt febres, secundū tria genera subiectorū particulariū, & diuersarum materierū, ex quibus omnis febris generat: nam si febris primo generat ex spiritu, dicit ephimera: si ex humoribus, nuncupat humoralis: ex membris uero appellat hectica. Febrisq; denominat ab eo quod primū accendit & calefacit reliqua: unde febriens calenti balneo, uel ollę aqua plene potest recte cōparari: posito quod membra sint sicut olla uel parietes balnei, & aqua sicut humores, & spiritus se habeat sicut aēr circumstant. Quandoque ergo prius inflammatur aēr, qui postea calefacit aquam & ollam, sicut quando inflammatur prius spiritus, & postea reliquū corpus, & facit febrem ephimerā, quę per spacium unius diei duntaxat durat. Interdum uero prius inflammantur humores, quorum causa totum corpus febricitat, & nominatur febris humoralis: sicut quando aqua prius calet, & postea calefacit aërem & ollam. Vbi uero membra, sicut olla, prius inflammantur quā reliqua, constituerent hecticam, quę potest sequi ephimeram & humoralem: sed hectica nunquam mutatur in illas, nec humoralis in ephimeram, sed econuerso frequenter accidit. Rursus humores non solū propter putredinem, sed propter augmentum & calorem, possunt facere febres quę in quatuor species diuidunt. Cholera em tertianam, sanguis continuam, phlegma quotidianam, & melancholia quartanā gignit. Qualiter uero & in quas species ephimera diuidatur in proprijs capitulis



capitulis inferius explicabimus. Facilius autem febribus corripuntur corpora calida, quæ facili ratione inflammantur. Sicca quidē in ephimeram uel hecticam, sed humida in putridas febres frequentius incidunt, quorum sudor, urina, & alia excrementa sunt foetidiora. At corpora frigida raro febricitant, rarissime uero quæ ad complexionem magis temperatam accedunt.

*De temporibus obseruandis, in quibus ægritudines crescunt  
uel decrescunt.*



Vamuis ægritudines omnes crescant, consistant uel declinent, tamen medici principium ab augmento recte distinxere: nam in principio nondum sunt læsæ operationes, sed incipiunt declinare, corpusq; aliter se habere insinuat, quàm consuevit: tunc enim eger, ueluti laboribus fessus, in brachijs lassitudinem & genibus sentit, eiusq; animus inertis pigritia languet, & molesta est ei ambulatio & loquela; urina autem adhuc pristinum colorem & substantiam retinet, sed amittit hypostasim & nullā sequestrat. Omnino quidem principium breue est, etiā in morbis chronicis, & breuissimum in acutis. Augmentum uero est longe prolixius, & in eo calor naturalis pro uiribus morbo resistit, & cū eo pugnat. Cōtrā, instāt mali humores & morbus, cū malis qualitatibus, quæ cōtinue crescunt: urina & humores à naturali dispositione mutant, & quādoq; attenuant, sed plerunq; fiunt crassiores: calor, sitis, inquietudo, uigiliæ & dolores crescunt, accidentiaq; cōtinue grauiora emergunt: nam calor naturalis & accidentalis mixtus, qui in principio uidebat suffocari, in augmento expandit excitatus, & urina secundū qualitatem humorū indigesta & colorata est. Veruntamen quanto ægritudo est breuior & magis salubris, tanto citius in augmento incipiunt apparere signa digestionis, & urina crassa attenuat, uel econtrā, & incipit sequestrare hypostasim laudabilem: & quamuis in primo paroxysmo, uel in febre quæ unicū habet paroxysmum, eiusmodi signa digestionis appareāt, omnino tamē illa febris habet principium, augmentum, statum, & declinationem, sicut ephimera. In augmento uero ægritudinis chronicæ, urina diutius perseuerat rudis, indigesta: sed mortalis est deterior in substantia & colore, & quandoq; facit hypostasim ualde contrariā naturali. Deniq; febris cū suis accidentibus usq; ad statum augetur: uerum si uincit natura, signa quæ diximus digestionis continue meliora: si uero succumbat, continue deteriora, apparent, & maxime in statu, in quo agitur ultimum naturæ & morbi certamen, quousque alter uincat: & tunc eger maxime laborat, æstuat, & conqueritur. Sed euasuri huiusmodi accidentibus minus urgentur, & urinæ apparent manifesta signa digestionis & salutis: de contrarijs uero desperandum est, præsertim ubi æger ualde conflictatur, uel supinus iacet, porrectis manibus & pedibus, deorsumque ad pedes subinde delabitur: uel nares habet acutas, tempora collapsa, oculos concauos, frigiditas, & languidas aures, aut delirat, floccosque colligere tentat, uel in adiuncto

Declinatio morbi. pariete, si qua minuta eminent, carpit: nam eiusmodi ad ultima iam deuentū esse testantur. Veruntamen notæ mortis, & salutis in morbis acutis sæpe sunt fallaces. Si uero ante finem status æger non moritur, in declinatione postmodum conualescit, nisi accadat error, uel perperam regatur: nam uictrix natura tūc malis humoribus fortius dominatur, malitiam qualitatum compescit, & morbum deniq; superat, excremēta sudore, urina, uel per fluxum expellit, & malorum reliquias discutit, urina & operationes naturales in pristinam dispositionem reducuntur. Sic itaq; ex difficultate digestionis, longitudo, & ex malitia febris periculum colligitur. Frigidi autē humores & uiscoli difficilius digeruntur, & faciunt ægritudinem longam: sed humores calidi præcociter digeruntur, & abbreviant morbum: malitia uero qualitatum & humorum tam calidorum quàm frigidorum, facit ægritudinem grauem & periculosam cum seuioribus accidētibus. Urinæ quidem, egestiones, sputa, & cetera excrementa, quanto magis sunt naturalia, tanto magis digesta habentur. Econtrà, sputum salsum, amarum, acutum uel uiscosum, quod difficile expuitur, & urina rubea, alba, crassa, uel nimis tenuis, egestionesq; durissimæ uel nimis fluidæ, superflue, fœtidissime, uel malorum colorum, aut glutinosæ, & similia, arguūt indigestionem. Accidentia quoque indigestionem & calorem intollerabilem concomitantur: cum autem in declinatione mali humores sunt digesti, accidentia mitescunt, & egri incipiunt conualere: sed in augmento & statu omnia mala crescunt, & perituri decedūt. Quamuis autem principium & status sint plerunq; breuiora augmento & declinatione, tamen interdum sunt equalia, & quandoq; prolixiora, in quibus plurimum momenti habet regiminis & cure diuersitas: & quandoq; ut dixi, duo, tria, & quatuor prædicta tempora in eodem die & paroxysmo consumuntur: econtrà, interdum solum augmentum est longius anno. Eadem quatuor tempora singulis accessionibus quas paroxysmos uocamus, reperiuntur. Et principium paroxysmi est quando eger calorem pariter & colorem & uires amittit, fessusq; inerti pigritia detinetur, alget, animus languet, frequenter oscitat, lacertos extendit, aures tinnitibus & sibilis obtunduntur ob crebros ictus, quibus arteriæ temporum pulsant, refugit spiritus à malitia morbi oppressus, pulsus supprimitur, dolor in capite, stomacho, uel renibus uexat, & mali humores de loco ad locum mouētur, & ad putredinem alterantur. In augmento uero, sedato frigore, calor, sitis, inquietudo, unà cum putredine crescit, pulsusq; in magnitudine & uelocitate augeatur: sed cum peruentum est ad statum, eger grauissimis accidentibus conflictatur: postea in declinatione paroxysmus cum sudore finitur, uel putredinis uapores insensibiliter resoluuntur, & pulsus ad pristinū ordinem ferè reuertitur, & accidentia sedantur.

De gente



Væcunq; in curatione ægrorum sunt necessaria, omnisq; cura & remedium ad duo genera reducuntur, scilicet ad regimen uitæ, quod diætã appellãnt & medicinã. Rursum medicina in physicã & chyrurgiam diuiditur. Chyrurgia autẽ operatione manuali agit circa uulnera, ulcera, apostemata, fracturas, phebotoMIAM, & similia: sed physica considerat morbos & causas, & utrisque opportunis remedijs medetur. At diætã quæ est regimen uitæ, & quæ est maxime necessaria non modo ægris, sed sanis, complectitur sex illa genera rerum, à quibus cõtinue alteramur, eademq; eligit & exhibet secundum quantitatem & qualitatem necessaria, & temporis opportunitatem metitur: & sunt cibus & potus, somnus & uigilia, motus & quies, euacuatio & repletio, aër & passiones animi. Cibus ergo & potus debet esse in qualitatibus temperatus, nisi egritudo aliter postulet, parcus in plenitudine, in euacuatione plenior, delicatus, suauis, & facilis digestionis. Item motus laboriosus, querimonia, & agitatio impatientiũ, qui hinc inde in thoro reuoluuntur, & qui impatienter uexantur, laboriose anhelant & fortiter conqueruntur, ut solent facere mulieres quæ uolunt uideri grauius ægrotare: huiusmodi, inquam, motus laboriosi ualde nocent febribus, quia desiccant, & quies humectat: sed sanis exercitium temperatum usque ad principium sudoris est salubre, & sanitatem conseruat: similiter ratione siccitatis noctes insomnes & longæ uigiliæ resoluunt, debilitant & lædunt. Contrã, somnus mediocris, quietus, iuuat & mitigat anxietatem & inquietudinẽ: sed somnus laboriosus, tumultuosus uel profundus, minime expergiscibilis, est mortalis. Aër quo degimus & spirando uescimur si fuerit tẽperatus, serenus, & absq; malitia syncerus, salubris est. Contrã, uentosus, nubilus, pluuiosus, fœtidus, corruptus uel pestilens, grauis est & nocuus. Passiones quoq; animi alterant ægritudinem. Nam imaginatio quãdoq; facit casum, teste Auicenna: & Galenus de motibus liquidis ait, quod qui inspiciunt maculatos oculos, corripuntur ea caliginosa turbatione, quam uulgares iectatam appellãt. Et sicut timor & pusillanimitas deteriore[m] reddit morbum & melancholicum perficit: sic spes, fortitudo animi, & laboris tolerantia, superãt egritudinem, ut sentit Galenus in libro de exercitio. Similiter impatientes, qui facile excandescunt & succenduntur, grauius laborant. Animus ergo pacatus & fortis aduersæ ualetudini auxilia præbet.

Pone metum, tristes depelle è pectore curas.

Fac tantum cupias sponteq; sanus eris.

Euacuatio autem & plenitudo paulatim ad mediocritatem reducuntur, quoniam natura non tolerat repentinã neq; maximã alterationem. Ex prædictis colligi potest, quod Chyrurgiẽ opus est physica & regimine uitæ, sed physica indiget tantum diætã. At diætã neutra illarum indiget, sed sola potest ab initio

D

morbis recte mederi, & sanitatem conseruat: docet enim uitare nocua, & extreme uitiosa, & moderate uti salubribus. Cibus autem parum deterioris substantiæ & qualitatis, quem infirmus magis appetit, omnino melior est in parua quantitate, quàm cibus melioris nutrimenti & qualitatis, quem infirmus fastidit & abhorret. Dandum est enim aliquid gustui, ætati, & consuetudini: sed potissimum habenda est ratio ægritudinis & recti regiminis.

*De quantitate ciborum.*



**A**lendi sunt infirmi quotidie minori cibo à principio usq; ad statū, perinde quotidie pleniori usq; ad pristinam sanitatē. Ita quod quāto æger magis laborat, tanto minus comedat: & quāto magis conualefcit, tanto ampliori cibo reficiat. Exhibendus est enim in augmento modicus cibus, & minor in statu, ne natura circa digestionem pluris nutrimenti occupetur, & ne ab oppugnatione morbi diuertat, & sinat ipsum inualefcere. Accidit quod uirtus digestiua ob malitiam febris infirma, pauca admodū digerere potest: quæ aut non digerunt quàm grauiasunt corpori, & facile corumpuntur, & augent malos humores & febrem. Quamobrem quāto plus ægri comedunt, crescente morbo, tanto magis lædunt: non ergo plus comedant, quàm quanto possint usq; ad statū conseruari: & recedendū est à consueto cibo uniformiter ad parciozem usq; ad statū, quem in declinatione unacū sanitate pariformiter resumant. Qui uero ab initio ieiunant aut parum comedunt, incidunt in magnū errorem & periculū: nam si ægritudo durat, & nolunt ad sufficientiam comedere, utiq; ante statū ob debilitatem pereunt. Si uero in augmento & statu amplius comedunt, cibus ægre digeritur, & sic ægritudo inualefcit. Omnino tamen semper tolerabilius est aliquanto plus comedere, quàm minus, eo quo indiget natura. Verum hac tempestate difficilimū est diætare infirmos secundū quod oportet: quoniā in cōtinentes sunt omnes ferè propter consuetudinem, neq; sui iuris: sed comedunt secundū appetitū & gustum, uel maxime secundū quod possunt. Præterea habenda est ratio ætati, tempori, consuetudini, uel naturæ: nam senes facilius tolerant ieiuniū, pueri nequaquā, sed frequentius comedunt. Iuuenes uero utrorunq; mediocritatem tenent. Item in hyeme plenius & rarius. Sed in æstate parcius & frequentius comeditur, nam in hyeme stomachi & præcordia sunt calidiora quàm in æstate, in qua calor naturalis magis resoluitur: omnino autem plurimi comedunt secundū eorū cōsuetudinem & ingluuiem tā iuuenes quàm senes, quando sunt sani: sed infirmi minime comedere possunt. Si igit uolumus diætare infirmū secundum necessitatem & indigentiam naturæ, oportet recta ratione partiri cibū, secundum proportionem ægritudinis longæ uel breuis. Itaq; primo inuestigandū est per omnem inquisitionis modū acumen morbi siue status, quàm procul ab initio distet. Colligit aut breuitas uel prolixitas ægritudinis potissimū ex sui generis natura: nam acutę ægritudines in quatuordecim diebus

diebus terminantur: uel ante mensem, quæ sunt minus acutę: acutiores uero in septima, & acutissime in quarta die finiunt. Sed cronicę ultra mensem uel plures, & quandoq; annũ durant. Accelerant autę acumen & statum egritudines calidę, & humores acuti cholerici & tenues: similiter iuuentus, æstas, breues paroxysmorũ accessiones, & quæ sine rigoribus & frigore inchoant, & quæ anticipant, uirtus debilitata, pulsus uelox, frequens, & magnus, & augmentũ properantiũ paroxysmorũ, multitudo & uehementia accidentiũ, fluxus sanguinis narium, sudor & fusa aluus, quæ quidem excrementa si in sequentibus paroxysmis profuse exuberant, censendũ est ratione multorũ humorum morbum fore prolixiorẽ: præcocia etiã signa concoctionis & cruditatis significant propinquitatem status. Omnino autem in acutis morbis quãdo sequentes paroxysmi sunt uehementiores præcedentibus, ægritudo crescit: & quando sunt leuiores, declinat. In cronicis uero quandoq; unus uel duo paroxysmi sequentes sunt minores, & tamen febris auget: horũ uero opposita faciunt tardiorẽ statum, & longiorẽ morbũ: utputa hyems, senectus, egritudo frigida, humores crassi, uiscoli, tenaces, & melancholici, euales paroxysmi, qui pares accessiones seruat, & qui sine sudore finiunt, aut ubi sudor est tantũ in capite uel pectore: sed sudor in quauis parte corporis frigidus, nisi sit ppe mortẽ, significat egritudinẽ longã. Ad summũ ægritudines cholericę solent esse breues, & sanguineę breuiore; sed phlegmaticę lōge, & melancholicę lōgissimæ.

*De febre ephimera.*



**V**m sint tria genera febrium, primũ de ephimera loquemur, quæ aliã præcedit promptiusq; accenditur, quia in spiritu sita est. Spiritus aut̃ à causa primitiua omnis inflammat: uerbi gratia, spiritus uitalis, qui est in corde, accendit ira & furore. Sed animalis, qui est in cerebro, & naturalis, qui est in epate, exagitant ex nimio exercitio & labore, uel solis ardore, qualitate uel quantitate ciborũ, & eiusmodi: & pars eius recurrit ad cor, & ibi inflammata accendit reliquũ, & sic prius potest animalis quàm uitalis in corde accendi, sed statim alter altero inflammat. Cum igit̃ ob aliquã causam spiritus primo accendit, generat febrem ephimeram, quæ diem duntaxat durat: nam ephimera gręce, latine opus unius diei interpretat. Sed quibusdã uisum est quod ephimera dicat̃ ab ephimero pisce, qui eodem die, sicut cicada nascit̃ & morit̃. Ephimerę autẽ non aliter distinguunt in cura, nisi secundum causas primitiuas, à quibus dependet, & quibus remotis, sedant: ceu sunt maxime alterationes, uolente, repentine, inconsuete, uel intollerabiles labores, furor, ira, timor, angustia, dolor, fastidium, diuturna uigilia, fames, repletio, crapula, ebrietas, cibi calidi, frequens coitus, uomice, uulnera, ulcera, oppilatio, scabies, calor, uel frigus intollerabile, & eiusmodi. Qui igit̃ ephimera laborant, cœperunt febrere sine rigore, frigore, & horripilatione, & calor eius mitis est, absq; mordicatione & pũctione, & pulsus est maior, uelocior, & fre

quentior:urinaq; rubet, leuis est, uix percipitur, & ante uigintiquatuor horas sedatur, nisi in humoralem uel hecticam conuertatur, quæ sunt magis timendæ: & opportunis remedijs prouideat: primū igitur tolle causas primitiuas, & contrarijs occurras: & si times humoralem, præcipe partiozem dietā, & cū clysteribus uel pharmacis minue (materiam hecticam uero uitabis) cū rebus humidis & modicum frigidis, & cibis delicatis & restauratiuis: sed quoniam eiusmodi febres ephimeræ sunt leuissimæ, & sponte sanant, & medici nō uocantur in earū curationem, ideo me breuius expediui, & de alijs prosequar.

*De malis humoribus, putredine, & causis eorum.*

**F**ebri putrida dicta est à putredine humorū, qui pluribus de causis possunt putrefieri, sed maxime propter malos cibos, & qualitates cōplexioni contrarias: primo quidē mali cibi gignūt malos humores, ut citrulli, cerasia, & omnes ferè fructus, præsertim mala, faciunt sanguinē malum & aquosum, & eorū succus, sicut mustū in corpore bulliunt: legumina faciūt sanguinē crassum, pastilli uiscosum, olera sunt pauci nutrimenti, generant plurima excrementa, & inflant: crapulę replent, at cibi duræ digestionis ægre in stomacho coquunt: mala deniq; nutrimenta generant malos humores, & febres, uel alios morbos. Sed cibi calidi cōplexio & calor immoderatus faciunt sanguinē cholericū, acutū, & cibos facilis digestionis in cholera cōuertūt. Nimis uero frigida gignunt phlegma crudū, glutinosos humores, & oppilationes. Infirma etiam digestiua, calor naturalis diminutus, & reliquę animæ potentię debiles, ad dirigendū & dispensandū laborant. Itaq; eiusmodi causę, & quicquid præter modū consuetudinis agit, generant & corrumpunt malos humores, & possunt esse causa febrū, utputa exercitium laboriosum, cibi male conditi, uel extra consuetudinis horā, aut præpostero ordine comesti, prætermissa purgatio cōsueta. Hemorrhoides & menstrua suppressa, ira, indignatio, noctes insomnes, uenus, aër infectus, nubilus uel pluuiosus, potus & ablutio aquę frigide, præsertim ex labore sudantibus, in febresq; maxime incidunt, qui ob laborē sudantes in loco humido & frigido quiescunt, uel ad uentos se refrigerandos exponunt, aut ablutione pluuiæ uel frigida aqua sitim & calorem cōtinuo sedant, & quicquid oppilationes inducit, causat febrem, quę nō accendunt, nisi propter prohibitā uaporū transpirationē. Hac etiā ratione corpora repleta magis patent febribus, quoniā in eis mali humores indigesti subsistendo claudunt poros, ex quibus solent discuti uapores. Radij quoq; solis & lunę replent uaporibus caput, & catarrhis infestant insueti sub diuo expositi: nam facile ægrotant, qui humidę noctis serenitatē præter cōsuetudinē excipiūt. Putridi aut humores aut sunt in toto corpore, aut aliqua eius parte cōstituti: plurimū uero cōgregant ubi maxime gignunt, ceu phlegma in stomacho, melancholia in splene, cholera & sanguis in epate, maxime si membrū illud est ob aliquā causam debile. Natura em̄ semper prōptius ad loca infirma

nocuos

nocuos transmittit humores, ut accidit in apostematibus. Vbi uero mali humores & uapores confluunt ad cor, generant iniquitatē, angustiam, & syncopim, præcipue si sunt plurimi & maligni: si repunt ad cerebrū, inducunt capitis dolorem. Verum uapores sanguinei sunt tenues, mites, & leues: cholericici uero acuti & seui, qui tollunt somnū, faciunt maximos dolores, & multos ad insaniam redigunt, qui resipiunt, quādo sedat paroxysmus: uapores autē qui sursum eleuant quandoq; apostemate afficiunt cerebrū, & inducūt insaniam, & febrem cōtinuā: humores phlegmatici sunt uiscosi, & durę digestionis, faciūt oppilationes, ægritudines longas, & dolores stomachi, eorū uero uapores nō eleuant ad caput, nisi cū cholericis uel alijs mixti. At uapores melancholici graues sunt, & atri, puluerulenti, quorū causa senes perituri plurimi phrenetici moriunt. Sunt autē species humorū quatuor, & totidē febriū humoralium. Sanguis enim malus facit febrem sanguineā continuā, phlegma phlegmaticam quotidianam, cholera tertianā, & melancholia quartanā. Humores autē possunt in uenis & extra putrescere præter sanguinem, qui uero putrent in uenis faciunt febrem cōtinuā, & extra periodicā siue interpolatam, quę habet alterna affixionis & quietis interualla. Omnino tamen febres cōtinuę, præter sanguineam, suscipiunt incrementū & decrementū, secundū proportionē aliorū humorū & sanguinis: unde ratione sanguinis febris est cōtinua & uniformis, sed ratione phlegmatis est quotidiana interpollata: & cholera alternis diebus putret & affligit, sed ratione melancholię tam in uenis quā extra est quartana: ueruntamen quia in uenis semper est maior portio sanguinis quā aliorū humorū: & quia mali humores qui sunt in uenis, putredo eorū & calor facilius per totū corpus expandunt, ideo febres eorū sunt magis cōtinuę, quā quarū humores putrent extra uenas. Amplius humores qui putrent in uenis maioribus & cordi propinquis, faciunt uehementiorem febrē & magis cōtinuam, & in eis alterationes, quas diximus, minus percipiunt: præterea febres humorū, qui sunt in uenis, sunt cōtinuę: quia calor in uenis clausus minus exhalat, & humores in uenis cōtinuant, & quod tangit à putrido facilius putrescit, & calor eorū per uenas facile decurrit, & per totū corpus expandit. Secus est de humorib. quos natura extra uenas nocituros transmittit, qui paulatim cōgregant, & à mala cōplexione ad corruptionē disponunt, donec secundū eorū proprietatē in cōstituta temporis periodo putrescunt: & tunc exacerbatio paroxysmi uehementius affligit, & remittit paulatim, sicut desinit uel consumit, & resoluit putredo: deinde iterū ex minera generant alij mali humores, preparant, & corrumpunt, ut prius, toties quoties paroxysmi reuertunt. Veruntamen ex eadem & diuersa minera quandoq; fluunt humores crassiores & tenuiores multi, & quādoq; modici propter diuersitatem regiminis: & propterea in quatuor temporib. paroxysmi nō semper exacte seruant ordinē, quę diximus: sed interdū febris erit in augmento, & tamē unus uel duo paro-

xyfmi fequentes erunt minores præcedentibus, ecõtrà potest accidere in declinatione. In processu igif paroxyfmi in quantitate & qualitate crescunt, aut ordinem peruertunt, ob multitudinẽ uel malitiã humoris eiusdem speciei uel alterius, uel propter dolorem, uel debilitatem uirtutis: & fiunt longiores propter crassitudinem, uiscositatẽ, multitudinem, grauitatem, uel duriciẽ humorũ, & oppilationes: sed sunt breuiores magis rari & leues, quia materia modica est, aut quia serius ad locũ putredinis fluit propter crassitiẽ, uel quia facilius digerit & resoluit. Contrà, paroxyfmi celerius & frequentius reuertuntur propter copiã phlegmatis: sed phlegma tenue & modicum facit paroxyfmos leuiores & raros, ut cholera: phlegma uero uitreũ, reddit paroxyfmos raros, longos, & graues. Præterea febres possunt uarijs modis componi propter diuersitatem humorum, ut hemitritei: nam interdum putrent humores eiusdẽ uel diuersẽ speciei in diuersis corporis partib. simul uel alternatim, aut partim in uenis & partim extra, ita quod admodũ difficile est discernere an febres sint cõtinuẽ, interpolate, simplices, uel cõpositæ. Nec semper paroxyfmi certũ humorem demonstrant, & multo minus qui nullũ ordinem seruãt, sed in uenis humores sunt magis mixti, & omnes quatuor in febribus cõtinuis aliqua ex parte corrumpunt, semper tamen plus sanguinis: & propterea phlebotomia est peculiare remediũ febris cõtinuæ. Et unã cũ sanguine in æstate & iuuenibus solet excedere cholera, & in hyeme & senibus phlegma, in autumno uero melancholia. Item quandoq; permutant febres & humores: nam sepe uidemus, quod in primis diebus febris est sanguinea, & postea sanguis putridus cõuertit in cholera uel melancholia, et fit tertiana uel quartana. Rursus sanguinea & cholericã, quæ nõ sanant ante quatuordecim dies, solent cõuerti in phlegmaticas propter calorem, sitim, inquietudinẽ, infomnes uigilias, & dolores, quæ prosternunt uirtutẽ, & debilitant digestiuã: & sic egre cõcoquit cibus, & generat phlegma. Febres aut cõtinuẽ incipiunt cũ calore, sed interpolate cũ horripilatione, frigore, uel rigore. Et causa est quia humores mali quando periodice de loco ad locũ mouent, siue extra uenas expellant, siue natura tãquã nocuos & putrescentes aliò dilijceat, cõtinuo ipsa mẽbra horrescunt & riget propter malã humorũ qualitã cõplexioni cõtrariã: sed prius dum in proprio loco quiescunt illorũ qualitas cũ cõplexione membrorũ propter mutuã reflectionẽ se inuicem melius cõpatiunt. Est aut horripilatio mordicatio siue punctio mali humoris cholerici ad circũferentiã & cutim expulsi: & idcirco quando insinuant paroxyfmi cholerici percipiunt in cute sicut crebra punctio acui, & fit à syncera cholera, & præcedit languida corporis lassitudo & inertia. Rigor uero est tremor & agitatio membrorũ inuoluntaria, producta à fortitudine uirtutis expulsiuẽ, & duritiẽ humorũ: nã quãto uirtus expulsiua est magis ualida, & humor expellendus tenacior, tanto membra uehementiori rigoris tremore cõquatiunt. Tremor aut inducit ab humore frigido, phlegmatico, uel melancholico:



melancholico: & quādoq; ab aëre frigido, cibus uel alia re gelida: sed in febribus fit maius propter debilitatē uirtutis. Interdū etiā accidit tremor propter timorem, & quādoq; propter reuocationē caloris naturalis in centrū ad cibū digerendū, ut debilib. solet post cibū euenire. Itaq; rigor cū horripilatione coniunctus cholera phlegmaticā, sed cū frigore phlegma uel melacholiā, significat. Horripilatio igit, rigor & frigus nō est febris, sed accidunt propter motum humorū. Febres ergo nō incipiūt ab eis, nisi quando humores putrescibiles sunt extra uenas, ubi aut partim sunt in uenis & partim extra, prius putrescunt, qui sunt extra, & postea qui sunt in uenis, & tunc febris est cōtinua, & tamen incipit cū rigore uel horripilatione. Ecōtrā, febres interpolatę quādoq; incipiunt sine rigore & horripilatione, utputa quādo humores sunt mites & faciles, & eorū qualitates cōtrarię possunt tolerari, et illorū febres sunt leuiore & citius sanant: plerūq; tamen febres interpolatę solent incipere cū horripilatione uel frigore, & finire cū sudore, in quē cōuertit & resoluit humiditas & putredo humorū, aut insensibiliter exhalant, aut propter oppilationes retinent. Febres aut cōtinuę, quorū humores sunt in uenis, nō incipiūt cū horripilatione neq; frigore, quia cōtinent in uenis, & sunt calidiores humores, nec faciūt sudorē, quia putrida humiditas ob duritiem & densam texturā uenarū nō potest exire, neq; per sudorē resolui. Quādoq; aut in febribus cōtinuis materia extra uenas excutit, & prestat frigidōs rigores, & sedat febris, si tota materia exit: ubi uero propter copiā & incrementū regurgitaret febris, deterius cresceret. Omnino aut febres continuę sunt deteriores, maxime quarū putredo est in toto corpore, uel in partib. cordi propinquis cōstituta: & in senib. febres continuę solent esse acutę & mortales: latent em̄, & parū exterius percipiunt, & propterea appellant febres latentes & sepultę: sed incensuę sunt deteriores, & raro eis laborāt propter frigidam cōplexionē: senesq; morbis calidis nō nisi ob maximam causam corripunt, & plerūq; occidunt. Cōtrā, iuuenib. ægri tudines frigidę sunt magis periculose. Vterius sciendū est, quod iuuētus & sanguinis copia superans faciūt pulsū maiore: sed insomnes uigilię, dolor & inedia frequentē & spissum. Apostemata uero calida duriorē, præcipue si in membro duro & neruoso, aut ex siccis humoribus oriunt. Pulsū sanē leuem facit materia humida, phlegmatica, apostemata epatis, pulmonis, cerebri, & membrorum molliū. In principijs quidem paroxysmorū pulsus est magis profundus, uelut submersus, ut diximus, quia spiritus refugit in centrum, & partim suffocat ab humoribus. Indicant aut aduersam ualetudinē ubi operationes naturales incipiunt aliter se habere quā cōsueuerunt: utputa, ubi quis nō gustat nec appetit edere, uel nequit expleri saturitatem, aut grauiora mēbra & fessa sentit absq; precedēti labore & causa manifesta, aut non dormit, uel si dormit, horrenda somnia cernit, timidusq; & fessus expergiscit. eque malū signū est si nimiū dormit; uel si colorē & decorē amittit, aut cōtristat, uel sine causa secū

*Senibus febres continuę sunt periculose.*

irascitur, & animus languet, uel ubi alius suppressa aut nimium fusa est, corpusq; macrescit: & quicquid deniq; à potentijs anime præter naturam, consuetudinem, & uoluntatem agitur, aduersam ualitudinem minatur. Gignūt autem putridas febres mali humores, qui procreantur ex malis cibis & repletionē, & nunciant febres uires diminutę, lassitudo corporis, grauis membrorum cōfractio, insolita inertia, uel furiosa libidinis concupiscentia, & maxime insolita coitus impotentia, frequentes oscitationes, membrorum extēsiōnes, quas alices uocant, pulsationes temporum & arteriarum in membris nō consuetis, difficultas anhelitus, aut ubi quis frequentius respirat, propter refrigerationis necessitatem, & mūdificationis uicissitudinem. Sed diuersitas pulsus est proprium & maximum signum putridę febris, & accessionum incrementa, calor feruidus & intollerabilis, malitia seuorum accidentium, cetū inquietudo, g̃stus, arida sitis, dolores capitis stomachi, uel dorsi, & eiusmodi.

*De differentijs febrium.*

**F**ebres periodice suas habent accessiones, lucidis interuallis distinctas, & plerunq; incipiunt rigoribus, & finiūt sudore: sed febres continue quamuis aliquid incrementi & decrementi suscipiant, semper tamen affligunt: humores autem, ut diximus, ex innata proprietate, & secundum propriam periodum ad putredinem mouent. Cholera enim in febribus interpolatis alternis diebus putret, similiter in cōtinuis, sed nō percipitur alteratio, nisi paroxysmorum status: & multo minus percipiuntur quietes cholere aduste, que putret in uenis, & facit febrem incensiuā, quę affiduo semper ardore eque continuat, declinatq; longe serius quàm augetur. Febris uero sanguinea, licet semper maximo caloris ardore aestuet, leuis tamen est, & absq; mordicatione, & sine accessionum distinctione: sed in primis quatuor dieb. uniformiter ferè auget, & status culmen ascēdit, in quo diutius quàm in reliquis temporibus cōsistit: postea fluxu sanguinis nariū solet curari. At febris phlegmatica graui frigore incipit, & leui calore quotidie periodicat, nec à corpore se penitus absoluit, sed aliqua ex parte remanet, ualde prolixa est, maxime in augmento ob copīā, uiscositatē phlegmatis, & difficultatem digestionis: & est deterior reliquis propter breues & modicas quietes, & maxime, quia gustū adimit, & infert graues stomachi passiones & quādoq; defectiones animi decernit. Veruntamē quādo phlegma leuioribus humorib. cōmiscet, facit mitiores paroxysmos, & citius curat. Phlegmatica autē cōtinua similis est hectice, sed habet pulsum leuiorē: demū phlegmatica pfluuiō uentris uel uomitu solet sanari. Quartana autē est omnīū lōgissima, ob terrestrem tenacis humoris grauitatē, quę quāto à simpliciore humore depēdet, tātō plixior est, frequēter tamē infra annū terminat, maxime quę in estate incipit: quę uero in hyeme, diutius durat: salubris sanē est, et neminē interimit, nisi forte mali regiminis causa, uel alterius morbi occasiōe; solet cōcomitari leuib. accidentibus,

accidētibus, & alternis uicibus, longa quiete restaurat: sed qui patiunt eā propter lōgitudinis tēdiū remedia cōtendunt, & sepe tandē fortuitu liberantur.

*De causis & malis accidentibus.*



Olligitur essentia febris per inquisitionem causarū & accidentiū, scilicet ex cibis, aëre, tempore, complexione, & ætate: similiter ab exeuntibus excrementis, egestione, ex urina, uomitu, sudore, & fluxu, ex qualitatibus caloris & frigoris ex dispositionibus paroxysmorū, ex pulsu, anhelitu, ex inquietudine, doloribus capitis, stomachi, dorsi, uel uentris, ex appetitu, siti, uigilia, uel somno: quæ si omnia diligenti fuerint inquisitionis ratione collecta, facile curantur. Primo quidem mali cibi gignūt humores malos, & secundum eorū qualitatem & malitiam alterant cōplexionem, inficiūt corpus, & hebetant ingenium: nam ex nutrimentis sanguis, & ex sanguine spiritus generatur: sanitas ergo corporis & mentis bonis cibis & parcis potissimum conseruatur & perficitur. Aër quoq; plurimū ualet, & immutat nostra corpora: nam eo degimus, & spirando uescimur. Eligatur ergo clarus, temperatus, & salubris, & uitetur nubilus, infectus, pestilens, pluuia, & uentus. Qui sunt cōplexionis calidę iuuenes, & in æstate, raro nisi in morbos calidos incidunt: sic qui sunt complexionis frigidę & senes in hyeme, propter similitudinis conformitatem, frigidis morbis facile corripiuntur. Vtriq; tamen facile curant. Contrā, plures pereunt, qui morbos tempori, ætati, uel complexioni contrarios patiuntur, quoniā non nisi à causis ualde cōtrarijs & potentissimis succumbunt, & maxime quia assueti assuetos labores in suetis facilius ferunt: unde qui diu sani uixere quando egrotant plures moriunt. Ver quidē saluberrimum est, sed quādoq; efficit noxiū malis cibis quadragesime, pluuijs & uentis. Autumnus uero facit plurimos & magis mortales morbos: quoniā corpora quę in præcedenti æstate, & subinde meridionalibus caloribus relaxata sunt, ac pomis & fructibus repleta in autumno, postea uentorū & pluuiarū frigora intempestiue excipiunt, cutis magis spissa uel densa efficit, clauduntur pori, & sic uapores non possunt exhalare, sed feruent intus, & corrūpunt humores. Et ut eo tempore id maxime fit, sic quādoq; uenti, nubila, pluuię, frigora, humectantia, uel alię malę aëris qualitates accidunt, pariūt corporibus humanis multas & graues ægitudines. Contrā, tempora serena semper sunt salubria. Qualitates excrementorū significāt superantem humorem, sed quātitas ceticam morbi uel naturæ uictoriam. Ex urina colligitur concoctionis digestio, & ea quę in proprijs capitulis diximus. Urina autē in qua materie, uelut farina frumenti natant, similiter puluerulenta, fœtida, grossa, uel nigra in adultis, & aquosa in pueris, significat morbū mortālē. Sed egestiones quanto sunt magis naturales, tanto maiorem spem salutis pollicent. Sunt autē naturales melli spisso similes in colore, equalitate, & duritie. Vomitus accidit ppter copiam uel malitiam humorū uel ciborum, qui sunt graues stomacho, uel pro-

pter creticā expulsiōem uel debilitatem uirtutis contentiue . Item singultus ex inanitione est mortalis: inanitiō autē sequitur maciem aridā, corporis extenuationem, longas ægri tudines, & plurimā purgationem. Fluxus cū fortitudine uirtutis creticus, qui ante quartū diem sedatur, sanat infirmū, sed cum debilitate perimit. Sudor frigidus longitudinē febris uel mortem propinquam significat, sed sudor in febribus continuis significat longam febrem, uel plurimum potū. Calor acutus mordacitius significat choleram, sed mitis sanguinem, magnus iuuentutem, æstatem & cholera maximus, intollerabilis citius attenuat uires, facit acutas nares, tempora collapsa, & faciem extenuatam. Febris continua quæ urit interiora, sitibunda, frigescens exterioribus, mortalis est: in extremis laborat qui anhelitum, aures, nares, manus & frigidos pedes habet. Acerbe accessiones, tertianæ, cholericæ insinuant cū horripilatione & rigore, & interdum cū somno, propter debilitatem cerebri, uel reuocationem caloris naturalis ad centrum, ad oppugnandam materiam. Sed potissimum inducitur somnus in febribus à leuibus & suauibus sanguinis uaporibus, eleuatis ad caput, qui unā cum somno postea excutiuntur: somnus uero profundus generatur à nimio frigore humorum & cerebri. Vapores phlegmatis & melancholiæ, nisi concipiuntur in cerebro, raro à partibus inferioribus, uel modici eleuantur ad caput: sed uapores cholerici sponte & facile petunt caput: qui si fuerint acuti ualde, infestant egros, & faciunt acerrimos capitis dolores, maxime in statu: quoniam tunc fortius inflammanē, somnū adimunt, mentem euertunt, & delirare & insanire faciunt: & quandoq; apostemant cerebrum, & egri nunquā resipiūt, sed moriunt. Si uero nō apostemāt, resoluunt unā cū paroxysmis, & resipiūt egri, & multi quandoq; propter maximos dolores non possunt dormire, sed tandem fessi post longas uigilias uix semidormiūt, & phantasticas imaginationes reuoluunt, horrenda somnia cernunt, & semistupidi intempestiue frequenter expurgiscunt & fessi. Quibus autem somnus est tumultuosus, & laborem præstat, mortalis est. Cōtrā, somnus quietus, quem eger sibi cōtulisse statim sentit, maximā spem salutis affert. Pulsus ualorē imbecillitatemq; uirtutis arguit. Facies squalido pallore deformis fit ab humoribus frigidis, & à debili calore naturali, qui egre cōcoquit nutrimenta: nam humores frigidi & indigesti oppilant, & faciūt languidā, pallidā, & quandoq; tumidā faciem. Amplius quis alget & pallet propter timorē, uel ubi calor eius & spiritus uadit ad centrū ad digerendū cibū, uel quia timet humores qui agitant in principijs paroxysmorū, & quādoq; propter intrinsecū apostema spiritus reliqt exteriora. Omnes ferè febres, maxime in principio adimūt, uel saltē minuunt gustū, & fastidiunt cibos, mali humores stomacho graues cōcitant nauisam & uomitū: qui uero sunt in corpore diffusi & modici, si nō putrent, omnino agitant, secundū propriā periodū, & nō inducūt calorem, sed rigidum frigus, & faciūt corpus pigrum & fessum: quod sanè calidis rebus

rebus præmissa purgatione facile curatur: si uero humores mali essent multi acerrimos rigores, sed putridi febrem grauiorem præstant. Rigores fermè in febribus continuis significant materiã extra uenas expulsum: quæ si tota & digesta ob fortitudinem uirtutis expellat, protinus aeger ex insperato conualescet: si uero ob multitudinem regurgitaret, faceret grauiorem febrem. Latentes febres & occulte, quales senibus & frigidis accidere diximus, deteriores sunt cū nigredine linguæ, licet leuibus accidētibus uideant associatæ. Rigor etiã frigidus, quod sequit̃ debilitatē uirtutis, et resolutionē caloris naturalis, significat mortē. Aeger q̃ sine mētis & corporis dolore, et præter uolūtātē lachrymatur, moriet̃: notæ tamen salutis & mortis in acutis morbis sepe sunt fallaces.

*De diuisione febris & curationis.*



Quoniam egritudines non possunt recte curari, nisi partialiter cognoscantur, idcirco primū resoluemus febrem & eius curam in genera & species suas, & per bimbrem diuisionem totius febris substantiam definiemus, ad similitudinem arboris cuius stipes primo in duos ramos, & quilibet illorum in duos alios diuidit̃, & sic deinceps quilibet ramorum ramus in minores usq; ad ultimos bipartitur. Itaq; primum inquirimus, utrū febris sit primò in membris uel humoribus accensa: si in membris, febris est hectica, si in humoribus aut in spiritibus, aut in alijs humoribus crassioribus. Si solū in spiritibus, est ephimera: si in reliquis humoribus, est humoralis. Rursus humoralis aut fit ex sanguine ægre concocto & semicrudo: phlegmatica aut̃ ex sanguine malo: sanguis aut̃ malus diuidit̃ in putridum & feruentem, & in eum qui transmutat̃ in choleram, melancholiã. Febris ergo quæ generat̃ ex sanguine feruenti uel putrido, est sanguinea: & quæ ex cholera cholericã, & ex melancholia melancholicã uel quartana nuncupatur. Vterius per propria signa inquirendū est an humor ille sit digestus uel indigestus, in uenis uel extra constitutus. Et sic diuidendo explosa semper altera parte, per proprias rationes altera definita demōstret̃ post. Vbi febris substantia & eius causæ sic per artem resolutionis diligenti inquisitionis ratione fuerint partialiter collectæ, simili modo definias eius curationem. Quæcūq; aut̃ in medendis febribus recta ratione agunt̃ ea quidem in duo primū genera diuiduntur: horū sanè altera ad corpus, altera ad febrem spectant. Rursus hæc sequestrant̃ in duo, quorū quædam febrili calori, quædam corrupto humori medent̃: hæc iterū diuisa aut digerunt, aut euacuant uel diuertunt. Horum autem diuisionum membra diffusa oratione in proprijs capitulis distincta seriatim explicabimus. Sed spectat ad corpus alendum diætã, quæ est qualitas & quantitas cibi conueniens febricitantibus, plus uel minus, secundum corporis plenitudinem & debilitatem, uel maxime secundum illa quatuor egritudinum tempora quæ diximus. Primo igitur considera imbecillitatem uirtutis, & malitiam febris: quod si egrum potius debilitate & citius quàm febre decessurum

dubitares, eius restorationi diligenter attende: si uero calor febrilis uitae discrimen minatur, frigidis refrigeretur. Sed si magis timendum esset augmentum & malitia humorum, purgentur, & si opus est prius digerantur, opportunisq; remedijs mala accidentia sedantur. Deniq; quod magis suspectū est primò medere, & consequenter proxima, si id commode fieri potest, sine ullius lēione & opportune prouideas, ut quod frigus, calor, plenitudo uel uacuitas, infirmitasue detraxit, eorum contraria tantundem restituant: semper enim nitendū est hoc maximo medicinae principio, quod similis seruat, sed res contraria curat. Et moneas egrum, accuratissime obseruet, quod est animantibus omnibus à natura tributum, uidelicet declinet quę sibi nocitura cognoscit, & salubribus moderate utatur. Pręterea à leuioribus uel facilioribus inchoandum est, & paulatim & moderate frigidiora uel calidiora admoueas, restaura uel minue humores: nam tutius est parum infra subsistere, quàm exquisite protinus agere: natura enim non tolerat repentinās nec maximas, & minime uio lentas alterationes. Extrema quidē uiciosa sunt sanis, & egris molesta, & multo minus profectus unius extremi ad alterum repentinus tutus est. Quinetiā tutius est certis exploratisq; medicamentis uti, quàm festinantium medicinis uulgarium, uel incantationibus credere: & semper potius senes cōsulas quàm iuuenes, ut moris fuit medicorum antiquorum, qui barbatum Æsculapium coluerunt, & à sene Hippocrate didicerunt.

*De horis comedendi & abis.*

**D**iximus quantitatem ciborum parciolem esse exhibendam, secundum augmentum febris, & pleniorē secundum decrementum. Reliquum est scire, quod ægri sunt nutriendi hora maioris quietis, & quando febris minus affligit: ubi uero esset continua & semper eodem modo arderet, comedant hora cōsueta, sed quia febris continua magis adimit gustum, niti debent egrī comedere, quod necesse est ne deficient, nam deficiente uirtute non est opus medela. Virtus sanè uitalis seu calor naturalis est qui sanat, medicus uero minister: qui si fuerit peritus & diligens, cognoscit, admouet & remouet, quę & quādo sunt necessaria ipsi nature: unde in febribus interpollatis prouidendum est, ut paroxysmi inuadāt & remittantur ieiuno stomacho, uel saltem cibus prius assumptus sit iam in stomacho digestus, quoniā si quis comederet in ipso paroxysmo uel paulo ante eius natura incūberet digestionī ciborum, & relinqueret digestionem & resolutionem putrescētium humorum, & sic febris inualesceret fortius, sequeret, & diutius duraret: comedant ergo saltem per quinque horas ante paroxysmum: quod si nō possent, diutius tolerare famem, neq; expectare quietem comedant in declinatione paroxysmi: fiunt sanè multo leuiores, & citius sedantur paroxysmi qui accidunt in mane ieiuno stomacho. Amplius, gaudet natura & auidius excipit cibum hora consueta, pręsertim tempore quietis, quando omnia tuta silent. Si uero in principio

principio non esset tibi cognita febris, & nescires quando eius accessiones es-  
 sent uenturæ, partius nutrias donec innotescat, & semper melius est spõte ege-  
 rant, uel clysterem excipiant, stiptici antequam comedant. Reminisci autem  
 debemus quæ superius diximus, quod in æstate homines minus, sed frequen-  
 tius, & in hyeme plus, sed rarius comedunt: quoniam calor naturalis est fortior  
 in hyeme quàm in æstate. Rursum pueri frequenter comedere uolunt, sed se-  
 nes facile tolerat ieiunium, iuuenes uero mediocriter, sed pleriq; propter con-  
 suetam ingluuiem, uel quia sunt raræ texturæ, nisi comedant horis consuetis  
 quàm citò deficiunt. Omnino tutius est aliquanto plus uel citius comedere,  
 quàm minus eo quo indiget natura. Sed commune febricitantium uitium est  
 parum comedere, & plurimum bibere: potus autem quanto uberius est, tanto  
 magis nocet: nam ubi inundat in stomacho, adimit gustum, facit inualescere  
 febrem, & minatur hydropisim. Gustus enim & mens seu stomachus & cere-  
 brum, quanto magis naturale & sanum fuerit utrunq;, tanto febres & omnes  
 aliæ ægrotudines sunt magis salubres, & citius sanantur. Cõducunt autem fe-  
 bribus & magis conferunt cibi humidus, præcipue pueris, mulieribus, & qui  
 sunt cõplexionis humidæ, sicut uiri crassi & opimi. Veteres quidem nutrie-  
 bant febrientes cum hordeo & iusculis eius, & propinabant concoctionem  
 eius. Similiter iuniores medici ualde commendant, & utuntur iusculis hor-  
 dei saccharo conditis: & pro potu, aqua cum eo cocta. Proximum hordeo est  
 far, quod gignit humores parum per crassiores: sed magis peculiaris ægris ci-  
 bus sunt iuscula panis cum amygdalis & saccharo condita, & micæ panis bro-  
 dio imbibite, bucellæ panis assatæ, lotæ expressæ & saccharo compressæ. Itẽ  
 comedant boraginem, blitum, spinachia, atriplicem, & lupulos. Licet autem  
 olera inflent, & magna ex parte in egestionem conuertantur, tamen gignunt  
 modicum & bonum nutrimentum prædicta: ius cicerum cõpetit in processu  
 februm, quia aperit. Ibi uero meliores & maioris nutrimenti sunt carnes lau-  
 dabiles & delicatæ, ceu pulli, capones, gallinæ, hœdi, uituli, arietes castrati,  
 qui pascuntur in montibus, phasiani, cõtornices, turdi, merulæ, ficedulæ, ana-  
 tes, anseres iuuenes, pipiones, lepores, & capreoli: sed testiculi gallorum iuue-  
 num, & epar gallinarum sunt pluri & melioris nutrimenti, quoniam modi-  
 ca faciunt excrementa, & in substantiam nutriti facile conuertunt: similia sunt  
 sanis oua recentia forbilia, sed in febrientium stomachis facili ratione corrup-  
 puntur: pisces etiam sunt facilis corruptionis, & uiscositatis causa repudiant.  
 Vinum merum præcociter in bonum sanguinem conuertitur, sed nocet mor-  
 bis calidis, acutis, cerebro, neruis, & oculis. Si uero fuerit debile, clarum, odo-  
 riferum, suaue, & mixtum ratione consuetudinis, magis quàm syncera aqua  
 prodest, præsertim in febribus frigidis & senibus, quibus etiã aqua mellis est  
 optima, quia abstergit & humectat, & calor mellis ab aqua refrigeratur: sed iu-  
 uenibus & febribus ardentibus æstiuis utilior est aqua hordei uel simplex co-

eta, aut saccharo modico, dissoluto uel iuleb. Et quando opus est, reficias egrū cum passulis, pomis granatis, saccharo, tragea, massapanis, aniso, & amygdalis, confectis, & penidijs. Sed cibi elixi magis molliunt uentrem, humectant, & facilius digeruntur, quàm assati. Si uero æger esset ualde debilis aut solitos cibos fastidiret, præbeas contusum ex carne, pane, uel iusculum consummatum aut stillatum: quod sic fit, Recipe crudas pulpas pullorum sine pinguedine & ossibus, quas in frustra minutissima incidas, & aqua rosata conspergas, & carnem hanc unà cum floribus cordialibus in amphyalam mittas, & quàm bene claudas orificium, & fac ut ferueat amphyala, aqua submersa in cacabo, quinque uel sex horis, quousque caro illa in liquidam aquam rubeam dissoluatur: loco autem florum cordialium poteris ponere puluerem hunc, Sume sandalorum omnium, cinnamomi, rosarum, spodij an. drag. i. camforæ scrup. medium: sed coralli, margaritæ, & alia flamma preciosa faciunt consummatū magis proficuum, & cordiale, præsertim si decem uel uiginti aurei in eo concoquantur. Item prædicta caro cum eisdem rebus in alembico, uel sub plumbea cāpana posita potest stillari. Cōtusum uero delectabilius est cū lacte amygdalarū & saccharo cōditū. Amplius, ad restaurandā uirtutē inuenies in medicinis cōpositis plurima electuaria et cōfectiones restauratiuas, saccharos cordiales, & alia. Porrò cauendū est, ne quis in integra sanitate assuescat eiusmodi cōfectionib. saccharo uel melle, neque his que aduersæ ualitudini præsidia ferūt. Sed magis caueas ægris cibos amaros, displicibiles, & quos natura abhorret. At rusticis utiliores sunt cibi modicū duriore, & interdū consueti, & plerunq; parū meliores, sed nobilibus & delicatis elige meliora & delectabiliora.

*De sedatione caloris.*

**A**lterum diuisionis membrum spectabat ad febrem, cuius curationis intentio in febribus humoralibus altera erat ad sedandum calorem, & altera ad digerendum humorem: humores autem frigidi sunt prius digerendi, & calidi refrigerandi: in febribus ergo calidis æstiuis eadem frigida competunt ad digerendum & sedandum calorem, sicut sirupus de endiuia in cholera acuta subtili, & sirupus acetosus simplex in cholera crassa uitellina. In febribus uero frigidis, quia calor est leuis & tolerabilis, oportet prius digerere, & digesta euacuare, deinde sedare accidentia mala. Vnde canonice & recte operando semper prius digerere, & digesta euacuare debemus quàm sedare accidētia: sed quia in febribus, maxime acutis & incensuis, sæpenumero accidunt mala, que uitæ discrimen minantur, trahunt ad securam, similiter in febribus frigidis quandoque oportet prius sedare dolores & accidētia magis periculosa, & postea digerere: semper enim medendū est prius malis magis suspectis & periculosiss, deinde proximis, & semper sine læsione alterius, si fieri potest: accidunt enim quādoque ægritudines contrariæ, ceu dolor capitis, & stomachi in febre phlegmatica; in qua si sumantur frigida, iuuat capiti,



caput, & nocent stomacho, refrigerant calorem, & impediunt digestionē humoris, & calida operantur contrarium: misceas ergo frigida cum calidis appropriatis, & superent calida uel frigida secundum gradum ægritudinis contrariæ grauioris. Itaq; in febribus plerunq; uacandum est accidentibus, & maxime in æstate, in qua accidunt febres cum sequissimis accidentibus, & in ea iuuenes febrientes plurimum æstuant ardore & incendio febris, quæ desiccet, stipticat, & spiritum resoluit, sedanda est ergo cum frigidis & humidis nō multum intensis, ne extinguant calorem naturalem, neq; impediant digestionem humorum, quibus apprime competit cucumer & aqua eius: nam est frigidū & humidum, calorem mitigat, sitim sedat, humectat, & aluum subducit: sed facit crassiores humores, similiter cucurbita, quæ est parum frigidior, & minus humida: & eiusmodi sunt lactuca, portulaca, & papauer album, sed meliora & minus frigida & humida sunt endiuia, borago, blitum, cichorea, poma granata, citri, limones, poma rancida, & pruna damascena. Cibi & edulia condantur & aromatizentur cū speciebus cōfectionis Abbatis, uel Diarhodon, uel trium sandalorum aut cōfectionis saccharinæ, uel cum his, R. sandalorū omnium, rosarum, corallorum rub. cinnamomi, añ. drag. i. camfore scrup. i. croci scrup. medium cōdantur cum agresta uel modico aceto. Et lauentur manus, facies, & pedes cū aqua rosata, modico aceto mixta. Aut epithime cor, epar, & præcordia, cū aqua endiuia, aquis cordialibus, sandalis, rosis, & camfora: aut cū epithimatibus, quæ diximus in medicinis compositis: seu liniantur tempora, frons & manus, cum succo solatri uel semperuiui, uel unguento rosato, unguento albo, sandalino uel populeo. Conferunt etiam manibus & pedibus lotiones cum tepidis decoctionibus rosarum, salicum, pampinorū, & alijs refrigerantibus. Sed quoniam frigida tardant digestionem, & magis oppilant, nisi necessitas urgeat, melius est ut postponantur usq; ad digestionē & euacuationem, uel saltem usq; ad statum: & incipias cum leuioribus & frigidis magis remissis in principio febrium æstiuarum & acutarum. Sed in accessione paroxysmorum non præbeas medicinas neq; cibos, nec admoueas lenimenta. Medicinæ autem febricitantium, potiones & cibi debent esse humidi & suaues, & minime displicibiles. Vnde pillulæ propter amaritudinem à qua cor abhorret, & propter siccitatem nocere uidentur in febribus acutis, & ante quartumdecimum diem, & maxime tempore æstiuo: similiter troscisci & alia medicamenta siccantia, præsertim ante euacuationē: & stiptici uidentur cibos & medicinas stiptica, milium, panicum, pira, & carnes assatas, frictas, & oriza cuius nutrimentum est crassum: sed poma quæ appellantur mala, uere quidem sunt omnibus mala, & deteriora febricitantibus: nam generant uentositatem, malos humores, & nocuam humiditatem. Præterea cum clysteribus apprime poteris lenire, humectare, refrigerare, & euacuare aluum: fiant ergo clysteria cum succo uel concoctione bliti, mercurialis, maluæ, foliorum

uiolarum, oleo uiolarum, & modico sale: & ad refrigerandum fiunt cum concoctione solatri uel cucurbitarum: sed magis absterfua sunt cum aqua lactis, concoctione furfuris, hordei, saccharo rubeo, & melle rosato. Atractiua autē & euacuatia fiunt cum concoctione cyclamini, polypodij, colocynthæ, & rerum solutiuarū, & cum cassia extracta, hierapicra, & alijs electuarijs solutiuis. Lenimenta firmè refrigerantia suspecta sunt in principio & augmento, & maxime quando sæuiunt paroxysmi, quia tunc oppilant & prohibent resolutionem; sed post euacuationem & statum febris sunt salubriora. Similiter fricationes magis conferunt in declinatione, nam in augmento agitant, & plus attrahunt quam resoluunt. Somnus autem in principio paroxysmorum malus est, & prohibet transpirationem uaporum, sed in fine est optimus, & mediocris in medio. Item ad cutim capitis abrasio claudit poros, & gignit catarhos, sed tonsio capillorū in æstate solet cōferre. Omnino egri uident uentos, aërem, & loca frigida & humida, & accubitum prope terram, & quæ nocere uidentur. De malis autem quæ accidunt febribus dicemus in fine, quia accidentia non semper sunt periculosa, neq; semper trahūt ad se curam. Sed secundum regulam naturæ primum debemus digerere & euacuare malos humores, à quibus producuntur & dependent accidentia, remota enim causa remouetur effectus. Prosequemur ergo de digestionē.

*De digestionē.*

**D**igestio est adæquatio inepti humoris præparati à calore naturali, facilius ad expulsionem: humor autem ineptus est crassus, uel crudus, glutinosus, aut nimis tenuis, acutus, & adæquat quando concoquitur, crudus aut crassus attenuatur, & tenuis fit crassior, & glutinosus inciditur, & facilius expellitur quando calor naturalis & uirtus expulsiua utraq; est fortis, & dominantur ei. Attenuantur firmè humores crassi, & coquuntur crudi calidis: sed frigidis subtiles humores fiunt crassi, & condensantur. Acutum uero incidit glutinosos, & defert qualitates medicinarum in totius corporis partes, sed nocet neruis, apostematibus, & oculis. Plerunq; autem mali humores non solum frigidi, sed calidi quandoq; sunt crassi, sicut cholera uitellina. Humores uero simpliciter frigidi cum sirupis calidis, recte digeruntur: nec calor conuenientium siruporum nocebit febre, quia quāto humores sunt frigidiores, tanto calor febrilis est magis remissus & tolerabilis: sed humores simpliciter calidi & subtiles apprimè digeruntur, & febris sedatur cum sirupis frigidis ex endiuia, ex agresta, & portulaca. Cholera uero uitellina & humores frigidi cum calidis mixti optime digeruntur cum sirupo acetoso, melle rosato, & similibus: quorum copias & uirtutes ampliores, & diffuse distincteque explicatas habebis in libro de Medicinis compositis. Et diluendi sunt sirupi cum aquis similis uirtutis & proprietatis, qui membris magis laborantibus auxilia præbeant: uerbi causa, ad epatis uitia in febre cholericā recte dantur si  
rupi

rupi de endiuia & de portulaca diluti cum aqua endiuia, lupulorū, cichoreæ, buglossæ, & boraginis. Stomacho calido conducit sirupus de agresta lymphatus cum aqua rosata, & sirupus de granatis dulcibus cum aqua herbæ acetosæ: sed stomacho frigido conferunt sirupi de absinthio, de menta, & mel rosatum dilutum cum aqua absinthij, mentæ, & melissæ: pectori calido conferunt sirupi uiolatus & iubinus cum aqua capillorum ueneris & uiolata. Et frigido sirupus de liquiritia, hyssopo, & prassio, cum aqua hyssopi, & concoctionibus pectoralibus. Capiti calido præsidio est sirupus uel iuleb rosatus, & aqua rosata, & sirupus acetosus simplex: sed frigido sirupus stichados cū aqua saluig & maioranæ. Sirupus de calamintho, de epithymo, sirupus spleneticorū de eupatorio, sirupi acetosi de radicibus, seu oxymel compositum, & sirupi omnes aperitiui medentur uitij splenis & oppilationibus, & lymphatur cum aquis apij, fœniculi, scolopendriæ, & concoctione tamaricis & capparorum. Contra uero passiones cordis & pestem inuentus est sirupus de acetositate citri, & sirupus herbæ acetosæ cū aqua eiusdem herbæ & buglossæ uel boraginis. Omnino autem semper cum sirupis debemus miscere aliquam aquam cordialem, in febre quidem cholericâ aquam buglossæ, & in frigida phlegmatica aquam melissæ, quoniam in omni febre cor patitur. Propinamus uero plus aquæ & minus sirupi secum mixti, quando uolumus ut in longinquiores corporis partes penetret: econtrâ, minuimus aquam & damus plus sirupi quando uolumus digerere solum materiã in stomacho & præcordijs constitutã: plerunq; tamen diluuntur cum duplo aquæ propter concoctionis spissitudinem. Aromatarij enim coquunt usq; ad spissitudinem sirupos, ut per annum & diutius conferuentur. Potantur sanè sirupi in aurora tepidi post digestionē cibi, & in tempore maioris quietis, ut natura auidius eos excipiat, tunc enim magis digerunt & conferunt, præsertim si somnus subsequatur. Rursus propinantur in sero per duas horas ante cenam, quando uolumus accelerare & præcotiorem facere digestionem.

*De phlebotomia & purgatione.*

**S**icut plenitudo mali, ita euacuatio sanitatis causa est. Phlebotomia autem est expeditissima curatio morborum, qui fiunt à superanti sanguine, in quo non est expectanda digestio, accedit quod unã cū sanguine reliqui mali humores secum mixti sponte minguntur: sed qui sunt extra uenas rectius pharmacis, postquam sunt digesti, purgantur. Amplius, in principio febrium humoralium plerunq; requiritur phlebotomia, quæ ab initio faciendã est: quoniam, ut diximus, sanguis prædominatur ante septimū uel saltem ante quartum diem, sub forma causæ antecedentis, qui postea successiue transmutatur in choleram, & propterea in processu competit phlebotomia: quodcumque tamen sanguis malus uel superfluous perdominaretur, etiam post mensem phlebotomia iuuaret. Itaq; secundus & tertius morbi dies

aptissimus uidetur phlebotomiæ: sed tutior est iterum atque iterum repetita, quàm si idem sanguis totus semel mitteretur: quoniam facilius toleratur, & plus mali sanguinis emittitur quandoquidē semper prius malus quàm bonus sanguis effluat. Ipsaq; natura sanguinē bonū sibi necessarium tanquā charissimum retinet & pro posse custodit: quoniam in eo uita cōsistit, & malum sponte repellit. Sanguis autem bonus rubet & lucet, æqualis & mediocris substantiæ. Sed malus est crassus, aquosus, flauus, niger, pallidus, uel saniosus, sed uiridis est omnium pessimus. Quos igitur uis phlebotomare, maxime stipticis, premitas summo mane clystere lenitiuum: quoniā phlebotomiā desiccatur, & post euacuationem corporis, sequatur phlebotomiā ieiuno stomacho, & extrahas sanguinis uncias octo, & plus & minus secundū exigentiam sanguinis, & fortitudinem uirtutis, & paulo post, uel postquàm digestum est prandium, ex eadem uena mittas sex uel quatuor uncias: & sequenti mane ex alia uena quatuor, uel circa, & sic paulatim minuas sanguinem & successiue quousq; fuerit necessarium, & caue utrunq; extremū, scilicet modicum & superfluū: si enim minus sanguinis, quàm natura postulat, mittatur, parum conferret, si plus debilitaretur & noceret: tutius sanè est parcius quàm plenius phlebotomare, & maxime quia sanguis integer cholera cōpescit, & concoctionem phlegmatis adiuuat: ubi ergo alterutrum dominaretur, & plurimus sanguis mitteretur, cholera magis fureret, & phlegma crudesceret. Eadē ratione uitanda est phlebotomiā in hyeme glaciali & feruida æstate. Cōsulte igitur fiat phlebotomiā, & sanguis tantummodo malus uel superfluus auferatur & integre syncerus, in quo uita consistit, accuratissime conseruetur. Si quando autē cōtingat quod sint æqualia indicia an phlebotomiā an pharmatiā facias, prius phlebotomiā utere, quæ alios etiā humores euacuat, & mane sequēti exhibeas pharmaca lenitiua, quæ facile soluat. Amplius, phlebotomiā tutior est pharmaco, quoniam uena potest ad libitum cohiberi, sed profluvia uentris non facile cōpescuntur. Phlebotomiā quidem stipticat & desiccatur, & idcirco præmittit clystere lenitiuum, sed plurimus cruor uulnerum, hæmorrhoidarum, nariū, uel uenarum facit ualde lubricam aluum post duos uel tres dies. Debet autem fieri phlebotomiā post digestionem cibi in tempore quietis, hoc est, quando febris magis remissa est: qui uero inquietudine uel alio tædio uexant, aut graui dolore cruciant, nō phlebotomentur, donec fuerint pacati, & dolor sedatus. In utroq; sanè cubitu recte possunt phlebotomari tres uenæ, quæ apparēt uersus concauam partem brachiorū, & superior uena dicitur cephalica, ex qua euocamus sanguinem capitis, & partium superiorū. Inferior uena dicitur basilica, unde epatis sanguis proprius fluit, & partium inferiorum. Ac media communis est toti corpori, & ex utraque parte sanguinem ducit. Quibus uero hæmorrhoides & menstrua suppressa sunt, utiliter phlebotomatur saphena, quæ supra talum in parte interiori domestica iacet, eadem que attrahit

hic, & quàm procul diuertit materias, quæ repunt ad caput. Sed saluatella est uena quæ interiacet anularem & auricularem digitorum utriusq; manus & pedis, & phlebotometur ad sanguinem melancholicum & uitia splenis. Reliquæ autem uenæ raro inciduntur, quia parum conferunt. Sed qui habent uenas in profundo occultas uel exiles, euocatur sanguis cum sanguifugis, quæ sanguinem magis tenuem sugunt: & quæ si hæmorrhoidibus tumentibus applicentur, quàm primum sedant earum dolores. Cucurbitulæ uero, quæ uentose dicuntur, funguntur officio phlebotomiæ, si cutis tonsorio passim concidatur, sed solum sanguinem succilem, qui est prope cutim, euocant: uerum earum auxilium ut minus uehemens, ita magis tutum est. Vbi ergo sanguinem mitti opus esset si phlebotomia uenarum foret suspecta, uel non posset fieri, ad eas protinus confugas. Sed leue est earum præsidium, & idcirco ab eis incipimus, præsertim in pueris, senibus, grauidis, & quibus suspecta est phlebotomia. Verum non interest, quæ ætas sit, sed quæ uires, & qualitas & quantitas sanguinis consideretur. Nam puer firmus, senex, robustus, & prægnans ualida, in quibus malus sanguis exuberat, tuto phlebotomantur. Abortus quæ magis suspectus est paruus, imbecillibus, in principio, & in fine, hoc est, circa secundum mensem, & post septimum, quoniam foetus sunt sicut poma quæ prope florem & prope maturationem facilius cadunt, & sicut infantes & decrepiti, qui morti facile succumbunt, & iuuenes fortius resistunt. Signa autem mali & superflui sanguinis, quæ præmonent ad phlebotomandum, sunt febres continuæ, & principia malorum apostematum, urina rubea, crassa, pulsus plenus & undosus, uenæ amplæ & sanguinis plenæ, facies & oculi rubescentes, & paruus uenis rubicundis circumfusi, iuuentus, complexio sanguinea, & uer. Et quando phlebotomantur, qui timent syncopim iaceant supini, quod si deficient animis, conspergatur facies cum aqua rosata, & modico aceto mixta, & admoueantur naribus muscus, laudanum, camfora, & res odoriferæ. Et ut cautius agas utere hac prouisione quando quis phlebotomatur tangas pulsum, & quàm primum deficere perpendis, comprime uenam, & da bibendum iuleb syncerum & immixtum, aut statim comedat buccellam panis torrefactam optimo uino inbibitam. Sed phlebotomia nocet debilibus & fessis, uexatis propter dolores, inquietudines, & longas uigilias, & maxime ijs qui in extremis laborant, & in ipsa paroxysmorum acerbatione, in medio cursu & statu febris, & maxime in septimo & quartodecimo die, qui dicuntur cretici, & in eis natura solet agere & committere prælium contra morbos, quam obrem in diebus creticis non est impedienda natura cum phlebotomia, neque medicinis solutiuis. Et connumerantur inter creticos quartus & undecimus dies, sed potius sunt prædictorum indicatiui. Et obseruauit quando luna est uelocior uel tardior cursu, quod huiusmodi crisis non accidit propter ad-

uentum lunæ ad quadratum & ad oppositum, signa contraria loco lunæ, hora accubitus, & ægritudinis manifestæ & uulnerum. Præterea uitandæ sunt phlebotomiæ & medicinæ solutiue tempore maximi frigoris & feruidi æstus, & in coniunctione & oppositione solis & lunæ: sed urgente necessitate melius est phlebotomare uel purgare cum medicinis hora coniunctionis solis & lunæ, tempore quietis, quàm in ipsa paroxysmi uexatione procul à coniunctione & oppositione. Phlebotomia autem salubrior est in uere, maxime ijs qui quottannis solent aliqua ægritudine uexari, uel saltem pharmacis purgantur, si uolunt conseruare sanitatem. Aiunt quod uentosæ quæ prope collum adaptantur, & phlebotomia nocent uisui: sed reuera nec phlebotomia, nec ulla purgatio, quando est necessaria, nocet, nisi modum excedat: sed frequentes, & in quibus temporibus non conueniunt, obstant, aciem minuunt, uires adimunt, & senectutem accelerant. Amplius, educas materiam unde perpendis, quod prudens natura tentat, quoniam adiuuanda est natura, & non impedienda, nisi modum excedat. Vomitus fermè aptius fit in æstate, & aliis utilius purgatur in hyeme per secessum cum pharmacis uel clysteribus. Materia uero furiosa tam in æstate quàm hyeme propere soluitur cum phlebotomia quidem, si est cum sanguine mixta, sed extra uenas posita pharmacis expurgetur. Nec te moretur digestio, ne interim repat & opprimat cor, cerebrum, uel aliud nobile membrum, aut uomicam concipiat: tutoq; potest indigesta emitti, quia materia furiosa semper est pauca, sed plurima materia ante digestionem tenax est, & bonis humoribus complicatur: quamobrem pharmaca bonos pariter & malos indigestos cum labore & molestia partim agitant & partim euacuant, & uires prosternunt, sed materia digesta facili ratione & leui medicamine soluitur, præsertim si luna Martem aspexerit: si uero cum stella Iouis uel in eius radijs fuerit constituta, retentiuam corroborat, & purgationem diminuit. Materiæ autem salubrium febrium in fine status sunt iam digestæ, quare tunc recte exhibentur medicinæ solutiue. Sed in principio & in augmento utiliter minoramus partem materiæ digestam cum clysteribus, cassia, uel alio debili solutiuo, & postquàm materia est digesta, omnino tutior est medicina parum debilior quàm fortis, quæ exactè totam materiam euacuet, quoniam reliquiæ malorum humorum quæ supersunt postmodum in declinatione facili ratione à natura resoluuntur per secessum, urinam, sudorem, medicinis aperitiuis, frictionibus, & huiusmodi. Et plerunque febres humorales sanantur critica euacuatione, quæ sponte fit à natura uel auxilio medici, utputa, fluxu uentris uel fluxu sanguinis narium, uomitu, sudore, aut plurima urina, similiter hæc se inuicem curant: sed fluxus sanguinis narium qui à natura effunditur, est magis salubris in febribus sanguineis, uomitus in cholericis, & fluxus uentris in phlegmaticis. Clysteria uero sunt peculiare remedium febrium, & aliorum morborum, &  
inter

inter alia stipticis & calidis, hoc est optimum, R. succi foliorum bliti lib. i. olei uiolati uncias tres, sacchari unc. i. uitelli oui numero i. salis drag. i. & mediā. Simile potest fieri ex concoctione bliti, malug, foliorum uiolarum, mercurialis, parentarię, additis sale & oleo, & quandoq; addimus sacchari rubei unc. i. & mediam, uel mellis uiolati unc. 2. Aut cassię extractę unc. i. uel hierę picę unc. i. Præterea cum debili pharmaco, utputa cum cassia uel manna, utiliter miscetur aliquid fortioris, ut agitaram materiam expellat: econtrā potenti pharmaco addendum est lenitiuum, ut lubrica aluus fiat. Lenitiua quidem facilia, quæ dactylos uocant, sunt eiusmodi, R. cassię nouiter extractę uel mannæ unc. 5. diaprunis solutiui uel electuarij succi ros. drag. 2. fiat bolus cum saccharo, & sumatur parum ante diem. Vel, R. electuarij lenitiui, cassię nouiter extractę, diamiconis añ. drag. 2. fiat bolus cum saccharo. Sed fortiora solutiua propinantur dissoluta cum aqua lactis, endiuix, uel alia concoctione, ut citius & expedite soluant, R. diaprunis foliorum drag. 6. cassię nouiter extractę drag. i. dissoluantur cum aqua endiuix, & capiatur per duas horas ante diem tepida. Et quatuor horis post eam, sumat libram mediam brodij pullorum sine sale, & cum sacchari rubei unc. 5. secum dissoluti: quod quidem brodium cum saccharo duarum coctionum abstergit reliquias medicinarum, & sedat dolores pungitiuos. Postmodum sequenti mane post medicinam fiat clystere lotium cum concoctione hordeilib. i. & medię, sacchari rubei unc. 2. uitelli oui i. salis drag. i. & medię, olei unc. 2. & medię. Sed de his hætenus. Quę autem hucusque diximus, generalia sunt, & penè perpetua: quę nõ modo febrientibus conducunt, sed plura possunt ad alios morbos referri. Descendemus igitur ad speciales febres, in quarum curatione, si eger recte adhibuerit ordinem & modum, quem instituimus, facile & breui conualescet.

*De febre sanguinea.*

**P**rimum à febre sanguinea incipiam, sed prius definiam quasdã quæstiones de quibus rhetorici disputant. Querunt enim utrum quatuor humores sint actu uel potentia in uenis mixti: uerum utrunq; certa ratione probatur, nam partim sunt in potentia ut sanguis & urina in chilo, & partim in actu, ut oleum cum aqua mixtum. Conspicimus enim sepe numero in phlebotomijs phlegma & choleram à sanguine separatam. Et, sicut diximus, sanguis phlegmaticus nutrit membra phlegmatica, & cholericus cholericam. Quod autem aliqua pars sanguinis in choleram & melancholiam conuertatur, ostenditur ex febribus cõtinuis, scilicet sanguineis, quarũ quędam in tertianas, & quędam in quartanas permutant. Et propter hoc reprobatur opinio illorũ, qui opinabantur quod quàm primũ sanguis corrüperet, cõuerteret in cholera uel melacholia, & negabatur putredinẽ sanguinis et eius febrẽ. Nã sepe uidemus, quod putridus sanguis facit quatuor uel septem dies, & quãdoq; diutius febrem sanguinea continuã, priusquã in

alios humores conuertatur: &, ut inferius explicabimus, distincta sunt signa putridi sanguinis, & aliorum humorum qui putrent in uenis. Sed forte quaereres utrum febris sanguinea possit cum alijs complicari: quam sanè compositionem autores praetermiserunt, ac si non reperiretur. Sed oppinor quod eam sub silentio praeterierint, quia raro accidit, & maxime quia sanguis facile putrescit, & in eius putredine febris liberius nutritur, ob plurimam humiditatem & copiam. Et si quando complicatur, accidentia & signa febris sanguineae sunt longe maiora & seuiora quam alterius, & ut sepe monuimus, grauiora mala sunt prius & diligentius curanda. Sed ad rem redeamus, si sanguis ob aliquam causam accendatur, & non putrescat, facit febrem synocham, quae continuus labor interpretatur, & quandoque nuncupatur inflatiua, ex eo quod qui eam patiuntur, grauem inflationem percipiunt: & oritur ex repletionem & inflationem uenarum: sed talis synocha breuis est & salubris, si patiens propere phlebotometur, & parca dieta utatur. Secus transit in putridam cum oppilationibus pororum & prohibita transpiratione. Cum autem sanguis putret, fit febris sanguinea, & eius causa antecedens est repletio humorum, & causa primitiua sunt multi uel mali cibi, & frigus quod calidum corpus intempestiue excipit, & oppilat: ceu accidit illis qui post laboriosum exercitium fessi & calidi requiescunt in loco frigido aut aqua frigida abluuntur, uel liberius potant. Facile autem replentur, qui plurimum comedunt, multam carnem deuorant, multum merum ingurgitant, & pluribus cibus & magis delicatis quam solent uescuntur. Febres autem sanguineae sepius accidunt in uere iuuenibus, & qui complexionem habent sanguineam: & quamuis haec febris habeat principium, augmentum, statum, & declinationem, sicut aliae egritudines, saltem quo ad digestionem materiae, si modo sanguis digeritur: tamen quaedam febres sanguineae non uidentur habere, nisi augmentum, & quaedam tantummodo statum: & aliae semper uidentur a principio declinare, secundum earum accidentia: quia reliqua tempora sunt breuissima, & non percipiuntur: & secundum hanc diuersitatem medici in tres species febres sanguineas diuisere, quarum salubrior est Epimastica, cuius augmentum & status uix percipitur, sed uidetur incipere cum saeuis accidentibus, & semper declinando remittitur: nam continue plus humoris putridi resoluitur quam generetur. Altera dicta est Homotenus, quae grauius semper affligit, sicut febres quando sunt in statu, & eius augmentum & declinatio propter breuitatem non percipitur, & solet curari critica expulsionem fluxu sanguinis narium, uel fluxu uentris, & quandoque circa nouum uel decimumseptimum diem interimit, ut morbi acuti. Tertia species est Augmastica, quae septem dies continue augetur ad crism uel ad mortem: praeterea sanguis quandoque est magis simplex, & interdum mixtus cum phlegmate crasso uel tenui, & febris est leuior, & quandoque conuertitur in choleram, & accidentia sunt seuiora, maxime quando febris permutatur ad causalem uel



uel ad phrenesim: & quandoq; febris sanguinea facit anginam, & quandoque pleuresim, interdum somnum profundum, & grauem lethargiam. Sed ple-  
runq; inflationem intestinorū: decernit pueris morbillos & uariolas, sed pro-  
uectis aliquod apostema, uel permutatur in febrem quartanam.

*De signis febris sanguineæ.*

**F**ebri sanguinea inchoat sine frigore & rigore, & continue sine  
quietis interuallo affligit, nisi quod in mane solet paululū refrige-  
rari, & solet præcedere segnities & membrorum contractio, gra-  
uitas corporis, & dulcedo oris uel sputi. Sed postquam inuadit, alij nequeunt  
dormire, alij graui somno corripiuntur, sed somnia eorū circa res purpureas,  
& sæpelætas uersantur, tumescunt uenæ, & unà cum oculis humidis facies ru-  
bet, plures cōqueruntur de dolore dorsi, uel pulsatione temporum & capitis,  
cuius arteriæ fortiter pulsare solent propter multitudinem uaporum, qui ele-  
uantur ad caput. Alij inquietudine & anxietate præcordiorum uexantur, ple-  
riq; inflationem intestinorum patiuntur, alij feruido calore ualde æstuant, uel  
capitis dolore torquentur, aut difficultate anhelitus, tussi & asperitate guttur-  
ris laborāt, & post os dulce fit insipidum, deinde amarum & lingua nigrescit,  
prurientem nasum admotis manibus scalpere solent, quod quidem quandoq;  
est signum mortale. Amplius, pulsus febris sanguineæ magnus est, frequens,  
uelox, plenus, leuis, & parū uariatur: at urina rubea est & crassa. Synocha qui-  
dem sine putredine mitis est, sicut ephimera, sed accidentia putridæ febris sunt  
longe grauiora, præcipue si cholera secum miscet: phlegma uero plenitudi-  
nem & longitudinem auget, sed calorem & seuitiam minuit. Qualitas autem  
humoris secum mixti crassi uel tenuis ex phlebotomia & colore excremento-  
rum colligitur. Nunquam sudant nisi plurimum bibant, uel desinat febris, aut  
alter humor præter sanguinem fuerit, unde emanat sudor. Sed totius corpo-  
ris sudor in febribus continuis, qui non fit ex nimio potu, significat longitudi-  
nem uel malitiam febris, & quando in febribus continuis post aliquot dies su-  
peruenit ex insperato trepidus rigor, significat, quo dmalus humor extra ue-  
nas excutitur, & sanatur eger, nisi eiusmodi rigor propter copiam materierū  
uel debilitatem uirtutis, accidat. Quando in febribus continuis aliquis ner-  
uus quandoque parumper tremit, sicut quando contrahitur & relaxatur signi-  
ficat nocumentū uel apostema cerebri & amentiam: & solet præcedere phre-  
nesim in febribus continuis gurgitatio intestinorum. Febre sanguinea perire  
solent, qui grauioribus accidentibus torquentur, infestissima inquietudine, se-  
nissimo dolore & anxietate uexantur. Fluxus sanguinis narium saluberrimus  
est, & febrem & eius surditatem, siquam inducit, & dolorem capitis  
sanat. Sed mortalis est sanguis niger, qui quotidie uel alter-  
nis diebus paulatim ex naribus fluit, & ma-  
xime in febribus diuturnis.

De remedio febris sanguineae.



Arce comedat, & uitet quæ generat multum sanguinem, sicut caro, uinum, & oua: & regimen uitæ declinet ad frigidum & humidum, & comedat panatellam, uel farris iuscula, & hordei cū amygdalis condita, & saccharo conspersa, panem molitum in brodijs pullorum uel aliarum carniū, boragines, blitum, endiuia, lactucam, cucurbitas, cucumer, poma granata, & similia: & condantur cibi cū succo limonum rancidorum, agresta uel aceto, & bibat aquam hordei uel simplicem aquam coctam, uel mixtam cū modico saccharo uel iuleb: & inter alios cibibus delicatus & suauis est iusculum, quod fit ex lacte amygdalarum, uel seminum communium frigidorum extracto, cum aqua hordei & coctum cum saccharo usq; ad spissitudinem. Et cuiuscunq; generis cibi sint facilis digestionis, & modici nutrimenti. Veruntamen si debilitas uel senectus aliter postulet, comedat carnes & bibat uinum mixtum, sed modicum, & tolerant sitim, & abstineant à falsis. Præterea seponant febrientes omnem animi sollicitudinem & timorem, & mente & corpore quiescant, & ab inquietudine, querimonijs, & exagitatione abstineant: & accumbant in camera amœna, nec degant prope terram, neq; in loco frigidus uel humidus: & caueant à uentis, & in æstate calor refrigeretur cum rosis, pampinis, folijs arūdinum, uel salicis: & in hyeme frigus igne & profumigijs repellatur. Dormiant quantum sat est, secundum consuetudinem: & si diutius dormirent, excitentur. Qui uero nō possunt dormire, capiant semen papaueris, uel eius sirupum, cum aqua lactucæ, & lineantur tempora cum unguento populeo, uel succo semperuiui, uel radice mandragoræ, aut unguentis opiatis. Phebotometur bis, ter uel quater: & quanto citius, tanto melius, ex basilica quidem, si sanguis in epate uel inferius abundauerit, aut inflatio in intestinis percipiatur, cui recte medetur phlebotomia, & non uentris solutio. Si uero plenitudo est in toto corpore, phlebotometur uena communis, & cephalica: si de dolore & grauedine capitis conqueritur, maxime si facies rubet, & præmittas clystere cum decoctione malug, bliti, foliorū uiolarum, & adde cassiæ extractæ, sacchari rubei unciam mediam, olei uiolarum uncias 3. salis drag. 1. & mediam. Si uero febriens inquietudine ualde afficeretur, uel aliquem grauem dolorem aut passionem stomachi, & nauisæ pareretur, differatur phlebotomia, quousq; eiusmodi accidentia remittantur: omnino, nisi debilitas uel ea quæ diximus obstiterint, quàm citius poteris prope phlebotomiam ante quartum uel saltem septimum diem. Phlebotomia quidem tuta est & salubris in hac febre, & debet sæpius reiterari, uel saltem fieri uberior: sed ante lipphothymiam & animi defectionem, sanguis retineatur: tangas enim pulsū quando phlebotomatur, & quàm primum deficere incipit claudatur uena: deinde digeratur materia subtilis quidem cū sirupo de endiuia, de granatis, de portulaca, uel uiolato; & materia crassa cum sirupo acetoso

tofo & oxyfaccharo. Aut quolibet mane febriēs capiat quatuor uncias uel circa huius potionis, R. succi endiuie, buglossæ, lupulorum, uini granatorum añ. unc. 2. aquæ boraginis, capillorum ueneris, endiuie añ. unc. 3. aceti unc. unā & mediam, sacchari albi unc. 4. coquantur, & si libet, clarificentur & aromatizentur cum sandalorum drag. 5. camforæ scrup. 1. Et ab initio quotidie exoneretur corpus à fæcibus communibus, sponte uel cum clysteribus lenitiuis, & interdum minoretur materia digesta cum aliquo solutiuo. Interim diligenter & studiose reprimas si qua accidentia mala insurgerent periculosa: & refrigera calor incidium secundum quod oportet: & ne arecant, bibant interdum uinum granatorum cum aqua acetosæ uel endiuie. Aut iuleb ex aquis refrigerantibus & appropriatis compositum, quale est hoc, R. aquarum endiuie lib. mediam, boraginis, buglossæ, lupulorū uel cichoreæ añ. unc. 4. sacchari unc. 6. clarificetur & aromatizet cū pauco cinnamomo, sandalis, uel ligno aloës. Aut R. aquæ rosatæ, uiolatæ, acetosæ, endiuie, florum nenufaris, uini granatorum, añ. unc. 3. sacchari lib. mediam, clarificetur & aromatizetur ut supra: & da conseruas saccharorum cordiales & electuarium diaprunis nō solutiuum: & linias tempora, dorsum, renes, & epar cum unguento albo, sandalino uel populeo: & si opus est, refrigeret cor cū hoc epithemate, R. aquarum rosarum, uiolarum, boraginis, buglossæ, añ. unc. 4. sandalorum singulorum, rosarum, spodij añ. drag. 1. ossis de corde cerui, croci añ. scrup. 1. camforæ grana sex, aceti unc. 5. calefiat, & cum panno de sindone cor epithimetur. Sed epari inflammato melius confert hoc, R. aquarum endiuie lib. 1. rosarū, cucurbitæ, lactucæ añ. unc. 2. aceti. unc. 1. sandalorum singulorum drag. spodij drag. 5. coquantur, & cum panno purpureo epar refrigeretur. Synocha autem inflatiua, que sicut caulon æstuat, frigidiora exposcit: post ubi sæuientia mala fuerint sedata, uel saltem remissa, & materia digesta soluat cholerica cum electuarijs prunorū uel solutiuo succi rosarum aut psyllij: si cholera cum phlegmate fuerit mixta, soluat cū electuario de dactylis. Et materia melancholica purgetur cum sero caprino, quod dicitur aqua lactis & concoctione sene & epithymi. Deinceps prouocetur urina cum lacte seminum cōmunium frigidorum, & cum sirupis de radicibus uel aquis apij & fœniculi. Et resoluantur reliquie malorum humorum cum frictionibus & sudore, qui facile potest prouocari cum aqua hordei, & modico uino ueteri optimo, aut concoctione milij excorticati, & modico uino, aut calidis lateribus hinc inde admotis. Demum restauretur cum electuario opifero fauniæ, restauratiuo ex pinis, confectio Abbatis, uel triū sandalorum, & similibus. Reliqua uero accidentia curentur, secundum quod dicemus in proprijs capitibus.

*De febribus cholericis.*



**H**olera simplex, pura, quæ in uenis duntaxat putret, facit febrem continuam, grauiorem quidem magis acerbā & uniformem, quæ

F

est propior cordi, epati & stomacho constituta, & hæc à nostris incensua, à Græcis caufon nuncupatur. Si uero pura cholera solum extra uenas putret, decernit tertianam puram, quæ alternis diebus affligit & recedit: sed si partim in uenis & partim extra putrescit, omnino continuâ facit, sed alternis diebus crescit & decrescit, & tanto magis continua est & seuior, quanto maior portio est propior cordi. Itaq; faciunt febrem magis continuam & grauiorem copia & malitia putridæ cholæræ, & mali sanguinis secum in uenis mixti, & propinquitas cordis. Sed si cholera putret in uenis à corde remotis, febris est mitior, & habet lucidiora interualla, quàm quæ extra uenas circum præcordia putret. Altera quidem cholera mixta quanto plus phlegmatis habet, tãto mitiores & longiores paroxysmos & febrem decernit: adeo quod duos uel quatuor, & quandoq; sex menses durat: & qui nõ recte curantur in splenis uel epatis uitia incidunt. Præterea febris tertiana altera est simplex, & altera est dupla: simplex quidẽ alternis diebus affligit & quiescit: sed dupla it & redit quotidie, & eius paroxysmi sunt multo breuiorẽs, et quietes longiores quàm phlegmaticæ. Et differunt inter se pluribus alijs signis, quæ in proprijs capitibus dicemus: fit autem dupla tertiana, quando cholera est in duobus locis distinctis, & una pars uno die, & altera altero ad putredinem mouentur, & alternatim quiescunt: nec uerisimile est, quod cholera in eodem loco posita quotidie putrescat, uel ex eodem loco aliqua pars putrida quotidie emanet & fluat. Si uero cholera & phlegma sunt in diuersis locis locata, & simul uel successiue secundum propriam naturam putrent, faciunt hemitritæum. Ad summum, febres cholericæ sunt breues, sed intolerabiles propter seuitiã malorũ accidentiũ eis, sicut estus, inq̄tudo, insomnes uigilię, mœstitia, displicẽtia, gustus corruptus, uel ablatu, nausea, uomitus, sitis arida, os amarũ, nigredo linguæ, stipticitas uẽtris, & interdũ fluxus, sed plerũq; dolor capitis, & quãdoq; amẽtia.

*De signis tertianæ.*

**N**ecipiunt paroxysmi tertianæ cum crebra horripilationis punctio ne, deinceps continuo membra uehementi rigoris tremore quatuntur. Qui autem sine horripilatione & rigore inchoant, leuiorẽs sunt & citius finiunt. Interdum frigore torpent qui tertianam patiuntur, quia calor naturalis p̄pter cõcoctionẽ materię refugit ad centrũ, & membra frigent exteriora. In febre quartana frigus diutius durat, & grauius est in fine quàm in principio: sed in tertiana rigores in principio sunt rigidiores, & citò mitescunt adueniente calore, qui uehementer inflammatur, & excitat seua accidẽtia, inquietudinẽ, dolorem capitis, sitim, iram, furorem, & adimit somnũ. Si uero cholera est in stomacho posita, gustũ aufert, & præstat uomitũ, & amaritudinem oris. Sed calor tertianę est mitior caufonis, & quanto diutius tangitur, tãto leuior percipitur, sed in caufone continue acutior & maior sentitur. Pulsus uero tertianę est uelocior & frequentior, & minus diuersus quàm in reliquis

liquis febribus, & coarctat in principio, & in statu est ualde uelox & frequens, sed in augmēto est magis diuersus quàm in reliquis temporibus. At urina est tenuis & rubea, sed propter admixtionem phlegmatis fit crassior & minus rubra. Dupla tertiana quotidie accedit & recedit sicut phlegmatica, sed paroxysmi tertianæ sunt multo breuiorēs, & ante duodecim horas sedantur, & finiūt cum plurimo sudore. Et denique febres cholericæ & tertianæ colliguntur ex acuitate, inquietudine, breuitate paroxysmorum, iuuentute, æstate, complexionē calida, regione, ex cibis cholericis, cōsuetudine, ex frequēti illarū euentu, ex pulsu, urina, horripilatione, calore, & egestionib. febresq; tertianæ quæ ex pura cholera nascunt, similiter causas & reliquæ ægri tudines acutæ in quatuordecim diebus terminantur, nisi malo regimine prolongentur.

*De differentijs quæ sunt inter tertianam puram, mixtam, & continuam.*

**M**era tertiana à mera cholera, & mixta à cholera phlegmati mixta, generatur. Rursus pura in septimo paroxysmo uel citius terminat, nisi mali regiminis causa prolongetur, & eius paroxysmi breues sunt, & per spatium duodecim horarum sudant: uniformiter quidem anticipando augentur usq; ad statū, perinde uniformiter remittuntur. Incipiunt autem cum breui rigore & horripilatione, & quàm citò calor accendit, & continue magis & magis molestus & intolerabilis efficit, & p̄ totius corporis partes tractim serpit: postmodū in declinatione: & quādoq; in statu sudor affluenter exuberat. Et in pura tertiana citius digerunt mali humores, in prima, secūda, quarta, uel saltem in septima die apparet digestio in urina, quibus sanè diebus per uomitū uel uentris fluxum crisis cōtingere solet. Et qui patit merā tertianam facile pallet, & citius extenuat. Tertiana uero mixta, & quæ à cholera phlegmatica dependet, ex oppositis signis dignoscit: nam quanto plus phlegmatis cholera habet, tanto plures & longiores paroxysmos decernit. Et quāuis sint leuiorēs, tamen ultra duodecim horas, & quandoq; diutius durāt, imò triginta horas interdum affligunt, & pares accessiones eodem ferè tempore seruant, quandoque tamen anticipant, & quandoque in ipso augmento postponunt. Sed plerunq; incipiunt duas uel tres horas ante occasum. Rigor frigidior est & diutius durat, sed calor est leuior, & accidētia sunt mitiora. Paroxysmi finiunt cum modico sudore alicuius membri, & non sudat totum corpus, nisi in statu egritudinis, quia phlegma difficilius & serius digeritur quàm cholera. Rursus paroxysmi quandoq; incipiunt sine ullo rigore, quandoq; cū modico frigore crurium, sed plerunq; cum rigore & horripilatione. Tertiana autem continua ex magnitudine, seuitia & continuitate paroxysmorum cognoscitur: nam alius paroxysmus incipit quàm primum finit præcedens & modica quies longos & sæuos paroxysmos distinguit. Et hæc febris non solum ex mera & mixta cholera, sed ex malo sanguine ceu synocha generatur.

F 2

De remedio mere tertiane.

**M**era tertiana frigidis & humidis curat, uerū quāto febris est ardentior, tanto frigidiora exposcit, sed uictus sit parcus in principio & continue parcius in augmento & statu, & nutriat cibis bonæ substantiæ & facilis digestionis, farre, blito, boragine, pane brodio mollito, uel pane loto & saccharo consperso. Sed si debilitas uel cōsuetudo cibos maioris nutrimenti exposcat, præbeas pullos & carnes delicatas hœdi, uituli, uel aues laudabiles, & coquant cū agresta, lactucis, cucurbitis, uel papauere albo, quod refrigerat & prouocat somnū: delectant & iuuant limones, poma acida, dulcia, pruna damascena, cucumer, & poma granata, quæ multū ualent, acria, sed dulcia magis delectant. Aqua aut cucurbitæ plurimū infrigidat, siue cū iuleb, siue cū uino bibat, aut cū ea carnes coquant: & extrahit hoc modo, abscindat collū cucurbitæ, & quarta uel quinta pars intus cōcauet, & pasta tenui circundet tota cucurbita, præterquā ubi est cōcauata, & coquat in furno, & concauū implebit aqua: similiter extrahitur aqua ex cucumere. Reliqui uero fructus sunt deteriores, & maior pars in stomacho corrumpitur, similiter oua & lac: sed duræ digestionis & mali nutrimenti sunt offa ex pane & uino, caseus & pastilli. Et cibi modico sale cōdant, quia falsa exiccant & stipticant. Et bibat aquā quæ sit cū uigesima parte hordei usq; ad cōsumptionē medietatis uel amplius cocta: & ne forte displiceat aliquid sacchari in ea dissoluat: aut bibat uinum granatorū dulciū, quod facile cōseruat coctū, aut bibat uinū crudū, debile, clarū, & albū, quod nō sit dulce, sed plurima aqua mixtū: & abstineat à plurimo potu, quod si nō posset diutius tolerare sitim, bibat iuleb dilutū simplici aqua coctū. Præterea exhortare ægrū, ut omnē animi solitudinē & molestiā seponat, & curet duntaxat ut ualeat, & degat in cōclau amœno & salubri, & in æstate refrigeret aër cū rosīs, pampinis, folijs salicū, & arundinū. Vel maxime caueat, ne plumosus grabatus uel ceruical nimis calefaciat. Ab initio autē minores materia cū electuario catholico lenitiuo, de tamaridis uel diamāna. Et si malus sanguis supersit adaptent uentosæ cū scarificatione dorsi. Et quotidie uentris onus sponte deponat, uel saltem cū clysterib. lenitiuis: nam si stercora diutius in uentre morant, exiccant, & ualde nocent. Phlebotomia sanè uenarum est magis necessaria in tertiana cōtinua quā interpolata. Item quotidie propinent digestiua cholerae, sicut sirupus acetosus de endiuia, uiolatus, de portulaca uel agresta cum aquis appropriatis. Post ubi materia fuerit digesta, soluat cū electuario succi rosarū, prunorū solutiuo. Et pro delicatis sume rheubarbari drag. 1. spice scrup. 5. aque lactis unc. 2. & mediā, uini parū ponat in hac infusione horas octo, postea exprimat, & cū illa expressione dissoluant manne unc. 5. electuarij prunorū solutiui drag. 2. Post purgationem uero uel prius quādo opus fuerit refrigeret calor cū linimentis, & electuarijs cōfortantibus frigidis, & cū cōseruis saccharorū, quibus recte miscent, aliquid spodij, rosarum,

rosarum, sandalorum, seminum cōmunium, seminū portulacę, succi liquiritię, & eiusmodi, aut electuarij prunorū non solutiui, diarhodon, confectionis sandalorū, uel Abbatis, aut adde trochiscos ex cāfora, spodij, uel sandalorū. Item febrili calori remedio est lac mulieris, & tantundem olei rosati, cum modico aceto mixtum, dorso & circum tempora linitum, succus solatri & semperuiui est frigidior, & cum aceto mixtus magis penetrat. Sed magis temperatum est unguentum album, uel sandalinū, unguentum populeum, uel rosarum, circum tempora & super epar linitum, huiusmodi autem linimenta horis paroxysmorū & sudoris nocent, quia oppilant & retinent sudorem. Calor uero intolerabilis ardens, apprime refrigeratur cum hoc sirupo, qui materiā subtilem reducit ad crassiorem, æqualem. R. succi endiuiaę, uel cucumeris, uel cucurbitę lib. 2. s. sacchari lib. 1. s. fiat sirup. Postea in declinatione uacandum est a pertioni pororū, & resolutioni materierū, cū frictionib. & rebus aperitiuis: & comedat semina cōmunia frigida: & restaura uirtutem debilem cū diarhodon, confectione Abbatis, uel trium sandalorū, aut exhibebis hoc restauratiuum, R. amygdalarum dulcium, pinearum, añ. un. 1. auellanarum, seminū communium, frigidorum añ. un. 2. sandalorum cinnamomi añ. drag. 1. camforeę scrup. 1. sacchari un. 5. conficiatur cum aqua rosata. Hęc eadem & frigidiora opitulatur tertianę, continuę, & utatur æger tenuiori dięta, & non comedat carnes, nec quę faciunt multum sanguinem, neq; uinū bibat, & noua refellat. In primis autem cholericę, & cuiq; humoralis continuę phlebomia uenarum ante quartum diem remedio potissimum est.

*De cura tertianę mixtę.*

**Q**uantum mera tertiana à mixta differt, tantundem medela uariat: quanto ergo plus phlegmatis cholereę miscet, tanto minus frigidis & humidis curat, & magis abstergiuua, incisiuua, attenuatiua, & resolutiuua exposcit, & uescatur eger uberius cibis, quia mixta est longior. Comedat igitur in principio carnes pullorum, auium, uel uituli coctas cum radicibus fœniculi, petroselini, uel apij, deinceps continue parciore dięta utat, & mane duntaxat carnem edat, & uinum paulatim dimittat: & prouideas quod paroxysmi stomacho ieiuno occurrant: nam si ante meridiem ueniunt, dimittat prandium, & tantūmodo cænet. Si post meridiem febris inuadit, comedat summo mane, & nō cænet nisi forte postquàm febris recessit: sed post mediam noctem, & in horis non consuetis, cibus plus nocet quàm iuuat. Degat in camera sicca, lucida, & caueat ab aëre nocuo, à uentis & humiditate parietum, & terrę: & calefiat in hyeme, & refrigeretur in æstate. Et si sanguis esset causa febris, minuatur cum uentosis uel phlebotomia uenarum ante septimū diem, præmissis clystere. Ab initio autem exoneretur uenter, cū aliquo lenitiuo, electuario cholereę & phlegmatis solutiuo, sicut electuarium catholicum, & de dactylis: deinde quotidie præbeas digestiuua sirupū acetosum simplicem, cum

duplo mellis rosati, & aquis appropriatis dilutum, & post quatuor uel quinque sirupos, hoc est, quando aliqua pars materiae fuerit digesta, soluatur cum praedictis uel alijs electuarijs, & post septimum diem permulentur digestiua ad magis aperitiua & incisiva: sicut sirupus de bisantijs, sirupus acetosus, compositus de duabus uel tribus radicibus uel quinque cum aceto uel sine, secundum phlegmatis uiscositatem. Postea materia digesta iterum purgetur secundum humoris exigentiam, cholera enim phlegmatica paulatim digeritur, & paulatim euacuatur, & prius cholera quam phlegma digerit: quapropter posteriores medicinae plus phlegmatis quam cholerae soluant: ab initio autem quotidie fiant clysteria lenitiua, nisi sponte egerat. Interdium autem si quando esset ualde debilis, reficiatur cum passulis, saccharo, massa panis, tragea, anisis confectis, & alijs confectionibus: & quando ualde sitit, bibat iuleb cum aqua cocta mixtum: uel facias hoc, R. aquarum rosatae, uiolatae, boraginis, buglossae an. drag. 3. aquarum endiuiae, lupulorum, an. un. 2. sacchari un. 5. fiat iuleb, & aromatizetur cum cinnamomi scrup. 1. & tantum sandalorum. Amplius, ad refrigerandum calorem & confortandam uirtutem, R. quatuor saccharorum cordia'iu an. un. 5. rosarum drag. 1. mastichis, ligni aloes, cinnamomi, succi liquiritiae, seminis portulacae an. scrup. 1. spicae, spodij an. scrup. 5. croci grana 5. iuleb quod sufficit: & si indiget, refrigeretur epar cum unguento sandalino calefacto uel rosato: aut cum aliquo epithimate: & post purgationem propinabis trochiscos cum sirupis, aquis, brodio uel uino dissolutos, calidos uel frigidos, aperitiuos uel stipticos, secundum necessitatis exigentiam, quorum copiam habebis in medicinis compositis. Praeterea balnea quoadque sunt necessaria, & quod fit ex simplici aqua tepida, humectat, concoctionis hordei sudare facit, & camomillae sedat dolores, & reficit extenuatos. Sed longe magis restaurant confectiones & electuaria, quorum copiam secundum omnem intentionem inuenies in medicinis compositis. Omnino in declinatione debent esse minus frigida & magis aperitiua, quae prouocent urinam & sudorem.

*De causone.*



**C**auson est febris continua incensiu, & dicta est à caumate, hoc est incendio: nam qui eam patitur, semper ardenti precordiorum incendio aestuat. Procreatur autem ex acutissima cholera, uel phlegmate falso plurimo, quod replet uenas, uel abundat in partibus cordi propinquis. Phlegma autem falsum est aqua cholerae acutae mixta, secundum Hippocratem. Sed secundum Auicennam & Galenum est cinis phlegmatis adusti, aquositate mixtus. Causon ferme est breuior tertiana, & magis acuta, quae saeuissimis accidētibus comitat: & quanto saeuior est, tato breuior: nam cito interimit, nisi cito curetur, quippe continue affligit, cruciat, & lacerat gustum, & somnum adimit, uires sternit, uiuidum colorem & integram corporis habitudinem in pallantem maciem quam cito conuertit, & ingentia dolorum tormenta decernit:



cernit: molestissima est & pernicioſa, præſertim ſenibus, quia non niſi à cauſa ualde contraria eorum complexionem corripuntur: ſed pauci ea laborant propter frigidam ſenectutis complexionem, cholericis febribus cōtrariā. Pueris uero & iuuenibus cauſon frequentius accidit, ijs propter complexionis cōformitatem, & illis propter abundantiam humorum: ſed utriq; facilius quàm ſenes euadunt, propter fortitudinem uirtutis. Raro tamen accidunt niſi temporibus æſtiuis, & hac febre facilius corripunt corpora calida, cholericæ, quæ calidis cibis & malis fructibus ueſcunt: ſine rigore & frigore incipit, protinus humores inflammant, uapores ad caput effumant, qui ſomnum profundum interdū, ſed frequentius maximū capitis dolorem uel phreſim & amentiam præſtant. Tandem infra paucos dies, utputa nono, undecimo, uel decimo ſeprimo die interimit: uel curatur cretico uomitu, ſudore, fluxu ſanguinis nariū uel uentris, & quandoq; ualida natura totum humorem extra uenas ſponte expellit, & ſuperuenit horridus rigor, & ex inſperato febriens ſanatur.

## De cura cauſonis.



Vanto cauſon ardentior eſt ceteris febribus, tanto frigidiora & humidiora in actu & potentia expoſcit: & quia eſt quàm breuis, parcioſum cibum exigit: abſtineant ergo qui eam patiunt à carne & uino, & comedant boragines, blitū, cucurbitas, & iuſcula panis uel farris, & bibant uinū granatorū, uel aquā cū modico aceto mixtā: niſi patient apoſtemata, egritudines neruorū uel ſtomachi. Aut bibant aquā cucumeris, cucurbitæ, uel endiuie, cū ſaccharo coctū, ſimul iuleb, aut R. aquarū endiuie, cucumeris, bugloſſe, florū nenufaris, añ. un. 4. ſacchari un. 4. aromatizeſ cū ſandalis & cinnamomo. Vel, R. aquarū lactuce, florū nenufaris, endiuie, añ. lib. 5. ſacchari un. 4. s. fiat iuleb. Accūbat in loco temperato, & in æſtate refrigeret cū roſis, folijs uiridibus uel flabellis, & quo melius poteſt, mente & corpore quieſcat. Ab initio exoneret uenter cū dactylo lenitio ex caſſia, diamāna, uel electuario catholico, & admoueat uentofæ cū ſcarificatione dorſi. Phlebotomia aut uenarū ſuſpecta eſt, niſi ſanguis malus ſuperſit, poſtea digerat materia cū ſirupo de endiuia, portulaca, agreſta, uel de papauere: aut detur hic ſirupus, R. ſucci endiuie, cucumeris añ. lib. 1. agreſtæ lib. 5. ſacchari lib. 1. fiat ſirup. Digelta aut materia euacuet cū electuario prunorū ſolutio, ſucci roſarū uel pſyllij. Et refrigeret epar cū ungueto ſandalino, & liniat ſpina dorſi, cū ungueto albo, uel roſato, & circa tēpora unguetū populeū. Aut liniat caput, dorſum, & pectus cū lacte mulieris, albumine oui, uel oleo roſato ſecū mixto, aut cū ſucco ſemperuiui, & aceto mixto. Et naribus attrahat aqua roſata cū aceto, ſi a deſt dolor capitis, & phreſim times, caput abluat cū hac cōcoctione, R. olei roſarū, aque roſatæ añ. un. 2. aceti un. 1. ſandalorū drag. 2. cāfore ſcrup. 5. calefaciat, & tepide ſup caput tonſum ponant: aut liniat cū ſucco ſolatri aceto mixto. Sed tã frigida ſuſpecta ſunt ne oppilēt. Retulit Auicēna, q̄ aqua endi

uia in qua cerussa fuerit infusa, & cum panno uel spongia epithimata optime refrigerat iecur inflammantum: sed tutius refrigerant & magis conferunt trochisci, & camfora ex sandalis, ex spodio uel berberis bibiticum iuleb longo, si rupis, uel alio liquore. Amplius, restaurant & refrigerant conseruæ saccharorum, electuarium prunorum nō solutiuum, cōfectionis Abbatis, diarhodotrium sandalorum. Vel, R. rosarum, mannæ, sacchari añ. drag. i. succi liquiritiæ, draganti, gummi arabici, seminum cucumeris, citrulli, cucurbitæ, melonis añ. drag. s. spodij, spice, cinnamomi, macis trium sandalorum añ. drag. s. terantur, & cum aliquo liquore, uel quo melius placet, capiantur. In hac autē febre maxime cauēdum est à syncopi, dolore capitis, phrenesi, & huiusmodi malis accidētibus, quorū curam in proprijs capitibus explicabimus inferius.

*De febre phlegmatica.*

**F**ebbris phlegmatica est calor ex putrido phlegmate genitus. Phlegma autem est humor frigidus & humidus, egre concoctus in stomacho: unde stomachus frigidus est mater ægritudinū phlegmaticarum, & maxime corripuntur hac febre, qui debilem stomachum habent, & qui ægre digerunt, præsertim si cibos frigidos, uel duræ digestionis comedunt, & qui frequenter nauſeam patiuntur, crudumq; & acetosum sæpe ructant, fastiditiq; cibos modicum appetunt, & quibus deniq; nutrimenta in stomacho facile corrumpuntur. Frequentius autem accidunt senibus, & qui in hyeme ægrotant, & qui frigida humidaq; loca incolunt. Pueri uero minus, sed iuuenes rarò hac febre laborant, omnino febres phlegmaticæ sunt ualde diuersæ, quoniam reperiuntur plures species phlegmatis, ceu uitreæ acetosæ, salsa, & dulcis, quæ faciunt diuersitatem in febribus, non solum secundum quantitatem & qualitatem, sed secundum aliorum humorum commixtionē. Corripitur autem phlegma à causis primitiuis & oppilantibus poros, & prohibentibus resolutionem uaporum.

*De signis febris phlegmaticæ.*

**F**ebbris phlegmatica interpolata quotidianis paroxysmorū accessibus affligit, sed nūquam ferè syncerum corpus relinquit, quamuis quotidie sex horis quiescere uideat. Paroxysmi enim quotidie redeunt, & decem & octo horas durant, postea per spacium sex horarum uel circa, febris recedit, quando phlegma putret extra uenas à corde remotū, uel saltem modicū est, quod extra uenas cor obsidet: sed quoniā plerunq; est multum, rarò est quin aliqua pars in uenis & aliqua prope cor putrescat, idcirco nec tam modicæ quietis interualla sunt satis lucida, sed minus affligit in sex horis quàm in reliquo die. Paroxysmi igit sunt lōgiore uel breuiore, grauiore uel leuiore, secundū qualitatem & quantitatem phlegmatis putrescentis in uenis uel extra à corde remoti, necnon secundū aliorū humorū admixtionem. Ab initio pulsus est paruus, profundus, debilis, & rarus, sed in processu paruitas frequentia

frequentia cōpensat. Valde diuersus est, & absq; ordine uariat. Item phlegmatici parum sudant. nam crassi uapores & humores uiscosi poros obstruunt, & exitū sudoris prohibent: & quanto maiores sunt oppilationes, tanto magis deturunt febrem: & quamuis phlegma sit naturaliter crassum, tamē propter oppilationes urina quandoq; mingitur tenuis, exilis, & quandoq; crassa, secundū quod oppilationes crescunt & decrescunt, mingit autē alba propter frigiditatem humorū & cōplexionis, & quādoq; rubet propter putridos uapores, aperitionem pororū, & meatuū per quos fluit urina in uessicā, & propter maiorem febris calorē, & admixtionē cholere, uel retentionē urine. Similiter substātia urine quandoq; uariat absq; febris alteratione, & interdū turbida, opaca, propter debilitatē digestiue: & interdū tenuis, crassa propter oppilationes mingit: & sic in uarias dispositiones uicissim mutatur. Egestiones uero sunt fluidæ & lenes, sed in principio sunt duræ, quia calor febrilis resoluit humiditatem, & facit stipticū uentrem. Postea oppilationes prohibēt talem resolutionē, & infirma digestiua facit lubricā aluum, & faciem pallidā, exanguem. Amplius, modicus sanguis generat propter debilitatem digestiue, & frigiditatem humorū qui propter oppilationes nō possunt resolui: quamobrem phlegmatici ualde pallent, & alię febres faciunt ægrū rubeum saltem in statu. Item febris phlegmatica tumefacit fœmora, frequenter ructat, uentositas & fluidę egestiones sæpe per uiscera gurgitant, & crebros uentris crepitus facit, & plurimā uentositatē gignit. Calor huius febris leuis est, & satis tolerabilis: & propter remissum calorem & multā humiditatem phlegmatici parū sitiunt, nisi forte phlegma esset salsum, multū & putridum uel cholericū. Rursum calor quā primū tangitur suauis est, mox acutus percipit, & mordax cum quadam asperitate & lenitate mixta: & in eodē paroxysmo interdū difformiter auget, & inæqualiter declinando remittit, imò calor in primis paroxysmis quādoq; est maior & inæqualiter declinando remittitur: imò calor in primis paroxysmis quādoq; est maior quā in sequētibus, quoniam tenues & dulces phlegmatis partes facilius inflammantur & resoluuntur, quā crassę, tenaces. Et ob hanc causam febris ex phlegmate dulci genita est minor & leuior, & primi paroxysmi sine frigore & rigore incipiunt. Phlegma uero salsum horripilationem facit, sed acetosum maximū frigus. At phlegma uitreū non solum frigus, sed acerrimū rigorem præstat, & prius incipiunt algere crura, & partes extremę, mox corpus à rigore & frigore intolerabili corripit: & incipit calor priusquā frigus omni quaq; recedat, & quandoq; frigus post calorem redit, tandem corpus inflammatur. Humor autē frigidus qui nondū putruit, frigus præstat dum agit, sed horripilationem putridus. Quando igit phlegma putret extra uenas paroxysmi incipiunt plerūq; cū leui frigore cruriū, & deinde riget corpus, postea calet, demum recedunt paroxysmi cum pauco sudore, & sæpe sudant tantummodo in aliqua parte. Quando uero phlegma putret in uenis uel prope cor,

facit febrem continuã sine sudore & quiete, rigore uel frigore: sed quãdoq; cū rigore uel frigore incipit, & cōtinua est breuior et deterior quã interpolata. Preterea humores phlegmatici mites & leues faciūt febrem breuem, leuem sine accidentibus, & salubrem, sed humores graues & acerbi, faciunt grauem febrem, & accidētia seua, & uapores qui eleuant, dum putret phlegma, quandoq; sunt plurimi propter copiã humiditatis & phlegmatis, quãdoq; sunt acuti, uenenosi, uel ualde mali, ppter malitiã humoris: & interdū pfundū somnū inducūt in principio paroxysmorū, & quãdoq; spiritū & sensus hebetāt, uel capitis dolorem excitāt, sed peiores cor petunt & syncopim faciunt, nō solū propter malitiã, sed propter copiã: quandoq; uapores faciunt syncopim in fine frigidirigoris, nec ab ea febriens prius ad se redit quã totū corpus calefiat: & fit pulsus magnus & uelox. Et talis febris syncopalis, sicut phlegmatica, quotidie affligit: & facit pallidã & tumidã faciem, & deformem, carnēq; mollē & laxam, & modo flauū, modo squalidū corpus facit, & diuersis colorib. insignit, latera inflat, & quãdoq; acetosos ructus & uomitus præstat: & cū syncopis imminet, labia nigrescūt, ardentes oculi uiriditate suffusi splendescūt: & qui cor debile habent, grauiori syncopi facilius corripiunt. Rursus uapores qui faciūt syncopim quandoq; generant ex phlegmate cholericō, & sunt acuti, cholericī, & sepius gignuntur in corporibus calidis & siccis: & faciunt rariores paroxysmos, & tertianã penē imitant, somnū adimūt: & qui huiusmodi febrem patiunt, perpetuis uigilijs & inquietudine uexant: & quã citò extenuantur, uires amittunt, & sepe in syncopim incidunt: & quãdo uapores sunt pestiferi uel uenenosi, ante septimū diem perimunt: preterea febres phlegmaticę raro absolunt ad dolore stomachi, & interpolate solent facere sudorem solū in capite uel in pectore, propter diuersitatem humorū, qui nō simul digerunt, sed tenaces & magis difficiles prolongāt febrem. Item reperit alia species febris phlegmaticę, quę in frigidat præcordia & intestina, & calefacit extrinseca, cuius diuersitatis causa est phlegma uitreum latitans circa corporis centrū, quod non sentitur quandiu quiescit, quoniã membra quę continent ipsum, iam assueuerunt illius frigiditati: quando uero ad putredinem mouet, è proprio loco recedit, & per calida mēbra discurrit, & ualde frigefacit in principijs paroxysmorum, sed putridi uapores, qui ab eo resoluuntur, calefaciunt membra exteriora, & testantur hūc humorem esse ualde frigidum, eius indicia, utputa, urina quę est alba & cruda, & pulsus qui est tardus & rarus. Et quamuis febris phlegmatica quotidiana redire exacerbatione soleat, interdum tamen phlegma est adeò tenax & modicum, quod tertianę uel quartanę periodos imitatur. Substantia enim febris humoralis colligitur ex humoribus, & secundum eorum exigentiam curatur, & non secundum paroxysmorum ordinem. Cōtrã, est alia febris species, ex opposito præcedētis distincta, in qua calent interiora, & exteriora algēt, siue quia phlegma est modicū seu cholericū, crassum, & te-

max:

nax utrunq; enim dum putret in centro corporis constitutum, reuocat intus calorem naturalem, & membra exteriora frigescent, siue quia interiora propter putredinē calent, & phlegma uitreū ad exteriora mouet: seu pauci uapores ex putredine resoluunt, seu propter oppilationes nō possunt ad exteriora penetrare, seu propter frigidā uaporū substantiā calor febris solū in partes propinquas diffundit, & frigēt extrinseca. Ex utriusq; uero causis tertia species cōponit, & qui eā patit frigus simul cū calore passim per corpus sentit, siue quia frigidi humores in diuersis corporis partibus cōstituti cū agitant & putrent, alter in alterius loca accensos transmittit uapores, siue quia phlegma uitreum dulci miscet, quorum alterum in sua frigiditate diu conseruat, & alterum facile putret, & calidos uapores passim effundit. Et quamuis proprium febris sit totum calefacere corpus, tamen interdū calor ab oppilationibus, uel alijs causis impedit, & idcirco nō potest ubiq; diffundi. Præterea febres phlegmaticæ diurnæ sunt deteriores nocturnis, quoniā in die pori sunt magis aperti, & facilius inde uapores resoluunt: quā obrē humores phlegmatici nō nisi ratione copię uel malitię in die putrēt, & eius febres facile in heclicas cōuertunt, nocturnę uero in hydropisim, nisi recte curent. Phlegma dicitur pituita, quasi petēs uitā, & eius febres sunt plerūq; lōge, graues, & sepe mortales ppter malitiā digestionis, passionis stomachi, modicā quietē, & ppter maximas oppilationes: nā q̄ eiusmodi febre laborāt, plures de stomacho cōquerunt, gustū amittūt, nauſeā & uomitū patiunt; & tādē multi hydropici uel heclici ex hac febre pereūt.

*De cura febris phlegmaticæ.*

**Q**uoniam contraria contrarijs curantur, & febris res frigidas & humidas, & phlegma calidas & siccas exposcit, febris phlegmatica medijs temperatis recte curat, uel saltē debēt esse temperata, quo ad qualitates passiuas: quoniā siccitas stipticat & cōsumit humidum radicale, & humiditas conseruat phlegma, & redundat in stomacho. Itaq; sex illa genera rerum, quibus continue necessario afficimur, debēt esse temperata, uel modicum declinare ad calidū: quoniam plerunq; intentio & recta cura est, agere contra causam potius quā refrigerare febris calorem: causa aut febris phlegmaticę est phlegma frigidū & humidū, genitū in hyeme, uel à rebus frigidis & humidis. Omnino uero caliditas & alię qualitates debent quādoq; esse magis temperatę: & quandoq; augeri secundū tēpora crescentis & decreſcentis febris, uel maxime secundū diuersitatē phlegmatis: nā in principio debēt esse tēperatę, postea cōtinue magis calidę, incisiuę, & aperitiuę. Rursus phlegma dulce calidis tēperatis, acetosum magis calidis, uitreū calidissimis, salsum frigidis & humidis curat. In hyeme igit foueat eger calidis, & caleſcat camera in qua recūbit, & suffumiget cū iunipero, thure, resina pini, corticib. mali appij, uel laudano, & suffumigijs cōpositis: & cū pedes propter aduentū paroxysmorum frigere incipiunt, caleſcat corpus cū lateribus calidis, & alijs opportunis

remedijs. In primis autem diligenter obserua, ut paroxysmi inuadant stomacho ieiuno: & si commode fieri potest, comedat hora quietis, uel in declinatione, uel saltem hora consueta, dummodo circa illam horam non incipiant paroxysmi, & cibi sint facili digestionis, & in principio magis temperati, sed in processu continue calidiores, & magis subtiliatiui & incisui, & tato magis quanto phlegma est magis uiscosum & tenax, sicut uitreum, quod etiam ab initio subtiliatiua & incensua exposcit sicut sunt species aromaticę, mel, & acetum: sed quantitas ciborum pluris uel modicę substantię metiatur secundum longitunem febris. Vnde modicus cibus competit febrim continuę, quę latica nuncupatur, eò quod intus latet, similis hecticę, & parum exterius apparet, & intus urit, breuis est & multis mortalis, maxime senibus, quibus latica & sepulta appellat. Sed periodica est longe prolixior, & duobus mensibus uel diutius durat, quapropter plus exigit cibi. Vescatur igitur carne & optimis cibus, sed in minori quantitate quàm consueuit in sanitate, & condantur cinnamomo, gariofilis, uel mace & croco, & competit maxime in augmento & statu brodiũ cicerum rubeorum, in quo fuerint coctę radices feniculi, apij, uel petroselin: nam hæ radices attenuant humores, & remouent oppilationes: species aromaticę calefaciunt, & ualde confortant membra principalia, & eorum uirtutes, maxime cor & digestiuam. Mel calefacit, subtiliat, abstergit, nutrit, confortat, sed inflat nisi sit coctum. Acetum incidit uiscosos humores, & facit penetrare medicameta in omnia membra, sed frigidum & siccum est, & nocet stomacho & neruis. Passulæ sunt optimi nutrimenti, & epati saluberrimæ. Anisum discutit uentositatem, aperit oppilationes, & confert stomacho, cui maxime etiã præsidio est masthix, spica, & cinnamomũ. Oriza corrigit phlegma falsum, sed milium excorticatum, panicum & caules desiccant aquosum, sed carnes laudabiles sunt cibi longe meliores, & condantur cum speciebus stomachicis, aromaticis, uel odoriferis, quas dicemus in medicinis compositis; uel species infundantur in succo limonum rancidorum uel citri, & erit sapor gustui delicatus, uel utantur phlegmatici his speciebus, R. ligni aloës drag. 2. cinnamomi drag. 1. gallię muscatę, drag. 5. sacchari drag. 5. Item, R. cinnamomi, cardamomi añ. drag. 1. & mediã, gariofilorũ drag. 1. zingiberis, mastichis, ligni aloës, macis añ. drag. 5. croci. scrup. 5. Aut, R. ligni aloës, cubeba, berberis, seminum melonis, cucumeris, cucurbite, citrulli añ. drag. 2. rosarum, corallorum rub. margaritarum, boli armeni, sandalorum alborum, citrinorum rubeorum añ. drag. 1. spodij, carabæ, draganti, seminum portulacæ, florũ buglossę, succi liquiritię, cinnamomi, masthix añ. drag. 5. camfore. scrup. 1. fiat species, quę refrigerant præcordiorum estum, sedant sitim, tremorem cordis & syncopim arcent. Aut ex eis & melle rosato fiat electuarium, aut cum saccharo confectio solida, ut libentius à fastidiosis appetatur. & bibant phlegmatici aquam mulsam, uel uinum mixtum, & abstineant à plurimo potu, qui hydropisim

dropisim facit, gustum aufert, & sæpe dolores intestinos, & fluxum generat. In processu uero & declinatione uinum uetus est melius. Sed extra prandium & cœnam sitiens bibat, postquam aliquid comederit, hoc iuleb, R. aquarum melissæ lib. i. fœniculi, apij, absinthij añ. unc. ʒ. mellis spumati lib. ʒ. aromatizetur cū paucis gariophyllis & cinnamomo. Somnus uel uigilia, si modū excederent, ad consuetam mediocritatem reducantur, & quo melius potest animo pacatus, & corpore quietus, præceptis physici periti diligenter pareat. In primis autem exoneretur uenter cum electuario catholico de dactylis uel cassia. Phlebotomia uero raro est necessaria, nisi abundauerit sanguis, uel febris esset continua. Digeratur ergo materia phlegmatica primo cum melle rosato, & oxymelle simplici, postea cum sirupis de bisantijs, uel acetosis de radicibus, & quolibet mane per duas horas post sirupum & ante prandium fiat clystere cum concoctione camomillæ, meliloti, foliorum caulium, centauree, pullegij, añ. M. i. seminis anethi, anisi, fœniculi añ. M. i. & post cōcoctionem addatur mellis ros. unc. .i. cum dimidia hierę picre, sacchari rub. añ. unc. ʒ. olei anethini unc. ʒ. salis drag. i. & mediam, uel fiat clystere cum brodio galli decrepiti, quod est saluberrimum. Aut concoctione furfuris, anisi, fœniculi, parentarie, maluæ, & mercurialis. Clystere uero ex sero lactis caprini, cū quo fuerit coctum polypodium & fumus terre attrahit phlegma salsum & melancholicum. Digesta autem materia paulatim omni hebdomada euacuetur cū prædictis solutiuis, uel cum pillulis aromaticis, de hiera picra stomaticis, uel cum electuario indo, uel benedicto. Quando uero phlegma est salsum, uel cholericum, digeratur cum sirupo acetoso simplici, & sirupo fumiterre, deinde cum sirupis de bisantijs, uel acetosis de radicibus, & paulatim sæpe purgetur cum electuario de dactylis, pillulis, de fumo terre. Phlegma autem cholericum ap prime digeritur cum sirupo acetose simplici, & melle rosato secū mixto. Sed phlegma uitreum primo digeratur cum oxymelle simplici, & sirupo acetoso de duabus uel tribus radicibus, deinde cum oxymelle composito uel squillitico aut sirupo de eupatorio diluto cum aquis aperitiuis, apij, fœniculi uel eupatorij, & omni hebdomada purgabis digestam materiam cū electuario indo, benedicto cathartico, uel trochisco de colocyntha, aut cum turbith correcto, hoc modo, R. turbith drag. i. zing. scrup. i. sed delectabilius est cū tantundē sacchari, & aliquo liquore potum. Cōfectio uero turbith est melior. Vbi autē in primis dieb. ambigeres an febris esset cholericæ uel phlegmaticæ exhibeas sirupum acetosum cum melle rosato, quæ digerunt utranq; materiam, & præcipias parciores diætam, quousq; humor febris causa innotescat: & digestam materiam paulatim euacua, partim cum clysteribus, & partim cum solutiuis quæ diximus, & non expectes totius materie digestionem, ne exuberantia humorum cor obruat. Quippe materia tanto magis digesta est, quanto tenuis urina magis spissa & densa mingitur, cum meliori hypostasi; & quanto magis

G

frigus remittitur, & calor augetur, & quanto magis paroxysmi postponunt & ferius reuertuntur. Vomitus autem facilis & rarus confert, & plurimum iuuat, sed difficilis & frequens debilitat stomachum. Prouocatur enim uomitus cum sirupo acetoso uel oxymelle simplici, & cum cōcoctione seminis raphani, ceparum, carthami, salis gemme, salis indi. Sed elleborus, cataputia, & cucumer asininus uolenter uomere faciunt, sed cōpescunt uomitū gariophyli, electuarium citoniorū, & diacitonium. Amplius summopere sit tibi curæ tutela stomachi, cuius uitio phlegmatici omnes ferè moriunt: liniat ergo stomachus cum oleo mastichis uel spicæ nardi, aut unguento stomatico, unguento mastichis Martio, uel de baccis lauri. Aut apponat hoc cerotū, R. mastichis unc. i. specierum pillularum aromaticarū drag. i. olei nardini quod sufficit. Sed multo magis conferunt aromaticū rosatum, cōfectio rosatum, electuariū ex gemmis, ligni aloës, musci, citri, diagalanga, & plura alia que scripsimus. Præterea post digestionem & euacuationem sunt utiles stomacho, remouent oppilationes, & febribus medentur trochisci diarhodon, trochisci rosarum, eupatorii, rheubarbari, absinthij, manne, aloës, anisi. Si uero timeres hydropisim, da dia cucumam, dialaccam, electuariū squinanti, mirrhæ, chelidoniæ, costi, eupatorii. Dixit Galenus, quod hoc electuariū digerit & attenuat crassos humores, & sanat febrem phlegmaticam, R. absinthij, aristolochiæ rotundæ, anisi, sceniculi, squinanti, fructus balsami, macis, cyperi, agarici, ireos añ. drag. i. confice electuariū cum melle rosato, & pondus eius detur secundū quantitatem castaneæ. Retulit Auicenna, quod oleum coctum cum tela aranæ, & corpori illinitum, ex innata proprietate sanat phlegmaticas febres. Absinthium & uinū cum eo coctum, pristinum gustum restituit. Præterea febres phlegmaticæ interdum fiunt syncopales ab incurso humorum & putridis uaporibus, qui obruant cor, & inducunt defectionem animi. Sed eiusmodi febres difficillime curantur: nam nisi earum humores in principio purgentur, continue fiunt grauiores, & magis molesti: si uero indigesti purgantur, uirtus agitatur, & resoluitur, & febriens morti ocyus succumbit. Rursus uberius cibis auget humores & febrem, & fames adimit uires, & syncopim excitat: sed tutius itur per medium utriusque discriminis, & non nisi materia digesta paulatim & leuiter euacuetur, & parcius & frequentius nutriatur. Buccella panis tosti in optimo mero uel uino granatorum imbibita syncopim arcet, & contra defectionem animi efficax est electuarium ligni aloës & musci.

*De febre quartana.*

**F**ebri quartana reuera deberet dici tertiana, quoniam quoquo tertio die reuertitur, & febris cholericæ interpolata deberet dici alterna, quia alternis diebus redit, & phlegmatica quotidiana quia quotidie affligit, sicut sanguinea appellatur continua. Rursus humores quos Greci phlegma, choleram, & melancholiam uocant, Latini pituitam, bilem, & atrā bilem



bilem appellant. Nos autem sumus sequuti cōmunem modum loquendi medicorū. Et melancholia altera est naturalis & necessaria, altera mala & corpori obnoxia: quæ si non putret, gignit cancrum, lepram, & aliud apostema melancholicum. Sed putrida decernit febrem quartanam. Melancholia autē est fex quatuor humorū principalium, quæ quidem procreat à leguminibus, ca-  
 seis, duris carnibus bouū, & malis cibus, crassis, & difficilis digestionis. Aut est cinis adustorum humorū, quos incensere sollicitę curę, diuturna mœstitia, timida pusillanimitas, insomnes uigilię, arida sitis, ieiunia, fames, & labores intolerabiles. Vel maxime eiusmodi cinis generat ex incendio aliarum febrū & propterea febris raro incipit quartana, sed plerūq; sanguinea aut phlegmatica, & quandoq; cholericā, & postea conuertitur in quartanam. Nam facilius & prius corrumpunt alij humores, quàm melācholia, propter eius duriciem & solidam grauitatem, & propter eandē causam febris quartana plerūq; est interpolata: nam eius humor est tam difficilis putredinis, ut prius extra uenas expellatur quàm putrescat, quin etiā ob putredinis difficultatē paroxysmi reuertunt multo tardius, quàm in cæteris febribus, & biduum quietis interual-  
 lum porrigit, & quarto quoq; die redit, quando quartana est simplex, sed dupla singulis duobus diebus continuis affligit, & tertio quiescit: fit autē dupla, quādo minerę putrescentis melancholię sunt in duobus corporis partibus se-  
 iunctæ. Item febris quartana est longior cæteris propter grauitatem & duritatem melancholię, & difficultatem putredinis, aded quod uix ante annum re-  
 cto regimine curat: sed eo neglecto diutius durat, ueruntamen salubris est, & neminem interimit, nisi forte decrepitos, uel propter malū regimen: nam bibuli, lurcones, & qui nequeunt saturitatem expleri, primū in splenis uitia, postea in hydropisim incidunt. Sed quartana sanat epilepsiā, spasimū, & dementiam. Et febres quartanę plerūq; solent accidere circa etatē primi senij, & in autūno, in quotēpore humores melancholici maxime crescūt, & febres quartanę sūt lōgiores, maxime quę ineūte hyeme incipiūt. Cōtrā, in estate genitę solēt esse breuiiores, breuissimę uero quę splenis uitij carēt: cōplicant em splenis uitij quartanę, quoniā humores melancholici in splene gignunt, uel illuc cōfluunt aliunde. Quartana autē dupla plerūq; sequit febres phlegmaticas & longas.

*De signis febris quartanę.*

**F**ebris quartana habet lucida interualla periódica, & bidua quiete interposita, quarto quoq; die redit: nā melancholia propter suā duriciem & grauitatē tardius corrūpitur: frigida sanè est, & excitat maius frigus quàm alij humores: sed æger paulatim incipit frigescere, & contractionem membrorum & lassitudinem sentit, oscitat, & torpentia membra quasi cōtracta frequenter extendit. Et tandē horrido frigoris tremore, & dentium stridore fortiter concutit, & postquàm frigus remittitur, quādoq; in eodem paroxysmo maius redit propter diuersitatem humorū, quorū una pars

*Quod cibi genus melancholiam gignat.*

citius altera putret. Nam melancholia mala potest ex sanguine, cholera, phlegmate, & melancholia naturali generari: & propter eandem causam paroxysmi quandoque postponunt & serius reuertunt, & tamen febris est in augmento: sed talis postpositio continue est minor, nam maior significaret uerā declinationē. Sic ergo grauitas melancholię quę est fixa & residentia omnium humorum, & difficultas putredinis facit postpositionē & prolixitatē paroxysmorū & totius febris. Item propter diuersitatē humorū ex quibus melancholia generat, accidit quod febres quartanę alię postridie eadē hora redeunt, alię serius, alię celerius, plures diem ac noctem accessione & decessione occupāt, sed quę cū sudore recedunt citius in sanitatē cōuertunt. Rursus propter diuersitatem humorū & frigiditatē melancholię adueniente calore omnino frigus remanet, & quandoque post decessionē reuertit, sed tandem resoluit frigus, & calor auget, qui solet esse minor quā aliarū febrium, & quādoque cū sudore & quandoque sine, recedit, & per biduū quartanarius integer quiescit, & propter longa quietis spacia febris quartana est salubris, & neminē perimit. Præterea dignoscit melancholia cuius speciei sit per propria signa illius humoris. Verbi gratia, quę ex sanguine generatur colligit ex rubore genarum, ex grossitie urine, complexionē, ætate, tempore, & febre sanguinea præcedente, quę tres uel quatuor dies primū urit, postea cōuertit in quartanā: sed quę ex aduisione cholere gignit, solet in estate esse tertiana uel causon: deinceps adueniēte hyeme in quartanā cōmutat, & incipit acutiori horripilatione & leuiori frigore, postea ardentius urit, & facit maiorem pulsum, arentem sitim, copiosum sudorem, & seua accidentia inducit. Quę autē ex phlegmate dependet facit maius frigus & longiores paroxysmos, præsertim quę ex phlegmate falso & uitreo procreatur, densiores oppilationes & modicum sudorem producit, et eiusmodi febres phlegmaticæ longę solent in duplas quartanas conuerti, quę tertio quoque die tantūmodo quiescunt: quartanæ uero continuæ quamuis accidant raro tamē per signa melancholię dignoscunt: ceu uitia splenis, febres diuturnæ, complexio, mores melācholici, facies fusca et macilenta ætas primi senij, autumnus & humores tenaces, nigri, adusti. Et pulsus est durus ob siccitatem humoris, & ualde diuersus propter tenacitatem & crassitudinē, reflectiturque ad interiora, uelut in senibus, sed in principio paroxysmorum est tardior quā in augmento, & frequētior quā in tertiana: deinde efficit ualde diuersus, et postea uelox & frequēs. Sed tēpore quietis pulsus est melior quā in reliquis febribus: at urina diu mingit cruda & indigesta, & in principio est alba, crassa, quādā uiriditate suffusa, & in augmento uarijs colorib. secūdū diuersitatē humorū insignit, postmodū in declinatiōe quādoque mingit nigra, & sanitatē significat.



*De cura febris quartanæ.*

**Q**uoniam febres quartanę sunt ceteris longiores, medicus ægro difficultatem & longitudinem curę primò aperiat, quam propter diurnitatis

turnitatis tædium contemnere nolit, sed constanter exequi uelit, proximo poscat. Deinde uitæ regimen humidum temporato calori cõiunctum instituat, calidius uero si quartana à melancholia phlegmatica uel fèce aliorum humorum dependet, sed quæ à cholera uel adustione aliorum humorum procreat, frigida & humida exposcit. Tutius tamen est uti temperatis uel parum calidioribus, præcipue in hyeme, & degat ubi frigus nõ aspiet, & quàm satis est dormiat: nam uigiliæ plusquàm somnus ratione siccitatis lædunt, moderate comedat, & uiret utrũq; uitium, saturitatem, & famem. Nam quartanarij solent in principio amittere gustum postea tanquam insatiabiles semper comedere uellēt. Et uescant cibis laudabilib. qui uentrẽ molliat, & sint attenuatiui, incisui, facilis digestionis, & boni nutrimenti, ceu pullorum carnes, hædi, uituli, & omnes qui apud delicatos in pretio habentur. Elixæ autem plus nutriūt quàm assa, & plus assa quàm frixa. Minoris uero nutrimenti sunt iuscula ex lacte amygdalarum, fercula farris & hordei, & illud quod ex brodio carniũ cum ouis inspissatum ad ignem conficitur, & agresta, cinnamomo, uel alijs speciebus aromaticis conditur. Aut super cibos conspergantur hæc, R. sene, epithymi, polypodij, zingiberis, piperis, gariophylorum, cinnamomi, salis, añ. drag. i. croci scrup. ʒ. misce, & interdum comedat boraginem, melissam, & cicerubeum: uel cum ferculis coquantur radices fœniculi, petroselini, asparagi, uel apij: & comedat passulas, ficus, carycas, cappares, oliuas cõdãtas, & pineas. Et pro saporibus utatur succo granatorum cum modico saccharo & cinnamomo: aut, R. cinnamomi unc. i. gariophylorum, zingiberis, nucis muscatæ, sene, añ. drag. 2. sacchari unc. 4. infundatur quantum libet harum specierum in sufficienti brodio cum modica agresta, & erit sapor delicatissimus, qui reducit perditum gustum. Similiter aqua rosata cum modico uino uel succo granatorum, uel agrestæ, & cum prædictis speciebus mixta, & super carnem assam in frustra incisam conspersa, excitat mirum in modum gustum, sed longe melius est hæc species super carnem assam conspersa. R. coriandorum, gummi, arabici, mastichis, cinnamomi, piperis gariophylorum añ. unc. i. Et quamuis quartanarij non indigeant eiusmodi saporibus, quia plerunq; insatiabilem uoracitatis gustum habent, tamen horum exempla ad fastiditos stomachos posunt referri. Ad potandum autem propinabis uinum mixtum cum concoctione tamarisci. Aiunt enim tamaricem seu miricam plurimum posse contra uitia splenis: & idcirco splenetici solent bibere lagenis tamaricis. Qui uero nimium appetunt, mundent, & singulariter comedant semina communia frigida, uel passulas post moderatum prandium & cænam. Et quotidie deponant uentris onus, & tempore necessitatis fiant clysteria lenitiua, aut leuiter euacuetur cum cassia dissoluta cum sero lactis caprini, uel concoctione epithymi, polypodij, uel sene. At si melancholia esset sanguinea, aperiatur uena saluatella, quæ anulari & auriculari digito interiacet, sed raro phlebotomia exigitur, ni

si in principio antequam febris motus quartanarios sortiatur, uel saltem in principio digestionis. Deinde digeratur melancholia cum sirupo acetoso uel oxyfaccharo, aut sirupo ex epithymo, uel sirupo splenicorum, dilutis cum aquis buglossæ, boraginis, scolopendriæ, apij, uel concoctione myricæ. Digesta autem materia quæ hebdomada paulatim euacua, cum pillulis aromaticis electuario ex calamentho, pillulis ex lapide lazuli, aut cum sene, epithymo, cortice uel radice capparidis. Vomitus autem moueas elleboro nigro. Et sæpe sæpius redeas ad digestionem & euacuationem. Atque digestiua sint in processu continue magis incisua, subtiliatiua, & magis aperitiua: & leuiter euacuetur cum his quæ diximus, uomitus autem parum ante paroxysmos alleuiat quartanam uel prorsus tollit. Galenus uero post cenam prouocabat uomitum, & sequenti mane propinabat succum absinthij, quæ agitationem melancholiæ cõpescit, deinde per duas horas ante paroxysmos dabat theriacæ drag. i. & mediã cum modico uino dissolutã, & sic facile curasse suos quartanarios asserit. Sed ego nihil plus posse aduersus quartanam inueni, quàm pillulæ aromaticæ, ieiunium, & uomitus. Dabam enim pillulas aromaticas quæq; tertia nocte præcedente paroxysmum, & præcipiebam ieiunium in die paroxysmi, ita quod si paroxysmus uenturus erat ante meridiem, æger non prandebat; si post meridiem, non cenabat; & qui facile uomebat, præcipiebam uomitum parum ante paroxysmos: & sic quàm plures quartanarios, ut uerbis popularibus utar, dei gratia, liberaui. Præterea ratio & experientia demonstrat, quod fluxus hæmorrhoidarum, & menstrua sanant quartanam: prouocant autem hæmorrhoides & menstrua eiusmodi suppositoria, R. panis porcini, ellebori, calamenthi, euphorbij, añ. drag. s. aloës un. s. fiant suppositoria cum concoctione saluiæ. Item medentur quartanæ hæc pillulæ tertio quoque die in pondere unius dragmæ sumptæ, R. myrrhæ drag. 2. theriacæ drag. i. fiat pillulæ. Similiter trochisci ex aniso ualent contra quartanam febrem phlegmaticã, & earum oppilationes: sed longe magis efficaces sunt hæc pillulæ, R. serapini gummosi trochiscorum, colocynthæ añ. drag. i. diagridij scrup. 2. sal gemmæ scrup. i. fiant pillulæ cum uino, & quæque die quietis capiat æger harum pil. scrup. s. Semper autem cum medicinis melancholiæ debent misceri quæ medentur humori ex quo melancholia generatur: uerbi gratia, si melancholia est phlegmatica, medicinæ melancholiæ miscendæ sunt cum medicinis phlegmatis. Si cholericã, cum medicinis cholerae componantur, & sic de reliquis, quæ facilius intelligi possunt, quàm longiori sermone exprimantur. Retulit Hippocrates, quod fluxus dysentericus splenis ægritudines tollit. Demum occurrendum est malis accidentibus, uel maxime quando oportet secundum exigentiam eorum: nam frigori medetur aqua uitis, dosolinita, unguentum Aragonium, sed hoc est calidius, R. piperis, pyrethri añ. drag. s. euphorbij scrup. i. terantur & coquantur cum oleo anethino in pomo colocynthæ euacuato super cineres calidos, & cum modica cera fiat unguentum. Tumori uero splenis medetur unguentum Artenitum & Martium; uel R. succi panis porcini,

aceti,

aceti, mellis, cere, partes equales, & fiat unguentū. Fert quod urina splenetici pota remouet oppilationes, & tumentē splenem discutit. Et prouocet sudor & urina cū rebus aperitiuis & frictionib. & in declinatione plurimū cōferūt balnea: postmodū restauret æger cū calidis cōfectionib. & electuario, quorū copīa habebis de medicinis cōpositis. Pleriq; autē quartanarij, maxime ignari, credūt potius ab euentu fortunę quā arte sanari, nā propter difficultatē humoris quędā quartanę sunt adeo prolige, quod medici officiū nihil cōferre uideat, et idcirco quādoq; quartanarij diuturnitatis tedio cōremnūt omnē curā, pariter, & medicos despiciunt. Sed re uera quartanę possunt medicinis, sicut alię egritudines curari. Pręterea sunt quędā alię species febrū, quę longiora quietis spatia intercipiūt, & 5. 6. uel 9. quoq; die reuertunt, sed raro accidūt, & nō generant nisi ex modica materia, tenacissima: longę qdē sunt, sed salubres, pręter quintanā, quę pręcedit uel cōcomitat phthisim. Oēs ferē curant, sicut quartanę, quę à melācholia phlegmatica gignunt.

*De febre hectica.*

**F**ertū genus febris erat hectica, quę à corde in membris primū accēdit. Nā febris sortit nomē à causa materiali uel subiecto quo primū inest. Spiritus ergo à corde primo accensi cōstituūt ephemerā, humores humoralē, sed membra primū inflāmata faciūt hecticā, cuius essentia ut apertius definiat, repetā primordia eius subiecti. Quippe ex uenis extremis exit quidā humor, q dicit ros, q per corpus ad humectāda arentia mēbra passim trāsmittit. Alter q dicit cambiū paulatim cōglutinat, et in substātiā nutriti cōuertit: sed tertio humore innato terrestris omniū corporū materia est cōpacta, ex cuius resolutione cōcrete partes dissolutę separant. Humorū autē exēpla in ardēti lucerna manifesta habes, in qua ignis flamma primo cōsumit oleū, deinde quod est in bombice imbibitū, demū bombicem adurit: sic febris hectica quę accendit, primo rorē cordis & aliorū membrorū cōsumit, & primā speciē hecticę cōstituit. Deinde cambiū aggredit, & facit secūdā speciē cuius causa corpus egre nutrit, sed cōtinue magis & magis extenuat. Deniq; in humorē agit innatū tertia species, quę mēbra liquefacit & dissoluit. Sed quidā opinant, quod prima species molliorem carnē exiccet, secunda pinguedinē, & tertia duriora mēbra cōsumat. Ad summū hęc febris cōtinue corpus paulatim cōsumit, nisi in principio opportunis remedij occurrat. Verūtamen prima species cū difficultate cognoscit, sed facile curatur. Contrā, tertia quę manifesta est, incurabilis sepe existit. Secunda uero utriusque mediocritatem capit. Pręterea hectica semper ferē subsequitur alias febres, & longas purgationes, pręcipue febres phlegmaticas, longas, apostemata, fluxum diuturnū, uel plurimū sudorem, & cōcomitat phthisim, rarissime uero succedit ephemerę.

*De signis hectice.*

**V**llus hecticę est durus, paruus, debilis, frequens & uniformis, qui semper ferē eundem ordinem seruat. Et calor eius est

G 4

minor alijs febribus: & secunda species est minus calida quàm prima, & tertia multo minus quàm secunda: sed non percipitur ab egro, quia iam eo calore assuevit. Et propterea dicitur hectica, id est habituata. Verùm tamen quando æger tangitur à medico, calor eius primò est mitis & suavis, deinde paulatim magis mordax percipitur, præcipue prope uenas & arterias, ubi maior calor sentitur. Et hectica nunquam suscipit paroxysmorum incrementa, sed semper est uniformis, & paulatim consumit. Solet tamen statim post cibum alterari, & accendi sicut flamma excitatur ab oleo in arenam lucernâ proiecto, uel sicut calx uiua inflammatur, quando primum aqua conspergitur & extinguatur. Pulsus quoq; post cibum fit fortior, maior, uelocior, & frequentior: sed imperiti medici, qui cibum obesse falsò putant, esurientem ieiunio citius perdunt, prohibendo sibi alimenta quæ restaurant humiditatem consumptam. Ephemera uero quæ in hecticam conuertitur, non sedatur eodem die, sed per tres dies solet durare, deinde incipiunt apparere signa quæ diximus. Sed quando hectica cum putrida complicatur, post declinationem paroxysmi & sudorem remanet quædam ariditas à febrili calore inducta, qua corpus tabescit, & postea liquefit pinguedo, quæ in superficie uring, & quandoque in egestionibus ueluti guttæ olei passim diffusa conspicitur, & quandoque mingitur urina crassa & alba sicut lac, & non est pinguedo, sed chilis indigestus. Postea cum hectica transit in secundam speciem, facit pulsum minorem, debiliorem, magis frequentem, & ualde durum, præsertim si hectica procedit à diuturno apostemate, quem pulsum caudam soricis uocant: membraq; continue magis & magis arefcunt: & cum ad tertiam speciem peruenit, corpus tabescit, & ualde extenuatur consumpta facies liuido squalore pallet, collapsa tempora crebris pulsationibus percutiuntur, acutæ nares attenuantur, & oculi remittuntur interius, & quamuis uigilent, tamen apparent semiclausi. Sicca lippitudo palpebris concreta mane reperitur, cutis intenta attrahitur, tenuis quæ dorso, thoraci & ossibus adhærere uidetur, puluerulenta, liuida, uel nigrior apparet, ac si fuisset à sole combusta. Venter decrefcit, & extrema ossa exterius eminent. Urina est magis uncta, & in ea corpuscula furfuribus similia minguntur, quæ ex liquefactione membrorum decidunt, multiplicantur pediculi, piluli prolongantur, postea cum capillis cadunt ungues longiores, curuantur, & tandem cum integra uoce & sano intellectu moriuntur.

*De cura hecticæ.*



**H**ectici humidis moderate utantur, quæ in qualitatibus ætius sint temperata, uel potius modicum declinent ad frigiditatem. In salubri & temperato aère respirent: somnus & ocium parum amplius consueto conferunt. Spem salutis & mentis tranquillitatem admittant, & gratiosorum hominum consuetudine utantur, moderate  
uel

uel plenius extenuati comedant. Et bibant uinum plurima aqua mixtum: sed merum uetus uel potens lædit: uitent omnia falsa, nimis calida, nimis frigida, quæq; sicca, acetum, uentos, longas uigilias, laboriosa exercitia, coitum, iram, famem, sitim, & quæ calefaciunt & desiccant: similiter nimis frigida nocent, comedant carnes laudabiles, & cibos delicatos: & inter cetera sunt saluberrima lac mulierum, caprarum, asinarum, ouium, recenter multum, brodia carniū, boragines, & blicum, cancri fontium cum lixiuio modicum cocti, ut grauis odor ab eis remoueat, & postea cum aqua communi coquantur, aut fiant ex eis iuscula hoc modo, coquantur & contendantur cum suis testis & pedibus, & extrahantur sæpius, terant, & cum calido brodio uel aqua dissoluti fortiter exprimantur, & iterum ad ignem positi cum amygdalis contusis uel ouis inspissentur, & cum agresta & cinnamomo condantur. Amygdalæ enim dulces, & earum oleum heceticis plurimum conferunt. Amplius, testudines comestæ impinguant, extenuatos restaurat, & heceticos iuuant. Item maximo præsidio sunt heceticis balnea tepidarum aquarum, quæ non faciant sudare, sed conferuent ægrum tepentem: & quotidie in mane summo massa panis lacte uel duobus ouis sorbilibus, aut modico cibo uescatur, post duas horas balneum ingrediat, in quo usq; ad humeros per mediã horam uel minus immerfus quiescat, & quàm primum inde exit, calidis linteis abstergatur, & cum oleo uiolato uel lacte ungetur, aut cum hoc unguento, R. olei uiolati un. 2. succi lactuce drag. 6. sandalorum alborum citrinorum añ. drag. 1. aceti drag. 1. s. ceræ quod sufficit. Velliniatur cum unguento uiolato, rosato, uel albo. Sed si hectica febribus humoralibus complicatur, lac & balnea nocent. Soluas aluum quando oportet cum clysteribus lenitiuis, uel lacte, & digere materiam cum sirupo uiolato, uel sirupo de endiuia, aut sirupo de uino granatorum dulcium, & leniter purgetur cum facili medicina, cassia, manna electuario catholico, uel lenitiuo. Et caue fortia & crebra solutiua, nam frequens uel immoderata purgatio, fluxus, uomitus, uel sudor superfluus heceticis est mortalis. In processu uero quando hectica transiit in secundam speciem, uacandum est restorationi uberius, uel potius frequentius: non solum cum cibus, sed huiusmodi confectionibus, R. pulparum caponum uel phasianorum coctorum un. 4. amygdalarum dulcium, auellandarum mundatarum, añ. un. s. seminum portulacæ, papaue-  
ris, lactucæ, endiuia, añ. drag. 1. margaritarum, sandalorum alborum, rub. citrinorum añ. drag. s. sacchari lib. mediam, fiat electuarium cum aqua rosata, uel brodio, & cooperiat cum folijs auri. Et plurimum heceticis conferunt electuariū restauratiuū, electuariū ex prunis simplex, uel non solutiuum & saunia. Et bibat iuleb uiolatum, rosatum, uel huiusmodi, R. quatuor aquarum cordialiū añ. un. 3. endiuia lib. s. sacchari unc. 5. clarificetur, & aromatizetur cum cinnamomo. Electuarium cordiale, humidum, & restauratiuum, R. quatuor saccharorum cordialium añ. un. s. quatuor seminum communiū frigidorū añ. drag. 1. misce,

& ad libitum utatur. Et conferunt epithimata temperata, uel parum frigidiora cordi, & epati admota, R. aquarum rosate, endiuie, lactuce añ. un. 4. aceti, uini añ. un. 1. sandalorum omnium corallorum añ. drag. 1. spodij drag. 2. ben albi & rubei, ossis de corde cerui, croci, camfore añ. scrup. 1. bulliant, & cū pan no lanæ purpureo in hac concoctione remollito sepius & expresso, epithime tur regio epatis & cordis.

De hemitriteo.



**H**emitriteus proprie est febris phlegmatica cum cholericā complicata, febres quoq; eiusdem humoris duplæ atq; composite diuersorū humorum, qui putrent in locis distinctis possunt appellari hemitritei. Nam loca putredinis distincta, & non diuersitas humorum, faciunt hemitriteum. Plures enim humores permixti uel inuicem continui, si in eodem loco putrent, faciunt febrem unicam superanti humori proportionatam. Contrā, humores putridi eiusdem uel diuersarū specierū in diuersis locis seiuncti, faciunt plures febres complicatas. Vnde si qua portio sanguinis in uena epatis dextra, altera in sinistra putrescat, facit duas synochas, quæ non possunt per signa ab unica discerni. Sic itaq; humores putridi eiusdem uel diuersarū specierum, locorum interuallo seiuncti, faciunt plures febres coniunctas. Imò quandoq; febres diuersorū generum complicantur, ephemera uel hectica cum humoralī, sepius uero inuicem coniunguntur humorales, & maxime phlegmatica & cholericā, quarū utraq; quandoq; est cōtinua & quādoq; interpolata: sed plerunq; phlegmatica est cōtinua, & cholericā interpolata. Amplius, paroxysmi interdū se alternatim consequunt, interdū simul inuadunt, & quādoq; alter prius reuertit quātm precedens remittat, & sic sine quietis spatio continue affligūt. Imò quādoq; bis, terq; quaterq; in die accessiōes aggrediunt, & absq; ordine accedūt & recedūt, ut sepius accidit. Eiusmodi autē febres maxime eueniunt, quibus mali humores phlegmatici & cholericī propter diuersas causas excresecunt, præcipue ob mala nutrimenta, repletiones, uel crapulas diuersorū ciborū, & propter noua studia uel ocia incōsuetā, diuersumq; uiuendi modū, aut cōsuetudini cōtrariū. Vt si quis luxui & segnitiei deditus cōcipiat plurimū phlegma, deinde corporis inquietudine, & animi solitudine agitet, uel inopia labore. Huic uero cōtrariū clericis & prelatis accidere solet: nam quandiu pauperes uiuunt, mente & corpore solliciti, ualde laborant, ut ampliores ecclesiarū possessiones adipiscant, post ubi exoptata beneficia sunt cōsecuti, uentri sese & ocio tradūt, plurimū dormiūt, libidinibusq; dediti ante famem & sitim crapulant, uel luxu antecapiunt. Sed ad rem redeamus. Quādo in hemitriteo phlegma cholera excellit paroxysmi febris cholericæ sunt prolixiores, & crisis tardior euenit: sed si superat cholera, abbreviat & acuit paroxysmos phlegmaticos. Sic itaque altera febris ui, altera tempore se inuicem obtundunt & deterunt. Hemitriteus igitur grauis est periculosa, maxime propter copiam &



& diuersitatem humorum, qui opprimunt membra principalia, & suffocāt ca-  
lorem naturalem, & tandem hemitritæus nisi recte curretur, est ualde proli-  
xus, & sæpe in hydropisim uel hefticam conuertitur.

*De signis hemitritæi.*

**R**oprium & maximum hemitritæi signū est, alternis diebus quibus  
paroxyfmi tertianę cholericę coniungunt cū phlegmaticis  
ægrum deterius se habere, grauius & diutius laborare, quàm in  
diebus quibus cholera quiescit, & sic tertius dies primo, & secun-  
dus quarto similis est. Aggrediunt aut̄ paroxyfmi plerūq; post uesperas cum  
frigido rigore & tremore totius corporis, & quandoq; tantūmodo pedum: &  
interdū postquàm corpus calet, iterū alget, & pulsus coartat quando insinuat  
paroxyfimus, si alterius febris, si uero rigores sine coartatione pulsuū in eodē  
paroxyfmo sæpius redeant, arguunt diuersitatem humorū, aut pugnā calido-  
rum & frigidorū: & quandoq; refugit calor naturalis in centrū, ut in syncopi,  
& quādoq; cholera putret prope cor, & phlegma extra uenas in partib. à cor-  
de remotis, & tūc eger ardet intrinsecus, & friget extrinsecus. Itē quādoq; hu-  
mores sunt ualde tenaces, & uiscosi, ut phlegma uitreū, quod difficilius calet,  
ideo paroxyfmorū calor uix ante statū per totū corpus diffundit, frigusq; &  
calor in eis diutius durat: cuius causa antequā paroxyfmi præcedentes remittā-  
tur, oriunt̄ sequentes, & sic sine quiete febriens ab alternis paroxyfimis patit̄:  
& paroxyfmi hemitritæi raro finiūt sudore, nisi forte capitis uel pectoris, uel  
ubi cholera prius digerit̄. Vbi uero prædominant̄ humores phlegmatici in-  
digesti, eger nō sudat, & propter diuersitatē humorū febris prolongat̄, & se-  
cundū illorū malitiā lædit. Possunt ergo esse mali humores & lesio in corpore  
alibi quàm ubi est sudor uel dolor: pulsus aut̄ in hemitritæo est minor, rarior,  
& tardior, quàm in cholerica, & maior, frequentior & uelocior, quàm in phle-  
gmatica. Vrina uero præ se fert turbulentā albedinē, rubore coloratā, & crudi-  
tatem quę serius digerit̄. Quin etiā uomitus, egestiones, & similia excremēta  
phlegmatica & cholerica mixta significāt hemitritæū: ex his ergo & per signa  
phlegmatis & cholere colligit̄ qui humor excellat. Verbi causa, phlegma fa-  
cit paroxyfmos longos, q̄ incipiūt cū frigore manū & pedū, & quod diutius  
durat in toto corpore, & pulsus parū coartat uel submergitur. Et paroxyfmi  
absq; integre sanitatis interuallo reuertunt̄. Vrina est alba, turbida, cruda, uel  
ad rubedinē decliuis, & phlegmatici parū sitiūt, & raro, modicū, tarde, & cū  
difficultate sudāt. Et faciūt corpus magis phlegmaticum senectus, pueritia, se-  
xus muliebris, cōplexio frigida, & regimen uitę frigidū. Cōtrā quādo chole-  
ra prædominat̄, paroxyfmi sunt breues, & incipiūt cū horripilatione, extrema-  
citius calent, & cholericus magis sitit, uberius sudat, choleram uomit, & ege-  
rit, rubet urina, & deniq; ætas, tempus, complexio, & regimen uitę plerūq;  
significant superantem humorem. Nec solum per ordinem paroxyfmorū

possumus recte cognoscere substantiam febris, sed oportet considerare alia signa: quando ergo paroxyfmi non seruant ordinem consuetum & propriū humorum, arguimus diuersitatem & mixtionem eorum. Omnino hemitriteus cum difficultate cognoscitur, presertim quando eius febres sunt continuę, & quando paroxyfmi interpolatarum simul incipiunt quotidie: quia cholericā est dupla, & tunc à sola phlegmatica non facile distinguitur. Similiter difficilis cognitionis est hectica, quę humoralī complicatur & cognoscitur: quia post paroxyfmos remanet febris quę non sentitur ab ægro, & pulsus est durus, cibus inflamat, & apparent alia signa hectica. Hemitriteus uero facilius cognoscitur, quando eius paroxyfmi in medio uel in fine alternatim consequuntur. Similiter quando phlegmatica est continua, & tertiana periodica, quę simul coniunctę faciunt ueram hemitriteum, in qua tantum cholera facit rigorem, quoniam phlegma in uenis continetur. Rursus facile cognoscitur quando febris cholericā est continua, & phlegmatica est periodica: nam his rigor est mitis, & pulsus uelox & magnus, & calor ardentior. Febres uero continuę sunt sine rigore & frigore, & prius sedatur cholericā quàm phlegmatica, uel saltem remittitur, & raro simul incipiunt, sed plerunq; cholericā per aliquos dies uel mensem præcedit.

*De remedio hemitritei.*



Hemitriteus in qua phlegma & cholera tantundem excellunt, humidis curatur, quę in caliditate & frigiditate sint temperata: sed si superat cholera, regimen ad frigidum: si phlegma, ad calidum & humidum declinet. Degat febriens in loco ubi frigus non aspiret, nec præfocet estus, nocte dormiat, & interdium uigilet, mente & corpore quiescat, & ceteras mentis occupationes seponat, & tantummodo curet ut ualeat, uescat bonis cibus, & in tempore opportuno moderate comedat, parcius sanè si febris erit breuis, uberius longa. Sed plerunq; ut diximus, hemitritei sunt longę, & idcirco indigent uberiori cibo. Et primo soluas uentrem cum clysteribus uel electuarijs lenitiuis: postea, si opus est, & sanguis abundat, phlebotomet, hora maioris quietis in primis dieb. maxime si febris est continua: sed in periodicis sunt magis necessaria digestiua, quę incidant & abstergant, sicut sirupus acetosus cum melle rosato: si uero plus phlegmatis abundaret, detur oxymel simplex uel sirupus acetosus de duabus uel tribus radicibus, cum aquis absinthij, melisse, apij uel fœniculi: & in processu continuę præbeas sirupos magis incisiuos & subtiliatiuos, sicut oxymel compositum: sed si cholera prædominatur, competit sirupus acetosus, simplex oxysacchara, sirupus de endiuiā cum melle rosato. Et diluantur cum aqua endiuię, absinthij, hydromelle. Vel hæc coctione quę à Galeno contra hemitriteum efficacissima approbatur, R. hordei manipulos tres, aque lib. 2. coquantur ad consumptionem medietatis, postea cum eius colatura coquantur leuiter piperis drag. 2. Sed Auicenna, postquam

quàm materia aliqua ex parte est digesta, & partim euacuata, ualde commendat absinthium, succum eius, & concoctionem: qui ergo non abhorrent eius amaritudinem, salubriter utantur. Vterius præbeas cōtinue magis & magis aperitiua, & in eorum cibus coquantur radices petroselini, fœniculi, uel apij, & comedant brodia cicerum rubeorum, & passulas, & capiant in mane sirupum eupatorij. Interim quotidie sponte uel clysteribus corpus euacuetur, & quaq; hebdomada soluas materiam digestam cū electuario de dactylis, catholico, uel pillulis aromaticis. Et uomitus facilis interdum confert, sed frequens debilitat stomachum: hemitriteus enim plerūq; fit ex repletione, quapropter indiget continua digestionem & frequenti euacuatione: si uero prædominatur phlegma, soluatur cū electuario indo, damasceno cathartico, benedicto, uel confectioe turbith. Sed si superat cholera, euacuetur cum electuario prunorum, solutiuo electuario succi rosarum, de psyllio, uel trochiscis de agarico aut cum rheubarbaro, hoc modo, R. rheubar. drag. i. spicæ grana quinque, aque lactis, uel aque endiuia un. 2. uini parum. cōrundatur rheubarb. & octo horas maneat infusum, & cum eo dissoluatur media uncia uel circa de solutiuis prædictis. Studeas autem summo opere conseruare stomachum sanum, & emendare eius uicia. Et post purgationem conferunt trochisci de rheubarbaro, de absinthio, de aniso, cum uino poti, uel cum sirupis: & remoueas oppilationes cū aperitiuis, & prouoca urinam & sudorem, & medere malis accidentibus cum his quæ dicemus proprijs capitibus: restaura membra principalia, & debilem uirtutem cum aromatico rosato, confectioe rosarum, electuario lactificanti, de gariophyllis, ligno aloës, confectioe odorifera, & reliquis quæ scripsimus de medicinis compositis.

## De recidiuis.

**F**ebres redeunt quando corpora non sunt recte purgata, aut propter crapulas uel malos cibos, uentos, frigus, & malum regimē. Curantur sicut earum radices, uel potius sicut phlegmaticæ, & plerūq; sunt longæ, & indigent aperitiuis, & cōfortantib. calorē naturalem: omnino sunt deteriores priorib. & cū maiori difficultate curantur.

## De febribus apostematum.

**V**amuis hæc tria genera febrium ephemera, humoralis, & hectica febres omnes complectantur, tamen quidam diuiserunt febres in eas quæ eueniunt sine apostematib. de quibus hucusq; diximus, & in febres apostematum: apostemata enim generant febres, & præcipue calida, sicut pleuresis: febres uero pestiferæ & cōtagiosæ quamuis sine apostematibus possint accidere, tamen plerunq; generat aliquod apostema. Genera autem apostematum sunt quatuor, sanguinea, cholericæ, phlegmaticæ, & melancholica: sed mera phlegmatica & melancholica non faciunt dolorem neq; febrem, nisi sint saniosa, Eiusmodi autem febres unà cum apostematibus curan

H

tur, sed indigēt frigidis & humidis, sicut febres sanguineę, & cholericę, & exi-  
gunt phlebotomiam diuersiuam, ante quartum diem, & postea euacuātia, &  
digerantur mali humores cum sirupis appropriatis, & digesti purgent. In pri-  
mis aut̄ quando apostemata incipiunt oriri & exterius tumescere, poscunt fri-  
gidare per repercussiuā, ceu oleū rosarum, & bolum armenum, sed salubriora  
sunt, & membris contusis optima, poma granata immatura, cum suis corti-  
cibus contusa, & emplastata: quę si non inuenirent recentia, coquant̄ uetera,  
uel cortices, & balaustrę in aceto, & contusa ponant̄ super membrū cōtusum,  
uel quod incipit apostemari, & retinebūt malos humores ne fluant ad aposte-  
mandum, & sedabūt quā primū dolorem: frigida enim stiptica repercutiūt  
fluentes humores, & calida resoluunt iam fluxos: quando ergo humores par-  
tim sunt fluxi & partim fluunt, admoueas frigida, stiptica, mixta cū calidis re-  
solutiuis, ceu oleum rosatū cum oleo anethino, & continue minuas paulatim  
repercussiuā, & utere magis resolutiuis, quę soluāt uel saltem maturent citius  
apostema, sicut oleum anethinū, chamomelinū, uel liliorū alborū: fortius ue-  
ro discutit urina tepida cum stuppa admota. Sed maturant apostemata empla-  
stra ex axungia, pinguedinibus, radicibus maluę, uisci, uel liliorū alborū. Un-  
guentum maturatiuum diaquilon, emplastrū ex meliloto, & unguentū hy-  
sopinū. Sed cerotū ex harmoniaco, galbano, uel bdellio quęq; durissima apo-  
stemata resoluunt, uel saltem maturat. Fertur quod manus admota suo naturali  
calore maturat apostema, si continue super ipsum maneat uel resoluunt & sedat  
dolorem. Quando uero causa antecedens sit coniuncta, hoc est, quando mali  
humores conuertunt̄ in sanie, dolores, & febres maxime crescūt, postea mi-  
tescunt facta iam sanie, & tunc nisi sponte aperiant̄, apostemata incidantur cū  
phlebotomo, & cum unguentis curentur.

## DE PESTE.



**P**ESTIS est morbus cōtagiosus & mortalis. Et dicta est  
à pascendo, nam eius uenenum nō solum pascit, sed inter-  
ficat quos arripit. Pestifer enim primus corrumpit aërem,  
& spiritus proximorum hominum inficiuntur ab illo aëre  
pestifero, & sic serpit & pascit in breui tempore totam ur-  
bem, sicut morbida facta pecus totum corrūpit ouile. Pri-  
mo autem accidit pestis ab aëre corrupto, & aër corrumpitur à malis qualita-  
tibus: unde aër nubilus, humidus, densa caligine madidus, uel pluuijs graui-  
dus, frequentibus imbris, procellis, uel tempestatibus exagitatus, aut uen-  
tis australibus concitatus, & quomodocunq; grauis, turbidus, malisq; uapori-  
bus mixtus, aut putridarum paludum, lacunarum, cadauerum uel fœtore infe-  
ctus, siue alia pestifera & uenenosa qualitate corruptus, potest esse causa pestis.

Amplius

Amplius, pestem faciunt & morbos tēpora pluuiosa, non naturalia, & querepente mutantur, quando alternis diebus pluit, aut quando eodē die tēpus sæpius mutat, & modo pluit, & modo radij solares splēdescunt, & reducūt subitam serenitatē. Nam pluuię semper plures ægritudines generāt, quā diuturna serenitas, & tēpora sicca, sed frigus facit morbos prolixos & leues & calor paucos, breues & acutos: unde in autūno sæpius pestis, & plura genera morborum accidunt, quoniā corpora nostra quæ in præcedēti æstate malis fuere fructibus repleta, & caloribus æstiuis relaxata, adueniente autūno, in quo pluuiæ & uenti maxime accidunt, subito frigore corripunt. Aiunt etiā quod significant pestē autūnales cometæ, stellæ cadentes, ignes teretes, & similes impressiones quæ accidunt in aëre. Sed in hyeme graues sunt uēti meridionales, ceu auster, qui aërem turbidum & nubilum facit. Ver autem quāuis sit naturaliter salubre, tamē frigidū & siccum, uentis australibus concitatū, significat futuram pestē in æstate, præcipue si uerni dies sunt ualde calidi, & noctes frigide: sed æstas est magis pernitiōsa, quando calor à frequētibus imbribus extinguit, aut æstus præfocatiui frequēter opprimunt à frigidis nubibus qui in media regione aëris congregant. Item ex uisceribus terrę quando q̄scaturiūt pestiferi morbi, & animalia subterranea reliquunt domicilia, aufugiunt uel moriunt: similiter accidit auibus, piscibus, & ceteris animalibus, quando elemēta quibus degunt corrūpunt. Et inter futurę pestis prodigia habentur corui, qui frequentius solito uolitant supra ciuitates, bubones, ululę, & aues funestę, quę nocturno tēpore frequentius canunt. Item uenti & aduenę ex una regiōe uel ciuitate possunt in alterā secum deferre pestem contagiosam, & corrumpere aërem, ut sepe sæpius uidemus, quod multi ex mortali peste suę familię euasi sanos inficiunt, & ipsi euadunt. Vnde facilius se præseruant à peste, qui uitant pestiferos & eorū adherentiā. Inquit Auicenna quod pestis frequentius accidit post steriles annos, & præcipue quando post penuriā sequit̄ fertilitas, nam corpora tēpore indigentię fructibus & malis cibus nutriunt, & replent̄ malis humoribus. Alij panis auiditate diu esurientes adueniente fertilitate nesciunt expleri saturitatē, & propter repletiones, pestes & alia genera morborū oriunt, sed re uera pestis contagiosa & mortalis credo quod non eueniat, nisi per uoluntatē dei ab astris, & propterea uocatur etiam epidemia. Secundū astrologos sydera in nostra corpora uim maximam habent, & solent producere pestem, coniunctiones trium superiorum magnę planetarum, eclipses luminarium, coniunctiones & oppositiones Saturni & Mercurij, & prædictorū ascendentia, siue in signis mobilibus, siue humanis uel in finibus Mercurij constituta inueniantur, præcipue, si prædictis syderibus dominantur maleuolę stellę Saturni & Martis, qui solent inferre pestem, bella & alia genera malorum regionibus, ciuitatibus, & hominibus qui habuere in suis genituris quempia locorum principalium in prædictis gradibus positū, ut uidimus in præcedenti

Iouis & Saturni coniunctione, quæ fuit Anno 1484. in uigesimoquarto gradu Scorpionis, ascendente decimo gradu leonis, cui cōiunctioni præfuit Mars supra Iouem eleuatus, qui in principio anni 1485. duxit in Italiam cum ingenti exercitu Carolum regem Gallorum, qui regem Neapolitanum bello superauit. Et scorpius signum illius magnæ coniunctionis causa fuit Morbi Gallici, qui eo tempore & regione ortus est, cum maximis ulceribus, uel sæuissimis doloribus. Sed ante annum salutis 1515. multo maiorem nouitatem decernent ille septem magnæ coniunctiones trium superiorum planetarum, quæ superiori anno 1504. uel circa fuere sub Cancro, significant enim his temporibus aëris alterationem, sterilitatem, & penuriam, bella, & maximam nouitatem Anno 1515. Extollent enim quendam potentissimum dominum, qui falsam infidelium religionem destruet, & ditioni suæ magnam orbis partem subiiciet. Sydera ergo secundum Dei uoluntatem agunt in hæc inferiora, & præparant causas intermedias, & quandoq; corrumpunt aërem & replent corpora malis humoribus, quorū causa facilius hic eminus quàm ille propior peste corripitur. Item facilius à peste inficiuntur corpora humida, malis humoribus plena, sordida, & fœtida. Hinc est quod pestis plerunq; lasciuuit in ignobiles, qui habitant in domibus & cameris fœtidis, & uestimenta sudore sordida ferunt, & qui latos poros habent, & frequenti coitu uel balneis utuntur, & qui ociosa quiete & segnitie inertes torpescunt, & diem in noctem somno conuertunt, præsertim si sunt cholericis adusti, uel sanguinei, malis humoribus pleni. Sed raro accidit pestis, qui dolores iuncturarum patiuntur, & qui habent bonos humores & synceros. Quando ergo aër est pestilens primò inficit spiritum, & inducit febrem ephemeram, mox arripit cor, cerebrum, epar, & tandem per totum corpus serpit & perimit, & quandoq; subito interficit, sed plerunq; prius corrumpit humores, accendit febrem in pestiferum apostema, quod bubonem uocant, tandem prorumpit, & speciali nomine quod in inguinibus oritur, dicitur anguina. Sub ascellis uero, ut uerbis popularibus utar, succicum à loco sumpsit denominationem, & post aures glandula, quia similis est glandi, nuncupatur. In his enim tribus locis magis pernitiōsa apostemata oriuntur, quia quando cor peste laborat, facit succicum, epar anguinam, & cerebrum glandulam: in reliquo uero corpore mala apostemata uocantur anthraces & carbunculi, & sunt minus mortiferi prædictis, tempore pestis, sed sub aëre salubri neutra illorum sunt pestifera, neq; contagiosa, & raro faciunt febrem, nisi ephemeram: sicut bubo, qui propter ulcera pedum uel mentulæ quouis tempore solet inguinibus accidere. Itaque pestis mortalis est propter corruptionem aëris & uenenosam eius qualitatem, & nō propter febris incendium, neque multitudinem humorum: & quandoq; est tam pernitiōsa & mortifera, quod sine febre & alteratione urinæ subito interimit: sed plerunq; pestiferi fiunt phrenetici & furiosi, insani moriuntur.

De signis

## De signis pestis.



**P**ebri pestifera producit diuersa accidentia & signa, secundum uenenosam qualitatem, acuitatem, & copiam humorum. Indicia ergo pestis non sunt omnino certa, neque in omnibus similia, sed uera sunt quando oriuntur apostemata in locis supradietis: & qui sic laborant, moriuntur. Et febris pestifera in principio est leuis, sicut ephemera, postea fit sicut tertiana continua, sed exterius uix percipitur, & in præcordijs ualde affligit & urit. Et urina primo & secundo die parum mutatur à naturali dispositione, quandoque tamen est aquosa & liuida uel melancholica: sed tertio & quarto die magis flauescit, deinde turbida, sicut urina alinorum mingitur, & significat insaniam & interitum. Pulsus autem in principio est paruus & frequens, sed crescit in nocte quotidie, & crescit unà cum febre: patiensq; fortiter & frequenter respirat, & uelut angusti pectoris constrictione, præ nimia anxietate laboriosissime anhelat, angit, & suspirat, pectus que propter respirationis difficultatem uel præcordiorum incendium ualde eleuatur & deprimitur. Canna pulmonis & fauces arescunt, asperitate rigent, & ualde sitiunt, flaua lingua uel superficie alba nigrescit in radice, & quandoq; tumescit, & sicut balbutiens uel blefa loquitur, uires corporis, naturales uirtutes, & eorum membra relaxantur, gustum, profus amittunt, exangues que frequenter in syncopim labuntur, atque morituri toto conatu euomunt, & displicibilem nauseam patiuntur. Alij tacite anguntur, alij flebilibus querimonijs ualde conqueruntur, & rabidæ pestis moribus in præcordijs lacerantur: & quando cor magis patitur, transmittit suos pestiferos humores corruptos sub ascellas, & generat ibi apostema: si cerebrum magis laborat, facit glandulam, sed plerunque epar primo inficitur & gignit anguinam. Et quando oriuntur huiusmodi apostemata, accidentia fiunt maiora & deteriora: quod si forte aliquando delitescerent, & accidentia non fierent leuiora, minime confidendum est, imò neque subita accidentium sedatione, nisi uera conualescentia perseveret. Iuxta illud senis Hippocratis: In subito alleuiatis non oportet credere, neque ualde uereri mala, que rationabiliter fiunt. Præterea perituri omnia excrementa continue magis fætida emittunt, ceu sudorem, urinam, anhelitum, & egestionem, præsertim post quartum diem quibus solet fluxus accidere liquidus, spumofus, fætidissimus, & partim sanguineus, ac si ex membris liquefceret. Plures somnum amittunt, & nequeunt dormire propter uapores cholericos, uenenosos, qui eleuantur ad cerebrum, & horrenda somnia formant, somnum modicum, laboriosissimum quandoque præstant, & dormientem magis fessum reddunt, & tandem phreneticos faciunt, qui uires resumunt furijs que agitati uexantur, & non possunt contineri, sed surgunt è cubiculo, insani que furiunt, & obliuiscuntur comedere, bibere, egerere, & mingere, nec sentiunt pristinum laborem, neque dolorem,

H 3

dementes que tandem, & quandoque rabidi moriuntur. Indicat autem phrenesim urina turbida, quę appellatur subiugalis. Et quando è corpore scatent pustulę rubę uel nigrę, quę à uulgaribus dicuntur papulę, similes pulicum moribus, latiores & planę, uel similes morbillis, qui quandoq; emittunt uirulentum humorem, sunt plerunque mortales. Et carbunculus, sicut ignis, membrum adurit & corpus corrumpit. In principio paruus oritur, & depressus, paulatimque crescit, & eius malitia difficile cognoscitur, & crescit ad magnitudinem uel latitudinem lupini, flauus, & circumcirca adustus, & super eum quandoq; nascuntur paruissimę ampullę, sicut milium, & flauis salubriores, sed uirides & nigri sunt magis perniciosi. Pestis deniq; plerunq; interficit inter quartum & octauum diem: qui uero nonum euadunt, pauci moriuntur. Postmodum quando aër efficitur salubris, pestis recedit, & plures sanantur.

*De regimine præseruandi se à peste.*



Erte sanum & optimum est illud consiliũ, quod qui uult se à peste præseruare, quàm cito ab ea discedat, longe profiscicatur, & tarde reuertatur, quandoquidem nihil sit tam noxium, quantum pestilens aër. Qui autem cura familiari legitima que causa coguntur morari in pestifera patria, utantur hoc saluberrimo regimine, quo facili ratione poterunt se à peste præseruare. Primum itaque, ut decet, laute & delicate uiuant, & comedant carnes laudabiles, & optimos cibos, cum bono uino odorifero; non tamen expleant saturitarem, sed ad sufficientiam, uel parcius comedant & bibant: & non nisi hora consueta, & minime bibant extra prandium & cœnam: nanq; uinum trahit cibum indigestum, & aqua impedit digestionem. Et utatur moderato exercitio, & rarissimo coitu. In uita sanę politica, & bonis moribus, quos nec desidia, neque luxuria uitiauit sanitas & uirtus consistit. Et repudientur humectantia, ceu balnea, somnus meridianus, repletio fructuum, præcipue mora, citrulli, cerasia, & omnia quę in stomacho facile corrumpuntur. Laute & nitide uiuas, sudorem & omnem sordiditatem abstergas, candida indusia, & lautas uestes induas, & easdem cum lotis & nitidis frequenter commuta. Sed potissimum declina cœtum & consuetudinem hominum, & eorum anhelitum, quo facillime pestis excipitur, & si fieri potest bene uiuas & hilari animo, & condas cibos rebus acetosis, cum agrestia, pomis granatis, uel rancidis citris, limonibus, uel maxime cum aceto, quod est contra pestem optimum intus & extra infusum uel quouis modo sumatur: manus & facies cum eo sæpe sæpius lauetur, & spongia aceto imbibita & manibus delata frequenter odoretur. Amplius, condantur cibi cum speciebus aromaticis, quę plurimum conferunt, maxime hæ, R. cinnamomi unciam mediam, coriandorũ preparatorũ drag. i. grana sedecim gariophylorum, cardamomi, nucis muscatę añ, scrup. 2. grana quinque corallalorũ rub. drag.



drag. mediam radicum tormentille, dictamni, sandalorum omnium, rasuræ eb oris añ. grana sedecim, croci scrup. medium, terantur, utere. Sed si cum carnè appeteres uiridem saporem, conficias ipsum cum petroselino, acetosa, serpyllo, basilicone, maiorana, aceto, & modico sale. Et pulli optime sapiunt, si hoc modo coquantur, primo elixentur, deinde membratim incisi in patella cum lardo subrigentur, postea immergantur in lacte amygdalarum extracto cum agresta, & super aspergantur prædictæ species, aut zingiber, piper, gariophyli, suaues odores, & redolentia omnia, quæ manibus gestantur, ut laudanum, pomum ex eo, & laudanum pretiosum: quorum compositionem scripsimus in medicinis compositis. Et in æstate redoleat, & suauius odoribus aspiret domus, strata rosis, floribus, citris, limonibus, & similibus. Sed hyeme suffumiga cum thure, iunipero, resina pini, corticibus mali apij, & similibus. Vel, R. thuris dragmam unam, corticum citri, melissæ añ. scrupulos duos, ligni aloës, storacis, calami aromatici, muscatæ añ. dragmam mediam, laudani dragmas tres, fiant trochisci, & quando libet, accendantur. Ignis quoque propellit pestem, ut Tales Milesius philosophus sapientissimus docuit, qui rectificauit pestilentem aërem cum maximis ignibus, passim per urbem accensis. Et sicut boni & suaues odores non minus delectant quàm prosint, sic omnia foetida nocent, quia cor & spiritum lædunt. Et secundum Galenum dolor & foetor ualde prosternunt uires, & debilitant uirtutem. Sed ne in multis morer, nihil est quod tutius præseruet hominem à peste quàm pillulæ communes bis in hebdomada sumptæ in pondere dragmæ mediæ, uel alternis diebus scrupulum unum, & mane uel sero quando libet fumantur. Præterea sunt quædam simplicia, quæ ex innata proprietate præseruant homines à peste, sicut bolus armenus, herba acetosa, dictamnus, tormentilla, & cortex citri. Sumatur autem bolus armenus in quantitate dragmæ unius cum aqua rosata, & modico aceto, & radices tormentillæ in umbra exiccate scrupulos duos cum aqua acetosæ & dictamni scrupulum unum cum aqua rosata & modico aceto quotidie sumatur, stomacho ieiuno: cætera ad libitum capiuntur, sicut acetosa, cortex citri, poma granata, & pimpinella, quæ præseruant homines à peste. Item tutatur à peste theriacæ dragma una & media, uel circa, cum uino dissoluta, si bis in hebdomada ieiuno stomacho capiatur.

*Pillularum pestilentialium usus.*

*De remedio pestis.*

**H**ebribus pestiferis phlebotomia propere occurratur, quoniã si qua spes superest, in ea consistit, & quàm cito facienda est, quoniam humores sunt furiosi. Et phlebotomet uena cõmunis, antequàm oriatur apostema: nam post ortum eius aperienda est uena cui correspondet: uerbi gratia, si apostema exiuit post aures, phlebotometur cephalica: sub alis, basilica, in inguinibus saphena eiusdem pedis; nam pestiferi humores sunt

euacuandi quàm cito ea parte qua sunt magis propensi: priusquam per reliquum corpus serpant: & caue ne per præcordia trahantur, nec aliò diuertantur, sed secunda phlebotomia fiat diuersiua ex opposito, ne sanguis integer undique fluat ad locum pestiferum. Et phlebotomia sit uberior, & usq; ad syncopim, quoniam spiritus & sanguis à peste facillime corrumpuntur, & semper præmittatur clystere, maxime stipticis. Et quotidie pestifer mane & sero sumat sirupum de acetositate citri, uel sirupum de succo herbæ acetosæ, aut sirupum de granatis dilutis cum aqua rosata, acetosæ, uel buglossæ. Et fiant quotidie clystera lenitiua, & quando opus est euacuentur mali humores cum medicinis solutiuis, & maxime cum rheubarbaro. R. rheubarbari drag. unā, aquæ lactis uel endiuixæ unciā unā & mediā, uini unciā mediā, spicæ grana quinq; post infusionem octo horarum exprimatur, & cum colatura dissoluatur diaprunis solutiui drag. mediā, uel tantundem diaphœniconis uel electuarij succi rosarum, fiat potus, & frigidus sumatur: nam pestis actu & potentia frigidis curatur. Rursum quotidie cum sirupis uel aqua rosata capiat boli armeni drag. unā, aut diptami drag. unā, uel tormentillæ scrup. duos, siue drag. unā harum specierum, quæ mirifice pestiferis morbis medentur, R. boli armeni drag. tres, seminis acetosæ, seminis & corticis citri añ. drag. duas & mediā, zedoariæ drag. duas, diptami, tormentillæ, limaturæ eboris añ. drag. unā, ossis de corde cerui, cinnamomi, margaritarum añ. drag. mediā, lapidum preciosorum, scilicet hyacinthi, smaragdi, rubini, & sapphiri añ. scrup. unum, terantur & propinātur cum modico uino uel alio liquore, aut fiat electuarium cum conseruis cordialibus, & ad libitum sumantur. Item cōfert theriaca & mithridatum, si febris est leuis, sed ardentem refrigerant trochisci de camfora cum aqua acetosæ. Item optimum est hoc, R. boli armeni drag. duas, tormentillæ drag. unā, diptami drag. mediā, quatuor saccharorum cordialium añ. unciā mediā, & si libet adde theriacæ uel mithridati unciā unā, & erit salubrius. Amplius, pestis præter naturam acutorum morborum exigit frequentiore & uberiore cibum, maxime propter syncopes quæ solent accidere. Comedant ergo pestiferi mane & sero carnes laudabiles, & recentes, iuscula panis, lac amygdalarum cum his quæ diximus condita: & interdiu frequenter assumāt tragema, massapanem, uel quod sibi magis proficuum appetunt. Inquit enim Auicenna, quod qui plus comedunt, facilius à peste liberantur, & syncopim uitant. Bibant autem ex hoc iuleb, R. aquæ acetosæ libram unā, uini granatorum uncias quatuor, sacchari uncias quatuor, clarificetur & aromatizetur cum cinnamomo uel sandalidis. Item contra pestem ualet electuarium salutiferum, & electuarium ex citropostemata autem siue bubones pestiferos nusquam repercutias cū frigidis stipticis, sed quàm citius poteris admoueas sanguisugas, quæ pestiferum sanguinem extrahant, aut super ipsum apponas dimidium cepæ coctum super cinerem

etiam dicitur theriaca uis  
 ma. Caliditas hinc adhibetur  
 regnum cereo. Illius  
 dicitur morbis, quæ ex  
 uentibus in principio  
 uentibus ad hunc modum  
 adhibent & perueniunt.

**P**er hoc electuarium  
 uentibus uentibus  
 uentibus uentibus  
 uentibus uentibus

etiam dicitur theriaca uis  
 ma. Caliditas hinc adhibetur  
 regnum cereo. Illius  
 dicitur morbis, quæ ex  
 uentibus in principio  
 uentibus ad hunc modum  
 adhibent & perueniunt.  
 etiam dicitur theriaca uis  
 ma. Caliditas hinc adhibetur  
 regnum cereo. Illius  
 dicitur morbis, quæ ex  
 uentibus in principio  
 uentibus ad hunc modum  
 adhibent & perueniunt.  
 etiam dicitur theriaca uis  
 ma. Caliditas hinc adhibetur  
 regnum cereo. Illius  
 dicitur morbis, quæ ex  
 uentibus in principio  
 uentibus ad hunc modum  
 adhibent & perueniunt.

cinerem calidum cum theriacæ uncia dimidia, & quotidie cum recenti mutetur. Carbunculi uero siue anthraces comburantur cum ferro ignito, aut cera ignita ex ardenti cereo stillata, aut cum calce uiua, & sapone uel cantharidibus, aut cum ruptorijs, quæ explicauimus, in medicinis compositis. Et non dimittatur pestifer in principio dormire, ne uenenum euocetur ad centrum; omnino debet ad sufficientiam uel modicum parcius dormire, ne longæ uigiliae debilitent & perimant ægrum,

## De pleuresi.



Leuresis dicta est à pleura, quod est costa: & propterea Bononienses pleuresim uocant malum costarum: & Amerini puncturam à dolore pungente. Est autem pleuresis apostema pectoris, quod potest in totius pectoris partibus oriri. Et leuior est & facilius curatur, quæ cuti & costis interiacet, uel in illa carne intermedia: grauior uero & magis periculosa est quæ nascitur in concauo uelamine pectoris, siue in tunicis & panniculis costis inuolutis: sed omnium pessima & lethalis est pleuresis, quæ gignitur in diaphragmate, quod segregat membra spiritualia, ppter colligantiam quâ habet cū cerebro: nam neruus quo diaphragma cōtectum est, porrigitur ad cerebrum à quo oritur. Costæ autem & ossa rarissime apostemantur. Humor uero quo gignitur pleuresis est calidus, subtilis, acutus, sanguineus, uel cholericus, quoniam non penetrant in membra neruosa & dura, nisi humores acuti, & maxime cholericus: & idcirco febris pleuretica plerunque est tertiana continua. At sanguis syncerus raro facit pleuresim, rarius phlegma, rarissime melancholia, nisi sint putrida, adusta, uel cholera mixta. Vnde phlegmatici, & qui sunt complexionis frigidæ, & maxime qui solent acetosum ructare, raro uel nunquam pleuresi laborant: nec qui habent lubricam aluum, ut testis est Hippocrates: phlegma enim facit apostema molle, & melancholia durum, & utrūq; est sine dolore & febre, nisi sit putridum uel faniosum: & cum difficultate & tarditate maturatur. Ventositas uero facit pleuresim mendosam: sed uera pleuresis facit febrem & acutum dolorem, quem pungitium appellant, & discutitur uel resoluitur infra quindecim dies: si uero sanie concipit, ante tres hebdomadas in breui rumpitur & purgatur: sed ratione frigidorum humorum serius maturaretur, digesta autem sanie, sponte uel ui medicamentorum aperiatur, post apertionem uero & rupturam solet pleuresis infra uiginti dies uel saltem quadraginta à sanie mundari & consolidari. Aut post duos menses conuertitur in peripneumoniam uel phthisim: æque malū est, si pleuresis præcociter disrumpit ante maturationē ppter acuitatē, uel copiā humorū, aut propter laboriosam agitationē, tussim, uomitū, caesum, uel uim medicinarū. Sed plerunq; pleuresis uarijs & diuersis modis, duce natura, uel prudētia medici, ante quindecim dies resoluit: quādoq; enim cū uaporatorijs uel spōte insensibiliter discutit, aut sanguis ille cholericus ex nari

bus fluit, uel phlebotomia extrahitur, sed plerunque materia illa expuitur. Interdum euomitur, & quandoq; pleuritidis humores per concauam uenam labuntur in uessicam, & minguntur, & quãdoq; fluunt in uiscera, & fluxu egeruntur: interdũ in pulmone colliguntur, & faciunt peripneumoniã, & phthisim: interdum petunt cerebrum, & phrenesim faciunt: & quãdoq; in alia egritudinum genera pleurelis permutatur, sed raro. Amplius, quandoq; eius accidentia sunt ualde molesta & graua, sicut dolor pectoris, & frequens tussis, aspera, & cum difficultate expuendi. Vnde quanto difficilius pleureticus expuit, tanto magis laborat. Materia enim in thorace retenta, auget febrem, cõstrictionem anhelitus, murmur asmaticum & catarrhale, & dolorem, suffocat spiritum, & eripit somnum. Deniq; grauis est pulmõni & cordi, & excitat tanto maiorem tussim quanto copiosior est materia, & magis uiscosa, uel diutius moratur in thorace, & quandoq; facit syncopim, & mortis terrorem minatur, & interdum strangulat. Ad summum, tussis difficilis, & impotentia expuendi facit pleuresim mortalem: nam significat debilitatem uirtutis expulsiuæ, & caloris naturalis, tenacemq; uiscositatem, & copiam humorum, aut humores nimis subtiles & acutos, uel arentem siccitatem, & quandoq; impeditur sputum ab alia ægritudine, quæ est in faucibus, pulmone, & organis anhelitus. Materia etiam retenta claudit meatus per quos anhelitus fumosos cordis uapores educit, quapropter cor laboriose respirat, & parum refrigeratur, sed æstuat, & continue magis laborat, febris augetur, siccitas & asperitas pectoris & difficultas expuendi crescit. Pleurelis autem & peripneumonia deterior est in latere sinistro quàm dextro, quia est magis propinqua cordi: sed quæ in latere dextro oritur, est salubrior: uerum aliquãto serius curatur, quoniam à fonte caloris magis distat. Causa autem antecedens pleuritidis est humor sanguineus uel cholericus, acutus & malus, qui fluit à capite uel à reliquo corpore, & congregatur in loco magis debili. Causa uero primitiua est alijs febribus communis, uidelicet frigus, quod calidum corpus ex abrupto excipit & oppilat: sed mali humores generantur ex repletionem malorum ciborum, uel paulatim in corpore congregatur. Quando ergo corpora sunt malis humoribus plena, & ex labore & exercitio calida statim uentos uel frigidam aquã excipiunt, aut in loco frigido & humido subito refrigerantur, facile ægrotant, & ideo in æstate & autumno plures accidunt pleureses, & in uere quando pluiuæ abundant, uel uenti plurimum perflant. Item mulieres, quæ mensibus singulis mensibus purgantur uel lactant, & pueri & senes propter frigidam eorum complexionem, raro corripiuntur pleuresi: sed pueri euadunt, senes uero propter causam ualde contrariam eorum complexionem, & mulieres grauidæ, facilius moriuntur.



Vinq; sunt certiora signa pleuritidis.

*De signis pleuritidis.*

Primum quidem est febris continua, ex eo quia apostema est cordi propinquum.

propinquum. Alterum est dolor acutus, materia enim non nisi ob acuitatem penetrat in duros panniculos & uelamina, & ideo mordicat & pungit: quandoq; tamen dolor solum percipitur in respiratione & tussi, propter copiam materię, quę non facit dolorem acutū, sed grauem, & pondere præmit. Et quandoq; dolor in femora descēdit, & interdum propter colligantiam neruorum ascendit in humerum, & de eius dolore pleuriticis sæpe conqueruntur. Item, si dolor solum sentitur in attractione, materia est in musculis, qui dilatantur: si in respiratione est in his qui constringuntur, & dolor pleuritidis non est pulsatiuus, quia ibi non sunt arterię. Tertiū genus signorum est, constrictio anhelitus, qui coartatur propter materiā claudentem meatus per quos spirat, & propter eorum angustiam & necessitatem euentandi fit frequentior. Quartū, est pulsus ferrinus, similis ferrę, durus, inæqualis, & asper: quia apostema est in membris siccis & neruosis, & quandoq; uariatur, & à suo ordine egredit, maxime in augmento & statu ob copiam materiei, cordis compassionem, uel debilitatem uirtutis. Quintum signum est tussis, quę in principio plerunq; est sicca ob asperitatem gutturis & pulmonis, & indigestionem materię, quę secundum quod citò uel tarde digeritur, facile uel difficile expuitur. Sputum autē debet esse album, leue, equale, maturum, & facile: sed in principio pleuritidis melius est aliquantulum rubrum uel flauum, proximum ijs spumosum, rotundū: si uero in principio est ualde rubeum uel fuluum, est deterius. At uiscosum difficile est & malum, præsertim in augmento & statu, & nigrum est mortale: similiter uirulentum, faniosum, & fœtidum: quod à phlegmatico discernitur, quia sanies in aquam proiecta descendit, & phlegma natat. Rursum sanies super ignem posita fœtet, & non phlegma. Saliua & fauces falsę significant catarrhum corrosiuum, & quandoq; sine falsedine percipitur descensus catarrhi, qui ulcerat pulmonē. Quādo pleuresis in diaphragmate oritur dolor thoracem uersus declinat, & facit accidentia acuta & seua, somnū eripit, & sæpius per neruos repit ad caput, apostemat cerebrum, & peruertit mentem & rationem. Et illi qui sic laborant non percipiunt dolorem pectoris, neq; etiam aliorum membrorum. Quādo uero dolor circa furculam pectoris sentitur, pleuresis est in concauo pectoris uelamine orta, & minime pulsat. Si quando terga ceu uerberibus cęsa, dolent, & uentosis cruentis non sedatur eorum dolor, sæpe significant mortem. Pleuresis mendosa parum dolet, & leuibus accidentibus associatur, & fit propter uentositatem uel modicam materiā, quę inter cutem & costas latitat: & sæpe accidit dolor in pectore & lateribus propter plurimum potum: pleuresis autem non cognoscitur ex urina, sed fit rubea propter febris ardorem. Discernitur autem apostema epatis & pulmonis à pleuresi, quia apostema epatis facit pulsum undosum, tussiculam paruam & siccam sine sputis, faciem pallidam, flauam, fœdam, linguam croceam uel nigram. Urinam crassam, densam, & rubram, similem hydropisii, &

egeſtiones ſunt fluidæ, ſanguineæ, epaticæ, & dolor eſt grauis, & ponderoſus in latere dextro, qui non percipitur tactu, niſi ſit apoſtoma in conuexa epatis gibboſitate, & anhelitus parum cõſtringitur, & minus uariatur. Peripneumonia etiam facit pulſum undoſum, quia apoſtoma eſt in membro molli, & decernit grauem dolorem & ponderoſum, ſed anhelitus eſt calidior, & fortius cõſtringitur & ſuffocatur.

*De medela pleureſis.*



Leureſi medentur humida, lenitiua, & moderate frigida, & degat æger in ſublumi à terra cubile, & in camera ſicca, amœna, in qua nec uentus, nec frigus aſpiret: & ſi poteſt tantum dormiat quantum ſat erat ſibi ſano, ſeponat omnem animi ſolicitudinem & timorem, & pro poſſe quieſcat. Quotidie minus comedat uſq; ad ſeptimũ diem, & ab illo uſq; ad quintumdecimum uictus tantumdem creſcat, & moderate uel parcius bibat, abſtineat ab uberiori potu, carne, uino, ouis, & quæ generant multum ſanguinem, & uitet cibos calidos & ſiccos, qui faciunt humores cholericos, acutos, & ueſcatur cibus facilis digeſtionis, qui ſint tenues, lenitiui, & abſterſiui, ceu iuſcula hordei uel farris condita cum penidijs, ſaccharo, uel lacte amygdalarum, & interponantur interdum ſi ſapiunt blitum & borigines, & condantur cibi cum modico croco, quoniam facilitat anhelitum, & eius malitiam corrigit. Comedat etiam paſſulas amygdalinas, carycas, butyrum recens, ſaccharum, trageam, maſſapanem, ſaccharum uiolatum, ſauniã, poma granata dulcia, ſed acria, & cibi omnes acetofi nocent tuffi. Et pro potu utantur pleuretici aqua hordei, quæ ſic fit, R. hordei lib. i. quod à corticibus excorticetur cum panno aſpero, in aqua frigida parum per coctum, alternisq; uicibus in feruida aqua abluatur, & cum panno aſpero fortiter excutiatur, deinde excorticatum modicum coquatur in lib. 8. aquæ, & hæc prima cõcoctio abijciatur, poſtea iterum cum lib. 16. aquæ coquatur, & leuiter bulliat, uſq; ad conſumptionem medietatis: hæc enim eſt illa aqua hordei quæ plurimũ à medicis in febribus cõmendatur, & quæ febris ſedat ardorem, ſitum mitigat, præcordia & uiſcera humectat, aluum lubricam facit, lenit aſperitates, & ſputum facilitat, præſertim ſi tepida cum modico ſaccharo hauriatur. Aut bibant cõcoctiones pectorales, quæ contra tuffim & pleureſim ſunt efficaciſſimæ, & plurimum ualent & fiunt cum uiolis, capillo ueneris, daçtylis, recentibus carycis, iuiubis, paſſulis, liquiritia, hordeo, ſcœnugræco, hyſſopo, & melle. Sed hyſſopus & mel ſunt nimis calida pleureſi, & frigidius quod ei competit eſt cucumer, & ſirupus ex eius ſucco & ſaccharo confectus, aut bibat iuleb uiolatum, cum aqua cocta dilutum. Inſtituto autem uitæ regimine exoneretur aluus, cū clyſtere uel cū aliquo electuario lenitiuo, & fiat phlebotomia diuerſiua quàm citius poteris, uel ſaltem ante quartum diem, ex latere oppoſito dolori, ex uena baſilica uel cõmuni, & reiteretur phlebotomia ex eadem uena in ſero uel mane

*Quoniam modo confici debeat aqua hordei.*

mane sequenti, & post quartū ægritudinis diē phlebotomet uena altera basili-  
ca uel cōmunis, scilicet alterius lateris dolorē uersus, & ex eadem uena mane  
uel sero sanguis iterū mittatur: quia præsumēdum est quod post quartū diem  
materia fluxerit ad locum pleuresis. & qualibet uice circiter libram mediā san-  
guinis extrahatur, & plus & minus secundum abundantiam sanguinis & for-  
titudinem uirtutis. Interim digeras materiam, & quolibet mane in aurora præ-  
beas tepidum sirupum uiolatum uel iuiubinum, & post duas horas ieiuno sto-  
macho fiat clystere lenitiuum ex concoctione foliorum uiolarum, bliti, malug-  
mercurialis, uel succo bliti, oleo uiolato, uel melle uiolato: in statu autē & pro-  
pe ipsum, cibi & sirupi sint magis abstergendi: digeratur ergo materia cum siru-  
po de liquiritia, de succo granatorum dulcium, uel cum melle uiolato, aut si-  
rupo acetoso mellino, R. sacchari lib. .i. aquæ unc. 8. aceti unc. 4. mellis un. 3.  
qui quidem sirupus à Galeno & Mesue ad extinguendam febrem & sitim, ad  
digerendam materiā, & ad sedandam pleuresim ualde commēdatur: Sed mel  
& acetum utrunq; suspectum est in pleuresi calida, quoniā facit humores acu-  
tos, & acetum nocet apostematibus: huiusmodi ergo sirupus non conuenit ni-  
si in pleuresi phlegmatica & materia uiscosa. Digesta autem materia purge-  
tur cum cassiæ medulla, uel diamanna aut electuario lenitiuo, aut cum his trochi-  
scis pectoralibus solutiuis, R. uiolatum drag. .i. liquiritiæ, mannæ, agarici, tur-  
bith, diagridij añ. drag. s. zingiberis scrup. s. fiant trochisci cum mucilage  
psyllij, qui lenient asperitatē, sedabunt dolorem pectoris, dilatant meatus an-  
helitus, abstergunt uiscosa pectoris excrementa, & purgant intestina, sed salu-  
briores erunt si addantur quatuor seminum cōmunium frigidorum, scilicet  
seminis melonis, citrulli, cucumeris & cucurbitæ añ. drag. s. gummi arabici,  
draganti añ. scrup. 2. semper autem caueas fortia solutiua, & utere diagridio  
in minori quantitate quàm in alijs ægritudinibus, sed medicinæ solutiuæ sunt  
tutiores & magis salubres in principio declinatiōis: antea uero quotidie fiant  
clystera. Item quotidie ante quartum diem administra repercussiuā frigida, et  
modicum stiptica, quæ muniant & cōfortent pectus, & ab eo repellant malos  
humores. Ad id quidem utiles habentur lentes, quæ primo cum aqua calida  
lotæ coquantur cum aceto, & contusæ super pleuresim ponantur. Aut admo-  
ueatur emplastrū fabarum & rosarum, quæ sint cum aceto coctæ, uel coquan-  
tur rosæ, balauistiū, camomilla, uel scenogrecum cum aceto, & in eorum ferui-  
da concoctione imbuatur spongia magna, quæ fortiter exprimatur & calida  
super dolorē adaptetur, interposito lini panno tenui & attrito, ut caro minus  
madescat, & cum frigescet spongia, sepius calida reiteretur, & permutetur pā-  
nus qua nō sit madidus. Itidem potest fieri cum bouis uellica semiplena prædi-  
cta concoctione. Amplius, continuentur eiusmodi fomenta post quartum di-  
em cum rebus magis resolutiuis, et primo cum aqua simplici calida, postea cū  
aqua falsa uel marina, quæ est magis resolutiua, aut concoctione comomillæ,

anethi, fœnogræci, seminis lini, parentarię, & maluæ cum suis radicibus lotis. Huiusmodi autem fomenta tam in augmento, quàm in statu plurimū iuuat: nam faciunt sputum, mitigant dolorem, discutiunt pleuresim, uel saltem citius maturent. Sed à fomentis desistendum esse moneo, quādo cum eis dolor cresceret, quod accidere solet propter copiam materiæ, quę minuenda est per phlebotomiam, si dolor furculam uersus ascendit, si uero descendit cum clysteribus. Sacculi uero calidi milij, salis, uel lateres & lapides molares calidi ad motu conferunt uentositati & pleuresi mendose, sed ueram plus ledere quàm iuuare solent. Quādo autem exequeris prædicta fomenta, & ab eis alternis uicibus desistis, linias pectus, maxime in nocte cum oleo uiolato, amygdalarum dulcium, butyro recenti, pinguedinibus anatis uel gallinę, hyssopo humida, unguento uiolato, & unguentis pectoralibus, quę dicemus in medicinis compositis. Si uero materia esset phlegmatica, ungas pectus cum oleo liliorum alborum, uel ireos aut dialthea. Interim cōtinue ab initio usq; in finem studeas facilitare sputum, & lenire guttur cum tepida aqua, & modico saccharo uel penidijs, pota faunia uel saccharo uiolato. Aut continue lambet diadragantū, uel electuarium lambendum ex butyro, uel pillulas lambiles, electuarium ex amygdalis, uel electuarium sanum, maxime si materia est æqualiter phlegmatica, uiscosa. Et plura ad idem inuenies in libro de medicinis compositis. Conferunt etiam pleuresi, & sedant tussim & sitim hi trochisci, R. uiolarum, succi liquiritię añ. drag. 5. amyli, draganti, seminis altheæ, citoniorū, portulacæ, feniculi añ. drag. 1. s. camfore grana 4. cōficiantur cum mucilagine psyllij. Vel R. uiolarum, draganti, anisi, succi liquiritię, seminum citoniorū, melonis, cucurbitę, cucumeris, citrulli, seminis maluæ, meliloti añ. drag. 1. fiant trochisci cum mucilagine seminum citoniorum, & sumantur cum sirupis uel cōcoctione pectorali, in quantitate duorum scrupulorum, uel drag. 1. Aut ex eis & saccharo fiat cōfectio solida, uel cum penidijs, & sirupo uiolato electuarium. Si uero materia esset ualde calida, acuta, & febris intolerabilis, ægerq; continue maiori inquietudine uexaretur, & non posset dormire, uel phrenesis immineret, da sirupum papaueris cum aqua cucumeris, uel endiuie, sed aqua cucurbitæ nocet præfocationi, & lactuca facit crassos humores, & omnia quę excedūt secundum gradum frigiditatis impediunt digestionem & sputum. Phlebotomia præseruat à phrenesi præcipue ex saphena ad diuertendum, & ex cephalica ad euacuandū. Et minus dolet accubitus super latus infirmum, quàm super alterum sanum. Quod si non dolor remittitur inter septimum & quartum decimum diem, admoueat uentosa cum incisione uel sine super locū doloris, quæ resoluet collectos humores & pleuresim, si reliquū corpus est bene purgatum: si uero resolutio quam studiose exquiris nō eueniat, prosequere illa remedia quę salubriora uident, dummodo sint magis abstersiuia, resolutiua, aperitiua, & lenitiua, & digeris materiam cum sirupo deliquiritia uel hyssopo, & lambat



lambat electuariū sanum, inungat pectus cum oleo liliorum alborū, uel oleo ireos: & fomenta quæ diximus fiant cum rebus magis resolutiuis. Sed si pleurefis ante quartumdecimū diem non resoluit, saniem concipiet, & crescit febris dolor, & tuffis, quando maturat apostema. Postea remittunt, nisi pleureticus propter debilitatem moriatur. Prosequatur ergo curam cū lenitiuis & resolutiuis temperatis, quæ præcociter maturent, sicut cōcoctio carycarum, dactylorum, fœnogræci, passularum, liquiritiæ, hordei, radicū liliorum & mellis, & fiant fomenta cū eadem cōcoctione, & ungat pectus cum hoc linimento, quod resoluit, mitigat, uel citius maturat, R. mucilaginis radicū maluæ, maluauischi añ. unc. 1. farinæ fœnogræci, hordei, seminis lini añ. unc. s. seminis citoniorum drag. 2. butyri loti unc. 1. ceræ parū, olei antiqui quod sufficit. Solet aut maturari apostema pleureticū ante uigesimū primū diem, quod colligitur ex mitigatione febris & doloris, & frangit & rumpit quando est maturum excreationis conamine, uel tuffi, aut subita reuolutione de latere ægro super alterū, uel uomitu qui fortius rumpit. Seu comedat panem ualde fermentatum, uel modicū fermentū cum melle cōfectum, quod summo opere rumpit apostema: sed fortius est sal harmoniacū, maxime sic cū fermēto & melle conditū sumatur. Aut sal nitrū cū sinapi, fimo columbino, & adipe mixto extrinsecus emplastret. Comedat aut brodium cicerū, carycas, grana pini, passulas, amygdalas dulces & amaras, quæ tunc satis conferunt, & uescatur carne & bonis cibis restauratiuis, ne debilitet. Panis uero non fermentatus generat uiscosos humores. Disrupto autem apostemate, abstergat cum aqua mellis uel cōcoctione hyssopi, hordei, & mellis, & lambat electuarium sanum, uel electuaria ex pino, aut diapenidion, & consolidet cum thure, mastiche, gummi arabico, & draganto: quod si ante triginta uel quadraginta dies non consolidat, in phthisim cōuertit. Electuariū digestiuum quod extrahit è pectore excrementa saniosa & uiscosa, R. un. myrrhæ, cinnamomi, amomi, granorū pini, ireos, turbith, croci, boli armeni, añ. unc. s. spicæ, cassiæ fistulæ, dactylorū añ. drag. 3. costi drag. 2. galbani scrup. 2. mellis quod sufficit. Ad idem ualet electuarium ex serpyllo. Ea enim medicamenta debet esse tribus uirtutibus prædita primò, abstersiua ut mel, secundo cōfortent & iuuent membrū debilius, ut hyssopus, & pulmo uulpis pectori & pulmōni, spica & amygdalæ amaræ epati & uisū urinæ, sed mastiche & corallus profunt stomacho & intestinis. Tertio, miscendum est aliquid quod dirigat medicamenta, quod opus est uel euacuent materiam, qua natura est magis propensa, sicut ireos, & semē urticæ, quæ expuere faciunt saniem, sed fœniculus, anisum, apiū, asparagus, petroselinum, pastinaca, eorū concoctiones, & brodiū cicerum purgat excrementa per urinam, carthamus uero & sal nitrū cū electuarijs solutiuis mixtū expellūt saniem per intestina. Sed omnium optima quæ has proprietates cōplectunt, sunt brodium ueteris galli, mel, liquiritia, capillus ueneris, hyssopus, cassia fistula, & manna.

Sed Galenus medebat pleuresi & peripneumonię post apertionē hoc electuario, quod putridum phlegma & saniem pectoris expuere facit, R. amygdalarum dulciū & amaranū, granorū pini, seminis urticę, farine lupinorū añ. unc. s. condant cum melle rosato, & adde penidiorū un. i. ut sit magis delectabile. Mesue ualde commendat electuarium Archigenis, sed est opiatum. Deniq; si pleureticus cum his non sanabitur, fiet phthisicus, post duos menses purgetur, ergo nutriat & curet cū saccharo rosato, lacte recēti bullito, & balneis & rebus humectantibus absteruis & cōsolidatiuis: & maxime cū electuario ex pulmone uulpis, & electuario ex semine citoniorum, uel electuario pectorali.

*De malis que accidunt febribus, & primo de fluxu.*



**Q**uāmplura in reliquo corpore apostemata nascuntur que febrem accendunt, sed solum de pleuresi scripsimus, quia sepius euenit. Periculosa quidem est, & pauci ab ea absq; auxilio medici euadunt, eadem ratione de fluxibus diffusius quā de alijs accidentibus exequar. Itaq; de febribus, pleuritide, & fluxibus ad scribendū potissimū appuli, quia sunt grauissima mala, quibus plurimi corripuntur, & in quibus plerūq; ars medica plus quā in alijs egritudinibus ualet. Fluxus autem sortitur nomen à membro à quo deriuat: unde fluxus cerebralis dicitur à cerebro, stomachicus siue diarius à stomacho, epaticus ab epate, splenicus à splene, intestinalis ab intestinis, & excoriatiuus seu dysenteria ab excoriatione intestinorū appellat. Causa materialis & coniuncta ipsius fluxus est nutrimentū & mali humores, q̄ ante digestionem fluunt ex stomacho & uisceribus, & precociter egerunt. Causas autē antecedentes & primitiuas, que corrumpunt humores, & debilitāt uirtutem retentiuam, diligenti inquisitione perscrutabimur. Primū uero fluxus esse nō potest sine infirmitate uel uiolentia uirtutis cōtentiue; nā si stomachus & intestina retinerent nutrimenta quousq; digerent, non fieret fluxus. Debilitat autē uirtus retentiua à morbis, & precipue longis, à cibis lubricis uel acutis, à rebus solutiuis & uenenosis, ab humoribus uirulentis, falsis, & cholericis, acutis, & maxime à frigore & nimio calore. Violatur uero uirtus contentiua, superatur & debilitatur à multitudine, grauitate, uel malicia ciborum & humorum: sed congregantur mali humores & nutrimenta in corpore, aut propter copiam ciborum, uel defectum uirtutis digestiue, uel debilitatem uirtutis expulsiue: nam nutrimenta quę non digeruntur neq; expelluntur, congregantur in corpore, & corrumpuntur, & sunt grauia stomacho, & intestinis, & uirtus cōtentiua ab eis superatur & debilitatur: & quandoq; uirtus expulsiua est potētior, & superat contentiuam, & facit fluxum: qui si fuerit creticus, & uirtus uitalis potens, utiq; uirtus contentiua modicum debilitatur, & fluxus in breui sponte sedatur, & eger ex eo sentit leuamen, & conualescit: ut accidit in colica passione, in qua superatur & debilitatur uirtus retentiua ex copia uel malicia humorum, & à fortitudine uirtutis expulsiue. In ea enim quando uirtus expulsiua est

ualida,

ualida, omnem malorum humorum copiam digestorum & indigestorū per uomitum pariter & secessum eijcit. Fluxus cerebialis fit ex catarrho à debili cerebro genito, qui per stomachum in uiscera fluit, & corrumpit nutrimenta, quæ secum per secessum educit. Catarrhus autem quandoq; est phlegmaticus, quandoq; cholericus, falsus, acutus, uirulentus, ulceratiuus uel lubricus. Et fluxus catarrhalis non semper proficiscitur à capite, sed aliunde potest emanare ex fistulis & apostematibus intrinsecis: nam quādoq; ante eorum maturationem fluit humor uirulentus, & post apertionem sanies, quæ faciunt fluxum. Febres quoq; sanguineæ, cholericæ, phlegmaticæ, & maxime hecticæ, & complexionēs malę, accidentales, & ulcera intrinseca, quandoq; generant malos humores, acutos, pestiferos, uel uenenosos, qui faciūt fluxum, & quandoq; excoriant & ulcerant intestina. Fluxus stomachicus seu diaria causatur à debilitate retentiuæ, digestiuæ, & caloris naturalis, cui in principio summo studio & diligenti cura resistendum est: nam inueteratus efficitur incurabilis, & quandoq; conuertitur in hydropisim. In hūc autem fluxum stomachicum solent incidere balbutientes, qui nesciunt proferre r literam, & qui habent complexionem ualde humidam & frigidam. Fluxus epaticus & splenicus uel generantur à nimio calore, qui adurit humores, uel à nimio frigore, quod est causa phlegmatis & oppilationum. Nam chilus & sanguis semidigestus propter oppilationes uenarum, prolabitur in uiscera, & facit fluxum epaticū, qui est sanguineus, periodicus, diuturnus, & frequētior in nocte quàm in die. Fluxus intestinalis & excoriatiuus non semper est catarrhalis, sed eius causa potest esse in uisceribus: utputa complexio nimis calida uel frigida, sed plerunq; sunt humores cholericis, acuti, & mali, & quandoq; est colocyntha uel alia medicina solutiua, male contusa, uel non correcta, quę uisceribus adhæret. Præterea solet esse causa fluxus uehemens frigus pedum, uel totius corporis, cibi frigidi & humidis, lubricis, sicut fructus, cibi durę digestionis, & qui in stomacho facile corrumpuntur, cibi acuti, mordicatiui, uel inconsueti, & mutationes ciborum, cepe, allium, cibi diuersorum generum: quorum ordo facilis uel difficilis digestionis præuertitur, crapulæ, repletiones, & cibi malæ qualitatis, medicinæ solutiuæ, & earum reliquię, quæ quandoq; remanent in intestinis, res uenenosę, & eiusmodi quæ agitant & conturbant præcordia, & intestina, ceu morsus anguim, & uenena bibita possunt facere fluxū. Amplius, qui sunt densę texture, & habent cutim spissam, & poros arctos, sæpius quoti die egerunt, quàm qui habent poros apertos, ex quibus uapores & humiditates possunt resolui, egestiones exiccantur, & corpora sunt magis stiptica. Hinc ergo colligi potest, quare in fine æstatis & principio autumnis fluxus sæpius accidunt. Nam in æstate replentur corpora fructibus & malis nutrimentis, pori dilatantur, & resoluitur calor naturalis, postea adueniente autumnis, pluit & flant uenti, qui fugant æstatis calorem infrigidant, & obstruunt poros, & ma

li humores claudunt in uisceribus, feruent, corrumpunt, gignunt febres, uel prorumpunt in fluxus. Senes stiptici fuere in pueritia lubrici, ecōtrā, pueri stiptici si senescunt, fiunt lubrici. Præterea est aliud genus fluxus, qui græce tenasmos, Latine præmitus nuncupat, quē qui patit̄ semper uellet egerere, tanquā necessitas semper urgeat, ualde enim desiderat deponere onus uentris, & se posse egerere credit, & frequenter conatur expellere pondus quod sentit in ano, sed non emittit, nisi modicū & mucilaginosum: & plerunq; generat̄ à frigore pedum & totius corporis, & eius materia & causa plerunq; est phlegma uiscosum, quod adhæret recto intestino, & quandoq; est cholera, & æger ualde conquerit̄ de adustione ani, maxime quando materia est cholericā.

*De signis fluxuum.*



**Q**vando uirtus digestiua & calor naturalis est debilis, cibus ægre digeritur, grauis est stomacho, & uirtus retentiua debilitatur, & semidigestus descendit, & generat fluxum: sed uulgares ignari quanto quis plus egerit, tanto melius digerere falsò opinantur. Ex frigore em̄ & debilitate caloris naturalis & uirtutis cōtentiue generat̄ fluxus stomachicus, epaticus, intestinalis, & tenasmos: quorum egestiones sunt phlegmaticæ, fluidæ, parum fœtidæ, & semidigestæ, quæ cum rugitibus gurgitando descendunt, & non seruant ordinem, sed crescunt & decrescunt, secundum quantitatem ciborum: & ideo frequentior est in die quàm in nocte stomachicus, sed epaticus maior est in nocte, periodicusq; crescit plus in uno tempore quàm in alio, & qui eum patitur præter morem aliorū plus egerit in sequentibus egestionibus, & in fine plerunq; modicum sanguinem fuscum emittit: & quandoq; egestiones eorū sunt albæ, interdū uirides, sed plerūq; sanguinæ, & sine dolore egeruntur. Huiusmodi fluxus diu durat, & quandoq; pluribus annis: & qui eum patitur, est frigide complexionis, pallidus, fuscus, squalidus, & ualde oppilatus, & eius urina est rubea, sanguinea, turbida, & spissa. Fluxus catarrhalis est periodicus, & in diuersis tēporibus uberius fluit, præcipue post longiorem somnum, & plerunq; est phlegmaticus & fluidus, & quādoq; spumosus, & secum trahit nutrimenta: maxime quando est salsus, acutus, uel uirulentus, & percipit̄ eius descensus, & quandoq; dolet unde deciditur, sed fortius in quod distillat, præsertim quando ulcerat intestina. Fluxus spleneticus facit egestiones nigras, adustas, melancholicas, & sæpe mortales: & quæ sunt acute ulcerant, & splen est tumidum & ualde oppilatum: & omnis fluxus oppilatiuus, maxime qui prouenit à uenis meseraicis, est liquidus & fuscus, sanguineus, sicut lotura carnis, & facit ægrum pallidum, flauum, & deformem. Fluxus intestinalis generatur à frigore extrinseco, & humoribus phlegmaticis, sicut tenasmos, in quo phlegma uiscosum adhæret recto intestino, & qui eum patitur semper uellet egerere. Dysenteria est fluxus excoriatiuus, qui causat̄ ab humoribus cholericis, acutis, eruginosis, uirulentis, saniosis, adustis, melancholicis,

COGNITIONE

lancholicis, falsis, uel pestiferis, qui gignuntur à febribus incensiuis uel aposte-  
 matibus, aut ulceribus intrinsicis, uel aduisione epatis & splenis. Inspiciendæ  
 sunt ergo egestiones, & considerandæ an sint phlegmaticæ uel cholericæ, san-  
 guineæ uel melancholicæ, liquidæ, spissæ, similes uel dissimiles, separatæ uel  
 sanguini mixtæ, & utrum dolor sit acutus pungitiuus, uel permutetur, & ubi  
 dolet: nam si dolor est supra umbilicum, quando egestiones fluunt per uiscera  
 gracilia, & sunt liquidæ fœtidissimæ, modico sanguine & pelliculis ualde com-  
 mixtæ, significat quod fluxus est mortalis, quia excoariatio est in uisceribus gra-  
 cilibus, quæ maxime dolent & raro consolidantur: sed quando uiscera crassa  
 inferiora excoarantur, minus dolent, & eorum dolor est sub pectine, paulo an-  
 tequàm egerantur: & egestiones sunt magis densæ uel crassæ cum sanguine  
 & pelliculis minus mixtæ. Hemorrhoides uero mittunt sanguinem separatū  
 ante egestiones, fuscum & melancholicum. Et quanto prius dolet ante ege-  
 stionem, tãto in superioribus uisceribus est excoariatio. Sanguis uero syncerus  
 & naturalis significat apertionem uenarum. Egestiones mucosæ, uiscose sunt  
 phlegmaticæ: sed fuluæ crocæ sunt cholericæ, quales in febribus cholericis ge-  
 nerantur. Egestiones albæ, pallidæ sicut ictericæ, significant aliò diuertisse cho-  
 leram, quæ in intestina fluere solet, sed spumose, liquide, & fœtidissimæ sunt pe-  
 stiferæ. In febribus propter earum oppilationes & siccitatem corpora primo  
 fiunt stiptica, & continue magis & magis cõgregant materiæ, quæ postquàm  
 sunt intestinis & præcordijs graues, urgente necessitate, propter fortitudinẽ  
 uel debilitatem uirtutis expelluntur per uomitum, uel fluxum, qui si fuerint  
 sine dolore proueniunt à fortitudine expulsuæ, & tolerandi sunt tres uel qua-  
 tuor dies, & conferent: sed quando accidunt propter debilitatem uirtutis, do-  
 lent, & non sequitur iuuamen, sed eger continue magis laborat. Sicut fluxus  
 qui accidit hecticis & hydropicis. Rugitus & gurgitationes per uiscera signifi-  
 cant uentositatem & lubricitatem egestionum, & debilitatem uirtutis con-  
 tentiuæ: & quandoq; ante phrenesim significat materiam ascendẽtem ad apo-  
 stemandum cerebrum. Egestiones nigre, & sanguis fuscus arguit extinctio-  
 nem caloris naturalis. Sed sanguis coagulatus emanauit ex uenis casu disru-  
 ptis, uerberibus uel uulneribus celsis: qui si diutius intus retineatur, uenter in-  
 flatur, uirtusq; & pulsus, sicut in syncopi, deficit, & algent extrema. Qui pa-  
 tiuntur fluxum, parum mingunt & tanto minus quanto plus egerunt, sudat,  
 uel plus euomunt, aut minus bibunt: in fluxu ergo urina est pauca, flaua, quæ  
 magis ad albedinem quàm ad ruborem declinat: quia parum in uessica mora-  
 tur: & in ea plerunq; crassæ materiæ furfuribus similes resident. Fluxus liquefa-  
 ctius cuius egestiones sunt unctuosæ, turbidæ, albæ, & quandoq; sanguineæ,  
 sicut lotura carnis significat hecticam consumptionem, & liquefactionem  
 membrorum. Si igitur hæc omnia diligenter considerentur, causæ inueniuntur,  
 & fluxus facilius curatur.

Excrementa  
curiose expen-  
denda sunt.



Luxus stipticis & cum his quæ condensant & conglutinant materiam curatur, & exigit diuersas medelas, calidas uel frigidas, sibi contrarias, secundum diuersitatem causarum. Virtus namq̃ contentiua, quæ solet à calore relaxari, frigidis, stipticis, sed debilis digestiua est calidis curanda, ac oppilationes calidis aperiuntur, & humores cholericis, subtiles, acuti, frigidis obtunduntur, & cōglutinantur sirupis. Et frigidis phlegmaticis cum calidis digerunt, & post digestionem euacuent cū clysteribus, si mali humores adherent uisceribus inferioribus, sed prope stomachū constituti uomitu uel medicinis solutiuis purgent. Digerunt aut̃ humores calidi, cholericis, acuti cum sirupis ex succo herbe acetosæ, ex agresta uel myrto & citonijis, sed humores frigidis digeruntur cum sirupo ex menta, & purgent cū rheubarbaro adusto, si fluxus est cū oppilationibus, sine eis uero cū recentibus myrabolanis adustis, qui post euacuationem stipticant & sistunt fluxū: sed quia in Italiam non afferunt nisi uetusti, parum cōferre possunt. Aut purgent mali humores cū aliquo electuario stiptico, addito illi diagridij scrup. s. uel circa, aut uomitu, si materia est in stomacho, & maxime quia uomitus purgat & diuertit materiā & stipticat. Et conferunt diuretica, aperitiua quæ prouocāt sudorem & urinā: nam qui plurimū mingūt uel sudant, ut inquit Hippocrates, modicū egerunt: & econuerso fluxus, uomitus, sudor, & urina aliud alio curatur. Si uero materia esset in intestinis, fiant clysteria, & primo cū brodio capitis arietis, & saccharo rubeo, quæ uiscera abstergunt & cōfortant, & post octo uel decem horas fiat aliud quod apprime stipticat, R. brodij capitis arietis lib. ʒ. uel tantundem cōcoctionis hordei adusti, butyri unc. ʒ. sanguinis draconis drag. 2. nam sanguis draconis stipticat, & butyrum sedat dolores. Similiter pinguedines, mucilagines, seminum cotoniorum, & psyllij, amplius sanguis draconis, barba hircina, & succus eius reprimat, & sistit humores ex apostematibus & uenis fluentes. Sed plantago, semen & succus eius mirum in modum uenas consolidat, & sanguinem sistit, & cum clysteribus iniecta optime curat fluxum excoriatiuum. Item potenter sistunt fluxum balaustrum, myrtus, nuces cupressi & galgæ, siue fiant clysteria cum eorum concoctionibus siue pulueribus. Et quàmplura alia adducemus simplicia, quæ fluxibus medentur, siue ore fumantur, siue in aluum clysteribus iniiciantur: frigida quidem stiptica sunt cotonea, rosæ & semen earum, corallus, plantago, acetosa, galla, nuces cypressi, coriandrum, bolum armenum, sanguis draconis, gummi arabicum, balaustrum, pruna syluestria, acatia, castaneæ & cortex earū, intermedij copule glandium, spodium, præcipue adustum, myrtus, mora immatura, cornea, & plura alia: sed calida stiptica sunt mastiche, cortex thuris, anisum adustum, cyminum adustum, coagula. At oryza, uentres, & intestina animalium, quæ cocta comeduntur, licet sint duræ digestionis, tamen fluxibus

xibus

xibus profunt, quia generant spissum & uiscosum humorem: similiter pedes uitulorum & arietum. Exagitatio mentis & corporis concitat fluxum, sed formus est optimus & salubris, præterquam fluxui catarrhali. Amplius, maxime conferunt cibi stiptici, & carnes laudabiles boni nutrimenti, assatæ potiusquam elixæ: nam assationis ratione stipticitatem acquirunt, præcipue cuminum, caseus uetus, & alia quæ iussimus assari. Nam si dragma una casei ueteris in aqua falsa prius cocti, postea ad ignem assati, edatur incredibili stipticitate aluum constringet. Itidem facit tantundem coaguli leporis uel hædi, & sanguinem in uentre concretum dissoluit. Turtures aues assatas fluxibus iuuare, uulgo comprobatum est. Amplius, epatici edant passulas & auellanas adustas, sed febrientes qui patiuntur fluxum comedant panem, ex cuius farina non fuerit furfur discussum, quoniã huiusmodi panis est magis absterfuius & aperitiuus, & cum aceto confectus refrigerat & constringit. Oua etiam in aceto cocta potenter fluxibus medentur, quæ tanto magis stipticant, quanto magis coquantur, sicut sapa, & multo magis succus cornearum ad ignem inspissatus ad idem ualet, & optime sapit succus recte coctus acetosorum cerasorum. Sed hi & alij cibi condantur cum his uel similibus aromaticis, R. rosarum mastichis, corallorum, piperis, gariophylosum, cinnamomi añ. drag. i. zingiberis, nucis muscatæ, draganti, gummi arabici, sanguinis draconis, granorũ myrti añ. drag. s. Aut, R. rosarum & seminis eius mastichis, sandalorum citrinorum, cinnamomi, gallarum, añ. drag. i. zingiberis drag. s. piperis, gariophylosum, nucis muscatæ, añ. scrup. i. spicæ, ligni aloës, macis, cardamomi, liquiritiæ, zedoariæ añ. scrup. s. Et bibant uinum rubeum, lymphatum cū aqua chalybeata, in qua chalybs uel lapides molares, lateres, uel lapides fluminum igniti, fuerint sæpius extincti. Et lac similiter coctum ualde supprimit aluum. Aiunt quod ebrietas sedat fluxum. Aut bibant iuleb rosatum. Quin etiam comedant cotonea, & eorum electuarium diacotonium, quod est optimum, saccharum rosatum superioris anni cum corallis, mastiche uel alijs speciebus aut trochiscis stipticis compositum, uel edant sorbas corneas, aut electuaria ex eis facta, electuarium ex mirabolanis, electuarium myrtinum, electuarium thurinum, electuarium ex semine nasturtij, quæ sedant omnem fluxum, præter oppilatium, quoniam mirabolani oppilant, & sunt maximo præsidio stomacho debili, & retentiæ lapsæ. Præterea compertum habemus, quod uentosa magna umbilico admota, in paruo temporis spacio sistit fluxum. Ad uomitum autem post cibum & ad fluxum compescendum, & ad debilem retentiã confirmandã, stiptica medicamenta exhibentur post cibum. Medentur que stomacho & debili retentiæ, lapsæ ex febre & calore, corallus & saccharum rosatum uetus, trochisci ex semine acetosæ, ungentum ex anthera, ungentum stipticum, emplastrum phœnicum, oleum citoniorum, & diacotonium. Sed infirmæ digestiæ opitulantur mastiche, spi

ca, & eorum oleum, & cerotū ex mastiche, laudano, & speciebus aromaticis, unguentū stomachicū, unguentum mastichis, & quā plura alia, quæ inuenies in medicinis cōpositis. Sed fluxui epatico & oppilatio mere stiptica nocent, & iuuant aperitiua, quæ stipticant, sicut cyminum adustum, anisum, amygdalæ amaræ, passulæ, & auellanæ adustæ, & electuarium ex passulis. Et hoc, R. anisi, cymini, ameos, omniū adustorum añ. drag. i. cinnamomi, squinanti, gariophylorū, rosarum, macis, cardamomi añ. scrup. 2. mastichis, sandalorum alborum, citrinorum, rubeorum, seminis apij añ. drag. s. spicæ scrup. i. fiat electuarium cum melle rosato, uel saccharo rosato condantur: quod quidem fluxum epaticum & oppilatiū apprime iuuat. Sanāt uero fluxum excoriatiū, ulcera intestinorum, & dolores pungitios, eorum clystera cum butyro, mucilagibus, psyllij, pinguedinibus, concoctione succi, & semine de plantagine, & sanguine draconis. Ad idē ualent mora rubri immatura, præcipue adusta, sed melius est semen rosarum in quantitate mediæ unciæ cū miua cotoneorum, sapa, uel aliquo liquore sumptū. Amplius, rheum barbarū uim maximā habet contra ulcera intestinorū, sic sumptum, R. rheum barbari adusti drag. i. spicæ scrup. 5. succi uel aque arnoglossæ uel plātaginis drag. 2. uini ueteris optimi unc. s. misce, & bibatur. Similiter plurimum confert spodium adustum & trochisci eius, & trochisci ex carabe. Et trochisci Clementis, R. sprodiij adusti unc. s. rosarum & seminis earum, acatiæ, balaustij, sanguinis draconis añ un. 2. seminis acetosæ, seminis portulacæ adusti, añ. drag. i. s. berberis seminis plantaginis, gummi arabici añ. drag. i. fiant trochisci cum aqua rosata. Item maxime stiptica sunt glandes assatæ, & gallæ, & siliquæ assatæ, quæ afferuntur ex insula Cypri, quæ dicuntur xylocaractes. Et in fluxibus excoriatiuis & corrosiuis præmittas clystere abstersiuum cum decoctione hordei adusti, & saccharo ru beo, uel aqua mellis. Et fortior est in ulceribus sordidis & saniosis aqua salsa, sicut lotura carnis porcine salitæ, uel piscium salitorum: postea sequatur clystere cum brodio capitis arietis, butyro, uel adipe capræ. Demum cum concoctione uel succi plantaginis & sanguinis draconis fluxus catarrhalis cum modico potu & modico somno, & cum cibis spica capiatur, gummi arabicum, myrtus, papauer, & semina eorum adusta, & post cibum coriandrum præparatum sistit catarrhum & fluxum eius, & potentius est diacodium compositum. Præterea fluxibus conferunt balnea tepidarum aquarum, & frictions quia dilatant poros, attrahunt & resoluunt materiam. Item potenter sistit fluxum uitellus oui in aceto coctus. Sed fluxibus puerorum & infantium ædentium dentes optimus est hic puluis cum aliquo liquore potus, & maxime cum lacte, R. seminis papaueris, granorum myrti añ. dragmam mediam, ciperi scrup. unum, seminis rosarum scrup. medium, terantur subtiliter. Item unā cū apostemate fluxus eius curatur. Tenasmus uero & fluxus intestinalis, qui à frigore gignitur, sedatur cum clysteribus ex concoctionibus origani, pulegij, serpylli,



serpylli, & rebus calidis in uentrem iniectis & ano admotis. Suffumigiū etiā ano susceptum ex spolijs anguillarum super prunas proiectis, fluxum cōstringit. Acuitas uero & uiolentia pharmacorum quę fuere nimis fortia, uenenoſa, uel male contuſa, ſedatur cum aqua tepida, pota, uel cōcoctione hordei aut brodio carniū ſine ſale, ſaccharo rubeo ſecum diſſoluto, trochiſci ex balauſtio, qui ſummopere ſiſtunt fluxum, R. balauſtij, copularum glandiū aduſtarum, poſtquā octo horas fuerint in aceto infuſę, granorum myrti añ. drag. 1. cymini, gallarum aduſtarum infuſarum in aceto, tructus tamarifci, macis, ligni aloę, galliæ muſcataę, maſtichis, ſpicę añ. drag. s. coriandrorum præparatorum aduſtorum ſcrup. 2. ſeminis acetofę, gummi arabici, boli armeni, granorum interiorum, uuarum aduſtarum añ. ſcrup. 1. fiant trochiſci cum uino, qui omnem fluxum cronicum uel moleſtiſſimū optime ſupprimunt. Tandem, ſi hæc diligenter & recte exacta non conferent, cōfugiendum eſt ad medicamenta opiata, tanquam ad ultimum remedium. Præbeas ergo phyloniū perſicum, quod profluuium uentris & uomitum maxime ſanguineum, appri me compelcit. Aut electuarium Archigenis, uel hos trochiſcos, qui cū opio & ſine eo ſunt efficaciſſimi, R. ſpodij, ſeminis roſarum, acatię, balauſtij, ſanguinis draconis, gallę, croci añ. drag. unam, boli armeni drag. unam & mediã. opij, hyoſcyami, caſtorei añ. drag. unam, fiant trochiſci cum aqua roſata, & propi nentur in quantitate drag. 1. cum uino tepido.

*De frigore febricitantium.*

**L**eue frigus tolerandum eſt, ſed magno & moleſtiſſimo occurrēdū eſt, prius cum calore extrinſeco: quod ſi non ſufficit, expellatur cum medicinis calidis, quę ore ſumuntur, caute tamen agas, ne augeas febrem, ſed tantum calorem admoueas quantus ſufficit ad ſedandum frigus. Accedit, quod extrinſeca poſſunt ad libitum remoueri. Quādo ergo febriciens incipit frigefcere pānis optime cooperiatur, & hinc inde lapides molares uel lateres calidi uino conſperſi admoueantur: conferunt etiā frictiones manuum & pedum, & linimenta ex oleo anethino, camomillino, liliorum alborum, oleo laurino, coſtino, uel de euphorbio, ſed aqua uitis ardens quę ex uino ſtillat, linita & bibita maxime calefacit. Aſſerit Auicenna, quod concoctio erucę domeſticę & ſylueſtris dorſo linita ſedat rigorem & frigus. Linimentū frigidi rigoris ſedatiuum, R. olei anethini unc. 1. s. ſucci artemiſię drag. 3. bulliant ad conſumptionem ſucci. Poſtea adde croci triti drag. 1. & cum hac unctiōe ungat corpus, & maxime dorſum. Aliud calidius, R. anethi, rutę, myrrhę, calamenti añ. drag. 2. piperis, pyrethri añ. drag. 1. uini lib. 1. coquant ad cōſumptionē medietatis, & R. huius cōcoctionis unc. 4. olei laurini un. 2. coquant ſimul, & cū eo corpus liniatur. Item coſti drag. 1. uel tantundem agari ci cū aqua tepida poti, uel cū uino ſtatim calefacit, uel, R. pyrreni uel anacardi drag. 2. cum tepido uino diſſolutas, & ualde calefacies, ſed augent & in-

inducunt febrem. Vbi uero frigus accideret sine febre, cum pillulis foetidis optime curatur: sed quādo rigor uel frigus accidit cū sudore, significat mortem uel saltem longitudinem aut grauitatem ægritudinis.

*De sudore & de fluxu sanguinis narium.*

**S**udor in fine paroxysmorum spem salutis affert, & quanto quis in remissionibus plus sudat, tanto celerius sanatur, nisi sudor ex plurimo potu affluat. Sudor ergo nō impediatur nisi exuberantiæ ratione ualde debilitet, tunc enim cohibeat, & æger per cubile sæpius se reuoluat linteis, & flabellis euentet, uel nudus expositus sinat sudorem super pororum foraminibus refrigerari: nam abstergio præbet exitū sudori. Sed tutius est oleū rosatum & myrtinum linitum. Rosata etiam nouella cōpescit sudorem, & restaurat debiles. Quando autem sudor non sedat paroxysmos, significat plurimum potū, abūdantiā, uel repletionem malorū humorū, longitudinē febris, aut extremū mortis laborē, præsertim si sudor est frigidus, & uirtus est debilis: si uero uirtus est fortis & ualida, arguit frigidos humores, & febrem longiorē.

*De fluxu sanguinis narium.*

**S**i sanguis malus uel tantum superuacuus à sapienti natura & ualida malorum expulsiua è naribus spōte mittatur, protinus sanat, præsertim iuuenes: sed sanguis niger, qui guttatim è naribus stillat, longis ægritudinib. consumptis mortalis est: si uero ultra sanguinem malum uel superuacuum, quem natura primum mittere solet, bonus fluat in maiori quantitate quā ipsa natura patitur, compescatur cū albumine oui submisso narib. maxime si cū albumine oui fuerit mixtus sanguis draconis, & præcipue gypsum, trochisci ex carabe uel phylonium perficū. Nam singula apposita sisterent sanguinem undecunq; manaret. Similiter pili leporis adusti constringunt sanguinem narium & uulnerum. Aqua frigida super frontem sæpius & circumcirca collum conspersa retinet sanguinem narium. Rursus, aqua frigida pota, & balnea frigidarum aquarum, & manus & pedes fortiter perfricati, & inlitis fortius complexi & ligati, compescunt fluxū sanguineum alui, prouenientem ex apertione uenarū. Sed nihil est quod fortius cohibeat sanguinem quā uentosa magna sine incisione super epar apposita, uel super splenem, si ab eo proficiscitur sanguis.

*De uomitu.*

**V**omitus proximus est fluxibus uentris, nā eisdem ferè causis proficiscitur, & eisdem ferè remedijs curatur. Vomitus ergo malorum humorum, si fuerit rarus, facilis & leuiter toleratur, prodest: quoniam purgat stomachum, remouet dolores capitis, ancarū, præcordiorū, & febres, sed frequens uel uiolentus & molestus debilitat stomachum, attenuat uires, & hebetat aciem. Si igitur causa uomitus est repletio malorū humorum, qui sunt graues stomacho, prodest: si uero oppilationes, remoueantur cū aperitiuis,

ritiuis, utputa cum electuarijs ex hyofcyamo, ex myrrha, ex costo, uel ex eupatorio. At si causa uomitus est humor tenax & uiscosus, qui concauitatibus stomachi adheret, uel humor tenuis, qui in eius substantia & uillis est imbibitus, digeratur cum sirupo acetoso, & statim sedabitur, nisi ex debilitate stomachi & uirtutis contentiuæ uomitus causetur, cui maximo præsidio sunt, diacitonium, mycleta, & omnia stiptica, cum quibus fluxus uentris curatur. Stiptica enim corroborant uirtutem retentiuam, & cohibent malos humores, ne regurgitent ad stomachum. Quæ autem contra uomitum ualent, sumunt post cibum, & confert ruta & menta commesta, sed præstantius est contra nauſeã & uomitum phlegmaticũ, electuarium ex gariophylis, & sirupus ex menta. Item manus & pedes cum panno aspero perfricati, uel ligaturis fortiter complexi, aut magis quàm solent calefacti, uel in frigida aqua frigescentes, sedant uomitum, & maxime somnus. Vel, R. latam panis medietatem modicũ adustam, & remollitam in aceto, & super eam consperge cymini, mentę añ. scrup. i. gariophylorum, rutę añ. scrup. s. & calida stomacho applicetur, & compeſcet uomitum. Sed melius est ungentum stipticum, uel emplastrum phœnicum, & optima sunt stiptica quæ ore sumuntur, sicut trochisci stiptici, electuarium myrtinum, thurinum, uel electuarium ex semine nasturtij.

## De siti.

**S**ebrientes qui ualde sitiunt, utrunq; uitium caueant ne caloris incendio areſcant, nec plurimum bibant: nam plurimus potus inundat in stomacho, diminuit gustum, & calor naturalis relinquit digestionem malorum humorum, & sinit febrem inualescere, & cõuertitur ad digerendum potum: qui si fuerit superfluous, concitat uomitum uel fluxum, & quandoq; inducit hydropisum: tutius est ergo parciter bibere, & ne fauces areſcant gargarizent, uel abluantur raro cum aqua gelida, & interdum paulatim pitissent aquam modico aceto mixtam, uel unum granatorũ dulcium, iuleb, uel sirupum acetosum cum aqua pluuiali dilutum: aut, R. aquæ portulacę unc. 8. quatuor aquarum cordialiũ, añ. unc. 2. sacchari unc. 5. fiat iuleb longum aromatizatum cum sandalis. Afferit Auicenna, quod semen portulacę contra sitim plurimum ualet, & uiatores qui comedunt seminis portulacę dragmam unam, minime sitiunt. Amplius, sitim extinguunt saccharum uiolatũ, cucumer, saccharum candidum in ore retentum, & pruna damascena: quæ si fuerint sicca, infundatur in aqua tepida, & trito saccharo conspergantur. Item cryſtallum in ore delatum, refrigerat sitim: & breuiter, quæcunq; humectat, mitigant sitim, sed somnus penitus aufert.

## De somno &amp; uigilia.

**S**omnus immoderatus & profundus inducitur à uaporibus crassis, phlegmaticis, qui oppilant arterias capitis, & impediunt decursum spirituum, quorum priuatione cerebrum congelatur, & æger mor-

K

ritur, nisi expurgatur & uigilet. Diuertantur ergo uapores cum clysteribus acutis, & suppositorijs ex agarico, sale harmoniaco, hiera picra, uel scamonea & melle cōpositis, & abluantur nares aceto, & clamoribus, punctionibus, uel alijs stimulis excitetur frequenter. Aut manibus & pedibus institis fortiter ligatis, uel grauioribus tormentis cruciatus expurgatur, & non permittatur amplius dormire. Sed plerunque febres & earum uapores cholericici adimunt somnū, præsertim quando adsunt dolores, inquietudo, sollicitē cure, uel alia molestia, quæ non sinunt homines dormire. Quando igitur febriciens parū aut nunquam dormit, sed die noctuq; uigilat, incidit in phrenesim & dementia propter cōcursum uaporū, & aliorū humorū, q̄ apostemate afficiunt cerebrū. Refrigerat autem & obtūdit uapores acutos, & inflammatos & somnū inducit papauer, siue cibus coquatur, siue eius semen, uel sirupus capiat hora eundi dormitū: similiter lactuca cū carne cocta, sed cruda ratione salis & aceti minus dormire facit. Amplius, Allicit somnū oleum papaueris & unguentum populeum circūcirca tempora linitū, & plura alia ungenta & medicamina opitata. Nam opiū & eius aqua, cuius fœtor demitur cum albo secum stillato, potissimum somnum inducunt: sed suspecta sunt & periculosa, nisi sint modica & recte correcta. Deniq; ad somnum inducendum, summopere studendum est prius refrigerare uapores inflammatos, & sedare dolores & inquietudinem, & remota causa somnus sponte redibit. Compertum habemus, quod biscocta quæ post caseum ex aqua lactis cocta colligitur, facit dormire.

*De dolore capitis.*



Ebrientes capitis doloribus plerunq; torquentur, à uaporibus calidis, cholericis, nam sanguinei sunt mitiores, & phlegmatici & melancholici non faciunt acutos capitis dolores, nisi ratione cholerae secum mixtae. Diuertantur ergo clysteribus uel suppositorijs & frictionibus uel uentosis cum scarificatione, si sanguis supersit, & eorū acuitas cōmode obtunditur & dolor sedatur cum aqua rosata uel uiolata, modico aceto mixta, & sæpius naribus attracta, & cum eadem frons & facies sæpe abluatur, & circum tempora liniatur oleum rosatum modico aceto conuassatum uel albumine oui, uel succo solatri, uel semperuiui mixtum. Ad idem ualet unguentum rosatum, unguentum populeum, & oleum nenufaris, coriandri in aceto preparati retinent uapores, ne repant ad caput. Oleum sanè rosatum capiti linitum post tonsionem sedat dolores, & cōseruat mentem & cerebrum sanum. Sed frigiditas capitis subitò inducta propter ualde frigida admota, uel propter casum tegminis uel pilei oppilat, gignit catarrhum, & debiles perimit.



*De dolore stomachi.*

Dolores stomachi plerunq; generantur ex repletionemalorum humorum, qui sunt graues stomacho, & sedantur uomitu quibus est facilis

facilis, sed quibus est difficilis, phlegmatici cum pillulis de hiera, & cholericum cum electuarijs solutiuis purgentur, utputa cum electuario lenitio catholico uel exprunis, sed quādoq; dolor stomachi accedit & recedit unā cum paroxysmis, & eius causa est uentositas, à calore febrili genita, aut humor concitatus qui putrescit, uel in stomachum regurgitat, & sedatur cū curatione febris in tempore quietis cum sirupis digestiuis, uel cum electuarijs uentositatum discutitiuis, aut cum mastiche, spica, corallis, diacitonio, electuario ex myrabolanis, & similibus, quæ confortant stomachum, & repellunt malos humores: sed horis paroxysmi nihil addendum, sed tolerandus est: si uero dolor accideret immediate post cibum, propter debilitatem digestiuæ, parcius comedat, & cibos facilioris digestionis cōditos cum speciebus aromaticis, stomachicis, uel odoriferis, quas explicabimus in medicinis compositis, & confortetur stomachus & uirtus digestiua cum aromatico rosato, diacymino, rosata nouella uel confectione Abbatis, aut alijs confectionibus, electuarijs, oleis, ungentis, uel cerotis, quorum copiam maximam habebis de medicinis compositis, ungentum quod confortat digestiuam, & sedat dolores stomachi, R. olei nardini, rosati añ. un. i. mastichis trite un. s. aceti parum, ceræ quod sufficit. Aut, R. mastichis un. i. s. laudani un. s. corallorum, mentæ añ. scrup. 2. gariophylorū, cinnamomi añ. drag. s. fiat cerotum cum oleo nardino, & super corio extenso adaptetur stomacho: sed si dolor accidit ieiuno stomacho, propter cholera fluentem in stomachum tempore famis, patiens citius comedat.

## De dolore uentris.

**D**olor uentris solet accidere propter effusionem cholere in intestina, cui præsidio est sirupus acetosus, cum concoctione camomille similiter flores camomillæ cum aqua uel uino bibiti: & sedant dolores uentris amygdalæ persicorum amaræ, quæ aperit oppilationes epatis, & interimunt uermes, qui sunt interdum causa doloris uentris, & perimunt eos absinthium comestum, & concoctio & succus eius potus. Et ungentum aloës linitum. Sed pueris contra uermes facilius corallina & eius confectio, semen sanctum macedonicum, semen caulium cum melle uel aqua graminis: & breuiter, omnia calida amara, & maxime aloës, interficiunt uermes. Si uero dolor uentris accidat propter repletionem malorum nutrimentorum, & stipticitatem, euacuetur cum clysteribus ex concoctione camomille, uel concoctione herbarum communium, & hiera picra. At si uentositas fuerit causa doloris, sumatur diacyminum uel dianisum, & fiat clystere cum concoctione rutæ, centaureæ, anisi, & fœniculi, & cum oleo rutæ. Demum si hæc non conferunt, & dolor est grauis, acutus, & intolerabilis, remoueatur cum opiatibus, utputa cum triphere drag. 2. uel tantundem phylonij romani.

## De dolore dorsi.

**D**orsum quādoq; dolet propter pluiuas uel uentos, qui repente in-  
frigidāt corpus calefactum, nam frigiditas oppilat, & propter op-  
pilationes feruet sanguis, & corrumpuntur humores, & generat  
febris: huiusmodi ergo dolor sedatur cum uentosis, suppositorijs, uel clysteri-  
bus, & frictionibus, & iaceat eger super coria præparata, & lenia strata, super  
plumas, & caueat accubitus resupinum qui calefacit medullam spine, auget  
febrem & dolorem dorsi. Cuius calor refrigeratur cum ungento albo, rosato  
uel populeo. Si uero dolor & febris quotidie crescunt, significat mortem. Re-  
nibus autem debilibus ungetur oleum rosatum, cotoniorum, mastichinū nar-  
dinum, uel quod melius est, R. mastichis un. i. s. boli armeni, sanguinis draco-  
nis añ. drag. i. rosarum drag. s. olei nardini quod sufficit, fiat cerotum, & su-  
per coriū extensum, adæquetur renibus. Si uero dolor accideret propter are-  
nulas & calculos, capiat hunc puluerem diureticum, qui plurimum mingere  
facit, & potenter remouet oppilationes febrium inueteratas, R. seminis apij,  
anisi, fœniculi fœnogræci, seminis malug, seminis folliculorū, solatri añ. drag.  
i. succi liquiritiæ, squinanti añ. drag. s. rubæ tinctorum, nigellæ añ. scrup. i.  
propinetur quotidie drag. i. cum uino ueteri, & continuetur donec iuuerit.

## De inquietudine.

**I**nquietudo & tristitia non facile sedatur, nisi unā cum febre & do-  
lore, aut tranquillitate mentis & somno: prouocetur ergo somnus  
cum papauere, eius sirupo diapapauere & diacodio: olfaciat cam-  
phoram, & concoctionem rosarū, deponat curas & mœstitiā, & confabule-  
tur cum gratiosis amicis, & quandoq; febrientes contristantur propter effusio-  
nem cholere mordicantis præcordia, quibus iuuat uinum granatorū & agre-  
sta, limones, poma rancida, & buccella panis in horum succis infusa.

## De lingue nigredine &amp; uiscositate.

**A**pores cholere adultæ, & febris ardor desiccant fauces, & faciūt  
linguam asperam & nigram, & quādoq; inducunt phrenesim, qui-  
bus medentur sirupus acetosus ex endiuia, ex portulaca, confereq;  
saccharorum cordiales, electuarium ex prunis non solutiuum, & huiusmodi  
frigida & humida. Et abstergatur lingua cum astella arundinis tenui reflexa,  
uel cocleari, & frequenti ablutione concoctionis hordei, uel aqua cum saccha-  
ro lauatur. Semina citoniorum in ore retenta, uel tenui panno ligata, & aqua  
hordei infusa, abstergunt nigredinem lingue, & obtundunt acuitatem illorū  
uaporum, secundum Auicennam. Item ad idem cōferunt pruna sicca in aqua  
tepidā remollita, saccharum candidum, saccharum uiolatum, & leniunt aspe-  
ritatem. Et admonendi sunt febrientes, ne supini iaceant, neq; caput calidiori  
quā solet tegmine uel plumoso cervicali amplius calefcāt. Si uero fauces ue-  
lut esculentę uiscosa excrementa frequenter concipiunt, quamuis sepe abster-  
gantur

gantur, ægritudinem mortalem arguunt: sed si post ablutionem oris cū aqua hordei & oxymelle simplici illa uiscosa sputamina concreta absterguntur, & perseuerant fauces mundæ, augent spem salutis.

*De syncopi.*

**S**yncopes magnopere timendę sunt, quoniam sæpe perimunt: & accidūt quādo cholera effunditur ad cor. Et idcirco in principijs paroxysmorum quando humores agitātur, syncopis sæpe excitatur. Præferuat autem à syncopi uomitus, & conferunt clysteria lenitiua: & syncopim arcent sirupus ex acetositate citri, electuarium ex ligno aloës, electuariū ex musco, electuarium ex semine acetosæ, & præcipue bucellę panis adustę, optimo uino imbutæ, aut in uino granati punici uel in agresta: & melior est panis surfureus ex farina frumenti & surfure factus. Si uero corpus iam penè exanimum syncopis fecerit, abigitur cum diuersionibus, fricentur ergo brachia, & costæ, & artus funiculis fortiter cōstringātur, & molestis punctiōib. æger excitetur. Aut manus & pedes in calidissima aqua infundant, & conspergat facies aqua rosata, aceto mixta, uel uino odorifero, & admoueat naribus muscus laudanum, camphora, uel species aromaticæ: nam suaues odores cōtra syncopim plurimum ualent: & remouet syncopim uentosa magna sine incisione post tergum sinistrum apposita.

*De frequenti sternutatione.*

**S**ternutatio prouenit à fortitudine expulsivæ, & à calore qui dilatat meatus, & in uentositatem conuertit humiditates uentriculorum cerebri. Ideo facilius sternutamur quando intuimur solem, & fortius quando olfacimus elleborum uel euphorbium. Sternutatio fermè confert surdis & conualescentibus, sed in principio febrium nocet, nam attrahit humores ad caput. Facile aut sedatur, si interuallum fricetur quod in radice nasi utriq; oculorū interiacet, aut frons & collū fricet, uel olfaciat oleū rosatū & spongiam, aut naribus attrahat aquā rosatā aceto mixtam.

*De tussi.*

**T**ussis sæpe febribus cholericis & sæpius phlegmaticis accidit, & fortius excitatur in principijs paroxysmorum. Medentur aut tussi sicca, liquiritia, penidia, & saunia. At calidę tussi diadragantū, diaspapauer, & pillulę lambiles: sed frigidę confert electuarium sanum, diapenedion, & plura alia, quæ inuenies in electuarijs lambendis, & liniatur pectori oleum uiolatum, ungentum uiolatum, ungentum pectorale, ungentum mucilaginum, uel dialtheum. Si autem tussis causatur à catarrho fluente à capite in thoracem, qui minatur phthisim, remoueatur cū hoc saluberrimo sirupo, R. Iuiubarū, sebesten añ. numero 15. liquiritię, capilli ueneris añ. drag. 2. passularum un. s. bulliant in duabus lib. aque ad cōsumptionem medietatis, & eius expressioni adde sirupi papaueris, myrtini, añ. un. 2. clarificetur & da un. 4.

uel quinq; per duas horas post prandium, & tantundem post cœnam, & contineatur quandiu iuuerit.

*De difficultate anhelandi.*

**D**Ebrientes cum difficultate anhelant ob spasum & cōtractionem neruorum & membrorum spiritualium. Contrahuntur autē quandoq; propter siccitatem, sed frequentius propter nimiam humiditatem, & plurimum potum uel humores, qui obstruunt uias anhelitus. Quando igitur accidit propter siccitatem, est ualde periculosa, & non potest curari, nisi forte cū frigidis & humidis, butyro recenti, saccharo uiolato, saumia, diadraganto, electuario expapauere lambendo, & oleo uiolato, & eius ungento pectori linito, & fiant gargarissmata cū rob. nucum, uel diamoron, dissoluto cum aqua hordei. Quæ uero à repletionem & humiditate generatur, parco uictu & abstinentia à rebus humidis facile sedat, hinc pingues, obesi, & infantes, quia non possunt se à rebus contrarijs abstinere, difficultate anhelitus magis laborant, sed ualde pingues apoplectici sepe suffocantur. At si humor aliunde flueret in pectus, & faceret difficultatem anhelitus, misso uentosis sanguine, curatur.

*De difficultate glutiendi.*

**D**ifficultas glutiendi quandoq; prouenit à febre conclusa & incensua, cuius remedium & quidem optimum est phlebotomia ex uena cephalica: necnō clysteria uel suppositoria. Et fiat gargarissmata cum aqua rosata, aceto mixta, aut lacte mulieris, uel maxime cum diamoron, aqua foliorū croci diluto, quæ quidem gargarissmata procidentes uias residere cogunt, anginam discutunt, raucedinem emendant, & difficultatem respirandi pariter & deglutiendi apprime sedant. Vbi uero difficultas deglutiendi accideret propter aridum spasum, esset mortalis.

*De gustu.*

**I**N omni ægritudine sit tibi curæ gustus: nam quibus sanè cibus sapit, facilius sanantur; si ergo mali humores adimerent gustum, uomitu uel pharmacis reijciantur, & confortetur stomachus cum rebus stipticis, aromaticis, utputa cum citonijs, diacitonio, cum absinthio, & uino in eo cocto, cinnamomo, gariophyllis, spica, mastiche, corallis, rosis, aromatico rosato, confectione Abbatis, diarhodon, & quàm plura alia, quæ in libro de medicinis compositis inuenies, confortant stomachum, & excitant gustum, sicut pillule imperiales: sed pillule gustus & appetitus restitutiæ, sic componuntur, R. cinnamomi, croci, spice, hioseyami, ligni aloës, xylobalsami añ. drag. 2. mastichis, corallorum rub. añ. drag. 1. s. gummi arabici, rosarum añ. drag. 1. aloës un. 4. fiant pillule cum sirupo de absinthio, & ad idem ualent pillule diarhodon.

*Tebis*



*De bulismo.*

**B**ulismus est saturitas stomachi, & fames membrorum: cum enim par illud neruorum tertium, quod à cerebro in stomachū descendit, & præbet sensum & gustum, à calore febrili nimium acceditur, aut uehementi frigore mortificatur accidit bulismus: sed qui prouenit à calore, curatur frigidis & humidis capiti admotis: & maximo præsidio est ablutio capitis cum concoctione uiolarum: deinde liniatur caput cum oleo uiolato, & excitetur sensus cum asperis frictionibus, punctationibus, & ligaturis manuum & pedum, & prouocetur gustus cum bonis odoribus & cibis delectabilibus cum speciebus aromaticis, conditis, & sumat aromaticum rosatum, uel diarrhodon, & huiusmodi.

*De fame insatiabili.*

**F**ames excitatur ab humore melancholico ad os stomachi effuso, quæ si fuerit insatiabilis, quam famem caninam uocant, curatur cibis pinguibus, unctis, frigidis, & ualde dulcibus: sed ante expectam famem remota menta singulariter comedant passulas, uel semina cucurbitarum uel melonum, quæ sunt modici nutrimenti, ut longior mora in eis deducatur. Item aiunt, quod offa quæ fit ex pane & uino in mane ieiuno stomacho sumpta, licet in parua quantitate, tamen tota die conseruat hominem saturum. Sandaracha autem, quæ dicitur uernix scriptorum, paulatim sumpta desiccet corpus, & macrescere facit.

*De singultu & gurgitatione potus.*

**S**ingultus est spasmus gutturis, qui a b arida consumptione & uehementi siccitate, uel à nimia humiditate & repletione generatur. Singultus quidem ex repletione quo infantes sæpe corripiuntur, salubris est, & suapte natura sedatur, & in adultis citius remouetur abstrahendo quouismodo animū, aut in admirationem deducendo, aut repetendo fictum depositum, de quo non reminiscatur. Sed Socrates post haustum uenenum, abegit singultum cum aqua in ore retenta. Singultus uero qui fit ab arenti febris siccitate, mortalis est. Aeger quæ tendit ad occasum, qui gutturis spasmum patitur, & potus absumptus ueluti per deuia saxa procliuis uallis gurgitando delabitur. Et si admodum pauci sanentur, humida tamen conferre deberent, ceu brodium pulli ualde concocti, quod partim pitissetur, & partim gargarissetur, & liniatur pectori oleum uiolatum, & sumat saccharum uiolatum, sauniam, & restauratiuum ex pinis.

LIBRI DE FEBRIBVS, ALIORVM QVE  
MEDICINAE LOCORVM FINIS.

K 4

# CLEMENTII CLE

MENTINI AMERINI DE MEDICINIS  
COMPOSITIS LIBER.



**I**AM Deo gratias ago de omnibus & singulis beneficijs, quę mihi uberrime cōtulit: superest mihi suppliciter ipsum exorare, ut in futurū uiuam & moriar gratia sua, & à morte uiolenta, & pœnis infernis me liberet: & quandiu uiuero faciat me iustum, quoniā iustitia est optima & maxima omnium uirtutum, quę homines deo conciliat, & in cœlū aditum pręstat. Amplius, spiritū sanctum suppliciter oro, ut uirtutes medicinarum, & remedia omnium malorum mihi patefaciat, & suo diuino fauore & gratia prosequar, & perficiam hunc libellum. Medicinarū copia quā magna in libris medicorum reperitur, sed eas potiores duntaxat elegimus, quę à ueteribus inuentę, à recentioribus sunt magis approbatę. Et ut facilius quod queritur inueniatur, imitabimur ordinem nature, quę primo digerit, deinde digesta subducit, postea restaurationem intendit. Sic nos primo ponemus sirupos digestiuos. Secundo electuaria quę lambuntur, ad egritudines pectoris. Tertio, pillulas. Quarto, electuaria solutiua. Quinto, electuaria & confectio nes restauratiuas. Sexto agit de medicinis opiatis. Septimo de trochiscis. Octa uo de speciebus & pulueribus. Nono de unguentis. Decimo de oleis dicemus. Itaq; distinguemus capita partim secundum ordinem nature, partim secundum diuersitatem nominum, & partim secundum similitudinem qualitatum, uel secundum uirtutes & proprietates medicinarum.

De sirupis.

Cap. I.



**I**uleb rosatum digerit humores cholericos, confortat & restau rat egros, mitigat calorem & sitim, sed modicum constipat, & fit hoc modo: Mitte in ollam uitreatam octo libras rosarum purpurearum recentium, & funde super eas aquę feruentis libras decem, & recte cooperi eam, ne exhalet, & post octo horas subductis rosis expressis, eadem aqua calefacta & feruens super octo libras aliarum rosarū conspergatur: atque octo iterum horas quā bene cooperta maneat, donec frigescat. Et si melius facere uolueris, iterū atq; iterū itidem facias. Et huiusmodi infusio dicitur rosarum. Eodem modo fit infusio uiolarū, R. infusionis rosarū lib. 5. sacchari lib. 4 coquantur cum facilitate, lento & claro igne donec parū per inspissetur. Sic etiam fit iuleb uiolatum, quod sanè refrigerat & remouet sitim & tussim calidam, & lenit asperitatem pectoris, & omnem intestinorū siccitatem, & medet pleuritidi. Clarefiunt aut̄ iuleb & sirupi hoc modo, sume albumen unius ouī, sacchari lib. 1. aquę lib. 2. dissoluantur simul & concutiantur donec spumescant, & bulliant, & cum incipit nigrescere spuma, paulatim amoueat

amoueat, & fiet clarū. Præterea fit alio modo iuleb: Sume aquę rosatę lib. 3. sacchari lib. 2. & fiat iuleb, ut supra. Aut, R. succi rosarum lib. 3. sacchari lib. 2. fiat iuleb. Similiter potest fieri iuleb uiolatum, R. succi uiolarum lib. 2. sacch. lib. 2. fiat iuleb. Aqua mellis ualde humectat, & sitim mitigat, sedat tussim siccam & humidam, abstergit saniem pectoris, & phlegma mucosum, lauat intestina & uiscera, & uias urinę, & præseruat homines à calculis & colica; subtiliat, aperit, resoluit, & confert ægreditibus neruorum, & iuncturarum, quibus ex innata proprietate nocet uinum. Sume aquę fontis dulcis clarę lib. 8. mellis lib. 1. coquantur cum facilitate ad consumptionem quartę partis, & continue spumetur; quod si minus coquitur, magis humectat, lenit, & inflat. Sed magis cocta resoluit inflationes uentosas, digerit, nutrit, & minus humectat, & quandoq; aromatizatur cum nuce muscata, ligno aloës, uel speciebus aromaticis, zingibere, cinnamomo, croco, mace & similibus.

Mel rosatum plurimum confert stomacho frigido, digerit & abstergit humores phlegmaticos, calefacit, adiuuat digestionem, & nutrit. Et quandoq; fit cum rosellis, quę sunt rosę incomplete, maturę, quando incipiunt expandi, globosę, eligantur tantūmodo folia, & exponantur in umbra quindecim dies, super tabulas extense; postea terantur, & cum triplo mellis misceant. Et quandoq; fit cum succo rosarum, & interdum cum utroq; & semper mel sit triplū ad utrunq;: sed quando fit cum succo, plerunq; colatur coctum ad spissitudinem sirupi, & sic miscetur sæpe cum sirupo acetoso: & quandoque magis coquitur, & sicut electuarium assumitur. Mel uiolatum fit sicut mel rosatum, & habet uirtutem lenitiuam & absteriuam; & ideo plerunq; ponitur in clysteribus lenitiuis.

Sirupus acetosus simplex est optimus, & communis ad omnem materiã, ideo medici sæpius utuntur eo, & quod mirum est, digerit cholera, phlegma, & melancholiam, rationeq; aceti attenuat crassos humores, incidit uiscosos, duros, mollit ineptos, euellit, ubiq; penetrat, oppilationes aperit, prouocat urinam, putredini resistit, & corrigit malitiam humorum: & idcirco in febribus pestiferis iuuat. Sed ratione remissę frigiditatis, tenues & subtiles humorum partes inspissat, adęquat, calorem refrigerat, uiscera lenit, & sitim sedat, digerit ergo utranq; materiã, & maxime cholera, R. sacchari boni albi lib. 5. aquę fontis clarę lib. 4. coquantur claro igne absq; fumo, semper abiiciendo spumam, quousq; medieta aquę sit resoluta, deinde adde aceti, uini albi clari lib. 2. uel circa, secundum quod humores, ægritudo uel complexio requirunt plus uel minus aceti, & cum eo iterum coquantur, & usui referuetur. Sed sciendum est, quod acetum nocet stomachis debilibus & læsis, & apostematibus, & ægreditibus neruorum, & diluitur cum aqua endiuia uel simplici aqua contra cholera.

Sirupus acetosus ex radicibus compositus apprimè digerit cholera cras-

sam, difficilem, phlegmaticam: incidit enim, abstergit, & prohibet putredinem, corrigit malas qualitates, aperit oppilationes, urinam sudoremq; prouocat. Est sanè satis tēperatus & salubris, & frequenter eo indigemus & utimur: præsertim in principio febrium, quæ dependent à phlegmate cholericò, & propinatur cum melle rosato mixtus, & aqua fœniculi uel alijs dilutus: contra phlegma uiscosum additur acetū, sed sine aceto, ualet contra ægritudines neruorum, stomachi, uiscerum, & apostemata, R. aquæ fontis claræ lib. 10. radicū apij, fœniculi, endiuixæ añ. un. 3. seminum apij, fœniculi, anisi añ. un. 1. seminis endiuixæ un. s. coquantur faciliter ad consumptionem medietatis aquæ, postea addantur sacchari lib. 3. clarificet, & demum addantur aceti lib. 2. uel 3.

Oxymel simplex digerit malos humores diuersorum generum, in quibus superat phlegma: nam incidit, attenuat, & resoluit crassos humores phlegmaticos, qui sunt in stomacho, epate, iuncturis, & est efficax contra febres diuturnas, & conuenit in principio febrium phlegmaticarum, cū aqua fœniculi permixtum, R. aquæ fontis claræ dulcis lib. 4. mellis lib. 2. coquantur & spumentur, & addatur aceti lib. 1.

Oxymel compositum & sirupus acetosus de quinque radicibus digerit malos humores febrium cronicarū phlegmaticos, melancholicos, frigidos, crassos, mucosos, uel permixtos cum cholera crassa, quos quidē humores incidit, attenuat, & per urinam & sudorem resoluit, aperit enim & potenter discutit oppilationes stomachi & iecoris, febribusq; phlegmaticis quotidianis, quartanis, diuturnis, præcipue in earum declinatione, peculiariter medetur, R. corticum radicū apij, fœniculi, petroselinī, asparagi añ. un. 2. coquantur prædictæ radices aquæ lib. 12. & aceti lib. 1. ad consumptionem medietatis, deinde addatur aliquantulum mellis, & fiat sirupus. Sed quidam prædictam cōcoctionem faciunt tantummodo cum semine apij & fœnogreco. Et uterq; præparatus cum aceto, & sine aceto dicitur sirupus de quinque radicibus. Rursus quandoq; fit cum melle, & uocatur oxymel compositum, & quandoq; cum saccharo, & uocatur sirupus acetosus de quinque radicibus.

Sirupus denarij uel de bifantijs est maxime uirtutis contra febres compositas, difficiles & longas, quæ dependent ab humore cholericò mixto phlegmatico, digerit enim eos & aperit oppilationes, & discutit icteritiā. In febribusq; cholericis quæ prolongantur, conuenienter exhibetur post decimum diem, R. succi endiuixæ, apij añ. lib. 2. succi lupulorum, boraginis, buglossæ añ. lib. 1. parum bulliant, spumentur, & depurentur, sublataq; residentia, R. succi clari lib. 4. sacchari lib. 2. s. rite coquantur, & fiat sirupus.

Oxyfacchara digerit materias cholericas phlegmatici mixtas, quæ grauant stomachum, & præcordia, & faciunt tertianas duplas inordinatas, quas uocāt erraticas, & similes quartanis duplis, R. succi mali punici, id est uini granatorum dulcium uel acetosorum lib. 2. aceti lib. 1. sacchari libras tres, coquantur cum

cum facilitate in stannato super prunas semper cum spatula agitando donec recte coquatur.

Sirupus de endiuia simplex choleram digerit, maxime subtilem, acutam, calorem refrigerat, oppilationes aperit, omnemq; iecoris malitiam emendat, R. succi endiuie depurati lib. 8. sacchari lib. 5. & mediã, fiat rite sirupus quem cum aqua hordei uel endiuie dilutum propinabis.

Sirupus de endiuia compositus optimus ad eadem, R. succi endiuie, succi epatice utriusq; ad ignem clarificati, añ. lib. 3. rosarum, uiolarum, lenticulæ, aque florum nenufaris, polytrici añ. un. s. capilli ueneris, hordei excorticati, quatuor seminum communium frigidorum, añ. un. i. sacchari quantum sufficit, aromatizetur cum his speciebus, R. sandalorum alborum, rubeorū, berberis, seminum citoniorum, ligni aloës, cinnamomi, corticum citri añ. scrup. i. Quandoq; tamen preparatur sine his speciebus, & sic magis refrigerat: sed cum speciebus magis confortat cor, cerebrum, & reliquum corpus. Omni no uterq; refrigerat epar, & remouet eius oppilationes, & propinatur cum aqua endiuie, lupulorum, boraginis, uel buglossæ.

Sirupus uiolatus digerit materias cholericas, subtiles, refrigerat, humectat, lenit asperitates pectoris, & stipticitatem uiscerum mollit, curat tussim siccam, & maxime confert pleureticis, R. uiolarum un. 2. seminum citoniorum, maluæ añ. un. i. iuiubarum, sebestem añ. numero 20. coquantur in sex libris aque cucurbitæ, usq; ad tertiam partem sacchari lib. i. s. & rite fiat sirupus.

Sirupus iuiubinus raucedinem emendat, tenue sputum condensat, & facilitat, sitim mitigat, & breuiter, tussi, pleuresi, ardentiq; febris medetur, R. iuiubarum 60. liquiritie, hordei excorticati, añ. un. i. uiolarum, capilli ueneris, seminis maluæ, añ. drag. 5. papaueris albi, seminum citoniorum, melonum, lactuæ, draganti añ. drag. 3. coquantur in lib. 4. aquæ fontis, & cum libris duabus sacchari, fiat rite sirupus.

Sirupus ex liquiritia est temperate calidus, & plurimū ualet contra tussim, lenit & abstergit pectus & pulmonem, & expuere facit materiam phlegmaticam, R. liquiritiæ un. 2. capilli ueneris un. i. hyssopi siccæ un. s. infundantur diem & noctem in quatuor libras aquæ, postea coquantur ad consumptionē ferè medietatis, & super eius colaturam projiciantur sacchari, penidiorum, mellis, añ. un. 8. & fac sirupum.

Sirupus de hyssopo tusses difficiles & diuturnas curat, est parum calidior præcedenti, & magis aperitiuus, digerit materias phlegmaticas, quæ oppilat uias anhelitus, facilitat sputum, & anhelitum, cōfert asmaticis, & remouet dolores pectoris, capitis, & laterū, qui proueniūt à frigida tussi, R. passularū un. i. s. hyssopi siccæ, radicū apij, fœniculi, liquiritie añ. un. i. dra. 2. iuiubarū, sebestem añ. numero 30. carycarū, dactylorū pinguiū, añ. numero 10. capil. uen. dra. 6. hordei excorticati un. s. seminū maluæ, citoniorū, draganti drag. 3. infundant

in lib. 5. aquę, diem & noctem, & coquantur ad consumptionem medietatis, & cum duabus libris penidiorum fiat sirupus, qui conuenienter diluitur cum aqua pectorali, uel aqua hyssopi, prassij, scabiosę, uel concoctionibus pectoralibus.

Sirupus ex prassio plurimum aperit, incidit, subtiliat, mundificat, & expuere facit materias phlegmaticas, uiscosas, tenaces, catarrhales, & saniosas, quę congregantur in pectore & pulmone: & breuiter, constructus est contra difficiles tusses inueteratas, R. passularum unc. 4. prassij unc. 2. carycarum pinguium numero 16. hyssopi, capil. uen. añ. unc. 1. anisi, calamenthi, radicum apij, fœniculi, añ. drag. 5. seminis maluę, fœnogreçi, ireos, añ. drag. 5. seminum lini, citoniorum, añ. drag. 2. coquantur in lib. 5. aquę, donec cõsumantur 2. lib. & fiat sirupus cum penidiorum, mellis añ. lib. 2.

Sirupus de granatis acetosis refrigerat, & corrigit putridam choleram, clarificat sanguinem, & mitigat febrem & sitim, R. succi granatorum acetosorum purificati lib. 5. sacchari lib. 3. fiat sirupus. Simili modo fit sirupus ex granatis dulcibus, qui magis deletat & prodest pleureticis, ac cum aqua dilutus potest ad libitum, sicut iuleb, assumi.

Sirupus ex acetositate citri, febribus incensuis & pestiferis sanè medetur, refrigerat, & obtundit acuitatem cholere, & in estate plurimum ualet contra pestem: nam præseruat à putredine, confortat cor, mitigat sitim, & remouet uertiginem & ebrietatem, R. succi acetositatis citri lib. 12. & coquatur in uase uitreo paulatim super prunas ad consumptionem tertię partis, & coletur, & quiescat donec sequestretur residentia, qua dempta, R. huius succi clari lib. 7. iuleb rosati uel uiolati libras 5. coquatur donec inspissetur. In æstate autem potest exponi soli, donec consumatur aquositas. Sed omnino debet fieri cum maxima diligentia, quoniam rite factus est excellentis uirtutis.

Sirupus de papauere inducit somnum his qui non possunt dormire, sistit catarrhales destillationes, & condensat humores subtiles & acutos, tussim remouet siccam, & præparatos tuetur à phthisi. Sume seminis papaueris albi & rubei añ. un. 6. seminis lactuę un. 5. iuiubarum 30. seminis maluę, citoniorum añ. drag. 6. capilli ueneris, liquiritię añ. drag. 5. coquantur in lib. 5. aquę ad consumptionem medietatis, & addantur sacchari, penidiorum añ. un. 8.

Sirupus de succo herbe acetosę, quę dicitur acetosella, contra pestem plurimum ualet, refrigerat calorem febrilem, confortat cor, remouet syncopim & fluxum uentris, R. succi acetosę clari lib. 3. sacchari lib. 2. fiat sirupus. Si uero succus acetosę sine saccharo ad consumptionem tertię partis coquatur, & soli exponatur, fit similis rob de ribes.

Sirupus de portulaca inuentus est ad sedandam sitim, & refrigerandum calorem cordis, epatis, & estuosam inquietudinem, R. succi endiuie cocti & depurati lib. 4. seminis portulacę triti lib. 1. ponantur in olla diem & noctem infusa,

fusa, & cum facilitate coquantur ad consumptionem medietatis, & cum duabus libris sacchari, fiat rite sirupus.

Sirupus de agresta sedat nauſeam & uomitum, & fluxum, qui proueniunt ab acuitate & inflammatione cholere, repellit malos humores à stomacho, et peculiariter medetur prægnantibus, quæ frequenter stomacho laborant & mitigat sitim, R. agrestæ lib. 12. ponat in uase uitreo, & super prunas paulatim coquatur ad consumptionem tertiæ partis, & coletur, & quiescat quousque demittat residuam, qua ablata, R. agrestæ puræ lib. 7. iuleb rosati lib. 5. fiat sirupus.

Sirupus de myrto potenter stipticat, fluxumque uentris & uomitum apprimere compescit, destillationes acutas & falsas, quæ à capite in præcordia descendunt, obtundit, sistit, tussim remouet profluuijs menstruorum medetur, & urinæ frequenter minctæ: qui enim non possunt continere urinam, aut fluxum excoriatiuum uel diariam patiuntur inueteratam, hoc sirupo faciliter curantur. Sume succi granorum mirti lib. 12. coquatur faciliter in uase uitreo, positus super prunas ad consumptionem tertiæ partis, coletur & permittatur facere residentiam, qua dempta, R. succi depurati lib. 7. iuleb rosati lib. 5. fiat sirupus.

Miua cotoniorum est ualde stiptica, fluxum uentris & uomitum statim sedat, gustum excitat & appetitum, cibum digerit, confortat stomachum, epar, & omnia uiscera ægritudinibus debilitata, corroborat, R. succi cotoniorum lib. 10. paulatim coquatur in olla, semper auferendo spumam, usque ad consumptionem medietatis, coletur & tres horas quiescat, & subtrahatur residentia, R. succi clari lib. 4. uini boni odoriferi tantundem, mellis spumati lib. 5. coquantur simul semper auferendo spumam, donec inspissetur. Et quidam loco mellis ponunt saccharum, & est melius contra febres: præterea quandoque conditum cum speciebus aromaticis eiusmodi, R. cinnamomi, cardamomi maioris, quod est granum paradisi, añ. drag. i. s. gariophylorum drag. i. zingiberis, mastichis, ligni aloës, macis, añ. scrup. 2. grana 5. croci drag. i. s. omnia præter crocum terantur parumper, & in panno posita suspendantur in ipsa miua, & fricentur sepe sepius, quousque coquatur miua & inspissetur, postmodum aromatizetur cum galliæ muscatæ drag. i. s. uel cum pauco musco.

Sirupus de menta parum calefacit, sed multum confortat stomachum debilem & languidum, caloremque naturalem & digestiuam restaurat, nauſeam, uomitum, fluxum uentris & singultum sedat, R. succi cotoniorum dulcium, & acrium, succi granatorum dulcium, acrium, & mediocrium añ lib. i. s. quibus infundatur mentæ siccæ lib. i. s. rosarum un. 2. & dimittantur diem & noctem, deinde coquantur paulatim, quousque redeat ad quatuor libras, R. huius colaturæ lib. 4. sacchari lib. 2. fiat sirupus.

Sirupus de absinthio est compositus ad restituendum gustum, confortat stomachum & epar, & remouet eorum dolores & uiscerum debilitatem & languorem, amarus sanè est, sed ualde excitat appetitum, R. absinthij lib. 1. ros.

un. 2. spicæ un. 3. uini boni odoriferi, succi cotoniorum añ. lib. 2. s. infundant in uase lapideo diem & noctem, postea claro & lento igne coquantur ad consumptionem ferè medietatis & cum mellis lib. 2. fiat sirupus.

Sirupus de fumo terre datur contra scabiem, prurimum, impetiginem: digerit enim malos humores, falsos, adustos, qui faciunt scabiem, & ulcerat cutim lenit uentrem, cōfortat stomachum & iecur, remouet oppilationes, & sanguinem infectum ad synceritatem reducit, R. myrabolanorum citrinorū, chebulorum añ. 20. florum boraginis, uel buglossæ, uiolarum, absinthij añ. un. 1. liquiritiæ, rofarum añ. un. s. epithymi, polypodij añ. drag. 7. prunorum centū, passularum lib. s. tamaricum, cassiæ nouiter extractæ añ. unc. 2. aquæ lib. 10. coquantur donec redierint ad lib. 3. R. huius colaturæ lib. 3. succi fumiterre cocti, depurati sacchari añ. lib. 3. fiat sirupus.

Sirupus de thymo potenter calefacit, curat tusses & alias ægri tudines frigidas, digerit enim malos humores pectoris, frigidos calefacit, & confortat pectoria, R. extremitatum thymi un. 2. calamenti, mentis sicce añ. drag. 5. anisi, foeniculi, apij, dauci añ. un. s. passularum un. 4. s. coquantur in sufficienti aqua, & cum lib. 2. mellis, fiat sirupus.

Sirupus de calamento confert spleneticis, & attenuat splen tumidum, calefacit frigidos & senes, digerit humores phlegmaticos & melancholicos, tenaces & uiscosos, & curat tusses inueteratas, & asma senum, R. calamenti domestici & syluestris añ. un. 2. ligustici, dauci, squinanti añ. drag. 5. passularum lib. s. coquantur in sufficienti aqua, & cum libris duabus mellis fiat sirupus.

Sirupus spleneticorum est efficacissimus contra febrem quartanam & ægri tudines omnes melancholicas, digerit enim melancholiam crassam, duram, adustam, & malos humores mollit & resoluit, poros potenter aperit, splen tumidum discutit, tristitiam, timorem, & insaniam melancholicam sedat, R. capilli ueneris, radicum buglossæ domesticæ & syluestris & earum flores, polypodij, epithymi añ. un. 1. folliculorum sene, chamæpyteos, sticados añ. drag. 7. fumiterre drag. 6. eupatorij un. s. chamædreos, squinanti, ellebori nigri, añ. drag. 3. succi pomorum dulcium un. 8. omnia præter epitlymum & succū pomorum, bulliant in lib. 4. aquæ ad consumptionem medietatis, postea addat epithymum & succus pomorum prædictus, sacchari lib. 2. fiat sirupus.

Sirupus de epithymo datur contra scabiem difficilem, inueteratam leprā, cancrum, & fistulas, digerit materiam melancholiam, falsam, adustam, & corrosiuam, quæ inficit & ulcerat cutim, & facit amplas crustas, siccas aperit oppilationes, prouocat urinam, & mollit aluum, R. epithymi un. 2. s. myrabolanorum citrinorum, indorum, emblicorum bellirycorū, thymi, calamenti, buglossæ, liquiritiæ, polypodij agarici, sticados añ. un. 2. muscatæ, fumiterre añ. un. 1. drag. 2. rofarum, seminis foeniculi, anisi, añ. un. 2. s. prunorū 20. passularum un. 4. tamarindorum un. 2. s. coquantur in sex libris aquæ ad consumptionem

ptionem



ptionē medietatis, & cū lib. 3. sacchari, & lib. 2. rob. uini, id est, saps, fiat sirup.

Sirupus de eupatorio maxime aperit oppilationes, & pallentibus morbis peculiariter medetur, sanat febres diuturnas, & croceum corporis pallorem & tumorē discutit, hydropisimq; & uentositates resoluit, calefacit stomachū, epar, intestina, & eorum dolores mitigat, R. radicum apij, fœniculi, endiuie, liquiritie, squinanti, absinthij, rosarum, añ. un. 2. capilli ueneris, spine albe, florum buglossæ, anisi, fœniculi, eupatorii añ. drag. 5. rheubarbari, mastichis añ. drag. 5. spice, azari, macis añ. drag. 2. coquantur in libris aquæ 8. ad consumptionem tertie partis, & cum quatuor lib. sacchari, fiat sirupus, & adde succi apij & succi endiuie quod sufficit.

Spina alba est arbutū quod facit multos ramos, sed non crescit supra quinque pedes, eius lignum declinat ad albedinem, & habet spinas longas, acutas, & ualde pungitiuas: sed folia presertim teneriora ingrediuntur in hunc sirupum, quæ sunt tenera & sapiunt gustui.

Sirupus stichados exhibetur cōtra egritudines neruorum frigidas, paralysis, epilepsiam, spasmus, mollificationem, & obliquitatem oris, ualde calefacit, & cōfert senibus, qui à catarrhis infestantur, R. foliorum stichados, passularū añ. un. 2. serpylli, calamenti, origani añ. drag. 5. anisi, pyrethri añ. drag. 5. s. piperis longi drag. 1. s. zingiberis drag. 1. coquantur in sufficienti aqua ad consumptionem medietatis, & cum lib. 5. mellis fiat sirupus, & aromatizetur cū cinnamomi, calami aromatici, spice croci, zingiberis, piperis nigri & longi añ. drag. 1. s. ligatis in panno lini raro, suspenso in medio sirupo, & cum decoctione spice, florum roris marini, uel saluie diluatur.

Sirupus de artemisia medetur passionibus matricis, & retinet eam in proprio loco, resoluit frigiditatem, uentositatem, & dolores, corroborat neruos, aperit poros, sanguinem corrigit, menstruis imperat & prouocat, R. artemisie manipulos duos, calamethi, saturæ, origani, thymi, tamaricis, stichados añ. manipulum unum, florum camomille, meliloti, maioranæ, florum roris marini añ. un. 1. purpure marine, calami aromatici, macis añ. drag. 5. chamædros, matricarie minoris, betonice, abrotani manipulum mediū, acori, prassij, foliorum maiorum rubeæ, sileris mōtani spice celtice añ. un. s. azari, squinanti, anisi, fœniculi, apij añ. drag. 2. fiat decoctio in sufficienti aqua ad consumptionem medietatis, & cum sufficienti melle, fiat sirupus.

Sirupus matricis plurimum ualet contra uitia matricis, repellit malos humores, qui regurgitant ad stomachum, sedat nauseam & uomitum, calefacit stomachum, aperit oppilationes, prouocat menstrua, resoluit spermata, reprimat cupiditates uenereas, digerit malos humores phlegmaticos, corrigit sanguinē, & sedat dolores matricis, R. matricarie, carpobalsami, calami aromatici, ligni balsami, sileris montani, cassie lignee añ. un. s. anisi, fœniculi, pullegij, origani, calamenti, roris marini, serpylli añ. manipulum unum, seminis

agnicalli muscate drag. 3. ligni aloës, cinnamomi añ. drag. 2. radicū mandragoræ hyosciami añ. drag. 1. coquantur in sufficiente aqua ad cōsumptionem medietatis, & cum sufficiente melle fiat sirupus.

Acetum squilliticum & oxymel squilliticum, partim propter saporis ingratitudinem, partim propter paruam utilitatem, quæ potest provenire ratione loci, ubi nascitur squilla, nostris temporibus ferè aboleuit. Sed apud ueteres fuit celeberrimum, & ægritudinibus frigidis ferè omnibus peculiariter medebatur, epilepsiæ, uertigini, gingiuis, & corrosis dentibus infirmis, foetido & difficili anhelitui, raucedini, tussibus alijsq; uitijs pectoris, pulmonis, epatis, stomachi, splenis, & præcipue lapsæ & debili uessicæ, quæ non retinet urinam, præfocationibus cæterisq; uitijs matricis. Et acetum fit hoc modo, R. cortices seu laminas squillæ, & cū stylo ligneo acuto sue eas in filo disiunctas, & sic dies quadraginta siccant in umbra, postea cōminue eas cū incisorio ligneo in parua frustra, & in qualibet libra huius squillæ misce aceti lib. 8. in uas uitreū parui orificij, & cū cera obstructū, totidem quadraginta diebus soli exponat & coletur, & reponatur. Quantitas aut potiois eius est à media uncia usq; ad unam in mane ieiuno stomacho, uel post cœnam in ægritudinibus capitis.

Oxymel squilliticū est melius ad omnia quæ de eius aceto diximus, R. mellis spumati lib. 3. aceti squillitici lib. 2. coquatur rite donec inspissetur & spumetur. Itidem acetum si in oxymelle composito, uel sirupo de quinque radicibus loco aceti communis poneretur, fieret oxymel squilliticum compositum.

Succus herbe acetosæ ad spissitudinem coctus, cor & stomachum confortat, calorem remittit, sitim sedat, à peste liberat, & uenenosæ eius putredine sistit, uomitum & fluxum cholericum constringit, & fit hoc modo, ut diutius conseruetur, R. succi herbæ acetosæ lib. 6. coquatur lento & claro igne ad consumptionem tertiæ partis, coletur & abiiciatur residua, atq; iterum in uale uitreo leuiter coquatur, donec inspissetur: sic etiam fit & conseruatur succus ribes, & est consimilis uirtutis. Similiter coquit mustū, & fit sapa, quæ est stiptica, & cōfortat stomachū & intestina. Cōsimiliter fit agresta cocta & succus de corneis, q est ualde cōstrictiuus, & debet extrahi succus quādo incipiūt maturescere. Similiter possunt fieri ex piris, persicis, malis apijs, decijs, et reliquis pomis, sicut de amariolis, cerasis, qui est optimus & delectabilis sapor.

Concoctio communis temperata, qua medicinæ solutiuæ dissoluuntur, & sirupi diluuntur, R. prunorum decem, hordei, liquiritiæ, passularum, anisi fœniculi añ. un. mediam, florum buglossæ, boraginis añ. drag. 1. s. coquantur in libris tribus aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & cōseruatur infra quindecim dies.

Cōcoctio communis parum frigidior prædicta, tempore æstiuo utenda in dissoluendis medicinis, & lymphandis sirupis, R. passularum, liquiritiæ, prunorum, iuiubarū enucleatarū, uiolarū, hordei mundi, quatuor seminū frigidorum

dorum mundatorum añ. drag. 2. coquantur in sufficiente aqua, ut supra.

Concoctio pectoralis communis, quæ est potus tussientium, lenit & humectat pectus, digerit materiam, faciliat sputum, & sedat tussim, R. carycarū pinguium un. s. dactylorū, iuiubarum añ. drag. 2. marrubij, hyssopi, capilli ueneris, passularum, liquiritiæ rasæ, uel contusæ, seminis apij, fœniculi, hordei añ. drag. 2. coquantur in lib. 12. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & pro febre phlegmatica & egritudine frigida coquatur in eis mellis un. 1. & cum hac concoctione diluantur sirupi & medicinæ.

Concoctio ex marrubio efficacissima cōtra asma & tussim, dilatat uias anhelitus, abstergit excrementa mucosa, & mirum in modum faciliat anhelitū, R. marrubij uiridis, chamædreos añ. manipulū 1. & mediū, coquantur in sufficiente aqua ad cōsumptionem tertię partis, R. huius colaturę lib. 1. succi marrubij un. 5. mellis un. 2. stichados triti un. s. coquatur simul mediocriter, & da un. 4. quotidie in aurora tepidas. Melicratum est uinum cum melle uel saccharo, & speciebus aromaticis conditum, quod uulgares Itali chiarieram uocāt, est potus ualde delectabilis & suauis, calefacit, & confortat stomachum frigidum, lapsum, epar, & omnia intestina: sed nostris temporibus sæpius ad uoluptatem quàm ad utilitatem hyberno natali potatur, & plerunq; in bacchanalibus crapulantium reperitur: foetidum anhelitum corrigit, & facit pulchrū colorem, R. uini optimi lib. 10. mellis spumati lib. 2. uel sacchari lib. 1. & lento & claro igne modicum coquatur, postea desuper projice has species medio, critter contusas R. cinnamomi drag. 2. gariophylorū, zingiberis, ligni aloës, macis añ drag. 1. cardamomi drag. s. croci, spicæ utriusq; scrup. 1. postea coletur cum panno denso, & si libet aromatizetur cum modico musco.

De electuarijs lambendis.

Cap. 11.

**R**osequemur de electuarijs lambendis, quę partim digerunt & partim euacuant excrementa quę congregantur in pectore.

Diadragantum est peculiare remedium calidę & siccę tussis, & pleuretis, lenit asperitatem linguę, gutturis, & totius pectoris, sputū & anhelitū faciliat, discutit apostema pleureticū, mitigat febrem, & restaurat phthisicos & cōsumptos, R. draganti albi drag. 2. gummi arabici albi un. i. drag. 2. amyli un. s. liquiritię, seminum melonis, cucumeris citrulli, cucurbite añ. dra. 2. camphorę scrup. s. penidiorum un. 5. confice cum saccharo & aqua uiolata, & fac confectionem in forma solita, & lambatur.

Diapapauer inducit somnum & quietum soporem ijs qui propter inquietudinem, calores, febres, uel dolores non possunt dormire, sistit acutos catarthos, qui minantur phthisim, tenues humores ingrossat, tussim siccam sedat, & humectat pectus, mitigat sitim, reficit extenuatos, & acutas febres refrigerat & sanat, R. seminis papaueris albi, penidiorum utriusq; un. 2. s. succi liquiritię, draganti, gūmi arabici, amygdalarū dulciū, mundatarū añ. un. 1. dra. 2.

L 5

feminum melonis, citrulli, cucumeris, cucurbitæ, lactuce, malue añ. un. 1. amyli, feminum portulacæ, citoniorum añ. drag. 5. confice cum sirupo uiolato, & capiatur paulatim lambendo. Eucodiũ digerit & refrigerat materias acutas, cholericas, mitigat dolores, æstus, inquietudines, febres cholericas, æstius pleureses, sedat tussim siccam & sitim, & humectat thoracem, & prouocat somnum, R. papaueris albi un. 3. drag. 1. amygdalarum dulcium, granorum pini, gũmi arabici, draganti, succi liquiritiæ añ. un. 1. drag. 2. amyli feminis portulacæ, feminis lactuce, feminis citoniorum añ. un. s. croci drag. 1. penidiorũ un. 4. confice cum sirupo de papauere, & capiatur lambendo.

Electuarium lambendum ex semine citoniorum confert hecticis & phtisicis, & conualescentes restaurat & extenuatos, mundificat thoracem, & educit materias saniosas, & alia excrementa quæ faciũt tussim, lenit asperitates pectoris, & faciliat anhelitũ, R. feminũ citoniorũ, citrulli, amyli, draganti, gũmi arabici añ. dra. 6. papaueris albi, spodij, feminis lini torrefacti, croci, amygdalarum dulcium añ. dra. 3. granorũ nasturtij coctorũ, amygdalarũ amaranũ, farine fabarum añ. dra. 1. s. penidiorũ un. 6. & cũ aqua fontis fiat electuarium.

Diamylum lenit asperitates pectoris, & mitigat eius dolores, faciliat sputum, & sanat pleuresim, R. farine amyli, succi liquiritiæ añ. drag. 2. s. draganti, cimini, sceniculi añ. drag. 2. hyssopi siccæ, capilli ueneris, dactylorum feminis, cucurbitæ, melonis, citrulli, cucumeris añ. drag. 1. feminis urticæ, ireos añ. scrup. 1. penidiorum un. 5. confice cum sirupo uiolato.

Electuarium sanum lambendum exploratum est cõtra tussim frigidam, & raucedinem uocis, digerit, & facile expuit phlegma uiscosum, & est efficacissimum cõtra tussim, R. iuiubarum, sebesten añ. 30. passularum carycarum, dactylorũ añ. un. 2. scenogreci drag. 5. capilli ueneris manip. 1. cinnamomi, hyssopi siccæ, liquiritiæ, anisi, sceniculi, ireos, calamenthi, feminis lini añ. un. s. coquantur simul in libris quatuor aquæ ad consumptionem medietatis, R. prædictæ cõcoctionis lib. 2. penidiorũ, tantundẽ, pineorũ mundatorũ drag. 5. amygdalarum dulcium mundatarum, liquiritiæ, draganti, gummi arabici, amyli añ. drag. 3. ireos drag. 2. coquantur ad spissitudinem, & capiatur lambendo.

Diapenidion constructum est contra uitia pectoris & pulmonis, humectat & abstergit anhelitus, faciliat sputum, remouet tussim & raucedinem, & cõfert phtisicis, R. penidiorum, zingiberis, succi liquiritiæ, draganti, gummi arabici, amyli, feminum citrulli, melonũ, cucumeris, cucurbitæ añ. drag. 1. s. camphoræ grana 7. confice cũ hoc sirupo uiolato, fac bullire in una lib. aquæ tres uncias florum uiolarum, quousq; aqua aliquatulum tingatur, & coletur, & colaturæ addatur sacchari lib. 1. & iterum bulliat donec incipiat inspissari, & tunc proijciantur in eum semina communia prædicta, semper cum spatula agitando, deinde penidia in eo dissoluantur, & addatur camphora, & reliqua secum misceantur, & in mortario conficeantur.

Diapintum

Diapinū expuere facit materias phlegmaticas & uiscolas, sanat tussim inueteratam & asma, & contra hæc est efficacissimum, & plurimum ualet, R. pinorum un. 3. drag. 6. amygdalarum dulcium, auellanarum assatarum, draganti, gummi arabici, succi liquiritiæ, amyli, capilli ueneris, ireos añ un. s. dactylorum un. 4. s. amygdalarum amararum drag. 3. butyri recentis, sacchari albi, mellis, passularum añ. un. 4. confice cum melle & capiatur lambendo.

Mel passularū sic fit, R. passularū un. 8. aque lib. 2. coquant ad cōsumptionē ferè aque, hoc est, ad cōsumptionē medietatis, et postea fortiter exprimant, recipe huius decoctiōis lib. 1. mellis spumati lib. 2. & simul sufficiēter coquant.

Electuarium ex amygdalis prodest his qui patiuntur tussim siccam, nam lenit, humectat, & abstergit thoracem, excrementa extrahit, & faciliat anhelitum, R. amygdalarum dulcium, & amararum excorticatarū, seminis lini torrefacti, granorum pini, anisi, draganti, gummi arabici, succi liquiritiæ, & radicū eius añ. drag. 1. s. sacchari, penidiorum utriusq; un. s. succi apij, fœniculi, utriusq; depurati un. 1. mellis despumati quod sufficit.

Electuarium ex pulmone uulpis abstergit & consolidat ulcera pectoris & pulmonis, & præferendū est alijs remedijs in phthisi, R. pulmonis uulpis præparati, succi liquiritiæ, capilli ueneris, seminis fœniculi añ. un. s. confice cum melle rosato uel sirupo myrtino. Pulmo uulpis sic præparatur, scinditur per uenas recens, & lauatur cū uino calido, & inuolutus absinthio ponatur in olla in furno mediocriter calido, & sic exiccatus extrahatur antequam aduretur.

Electuarium thoracis curat tussim phlegmaticam, lenit asperitatem pectoris, abstergit eius excrementa, dilatat anhelitum & calefacit, R. draganti triduo in aqua infusi un. 3. hyssopi, prassij, serpylli, calamenthi, cinnamomi añ. un. s. zingiberis, cymini, succi liquiritiæ añ. drag. 1. s. cōfice cum melle despumato, & da drag. 2. in mane & in meridie, & tantundem in sero ante cœnam.

Electuarium ex serpyllo digerit, abstergit, & è pectore ducit materias phlegmaticas, saniosas, & curat tussim & phthitim, R. serpylli, hyssopi, ireos añ. un. 1. confice cum melle, uel saccharo rosato, & da drag. 2. ter in die cum aqua mellis.

Electuarium ex semine lini optimum contra tussim, præsertim puerorum; nam lenit, abstergit, & sedat dolores pectoris, R. farine seminis lini un. 2. confice cum melle.

Electuarium irinum faciliat sputum, expuere facit humores uiscosos & saniam, & sanat ulcera pulmonis. Sume ireos, croci, mirrhæ, cinnamomi, granorum pini, gummi arabici, terebenthinæ resinæ añ. un. s. cassiæ fistulæ, dactylorum añ. drag. 3. costi drag. 2. spicæ drag. 1. galbani scrup. 2. mellis ad spissitudinē cocti circiter lib. 1. cui primū addat terebenthina resina seorsum ad spissitudinē cocta, postea galbanū in illis bulliat, demū reliqua, & fiat electuarium.

Electuarium ex squilla digerit & educit materias frigidas, grossas, & ui-

scolas, sedat dolores pectoris, & laterum, & est efficacissimum contra perpetuas tusses & asmata senum, R. succi squille, mellis despumati, utriusq; lib. 2, & coquantur ad spissitudinem. Succus autem ex squilla sic extrahitur, munden- tur cepæ, squille cū cultello ligneo, & circudentur pasta frumenti, & coquan- tur in furno donec sit cocta illa pasta, qua dempta cepæ in mortario lapideo ca- lido cum pistillo ligneo calido contundantur, & cum panno lini subtili forti- ter exprimantur & succus extrahatur. Electuarium de squilla cōpositum ualet contra tussim inueteratam, & asma difficile, attenuat enim crassos humores, uiscosos, quos expuit & faciliat anhelitum: sed est amarum, & gustui nō gra- tum, sicut proximū superscriptum, R. succi squille, ut supra, coctæ un. s. ireos drag. 2. hyssopi, prassij añ. drag. 1. mirrhæ, croci añ. drag. s. cōfice cum melle, & paulatim lambatur.

Diamoron est optimum & peculiare remediū anginæ & tumoribus in- trinsecis, gulæ, uuas prolixas subleuat: maxime sistit catarrhos, abstergit phle- gma uiscosum, & excrementa educit, quæ obstruunt guttur, & præfocant & resoluit anginam, R. succi mororū rubi lib. 1. succi mororū lib. s. mellis lib. s. sapæ un. 3. coquantur simul ad spissitudinem sirupi, & ad usum conseruetur: fiunt enim cum eo gargarissmata dissoluto cum cōcoctionibus rosarum, hor- dei, & similibus. Mora autem sint mediocriter matura.

Succus uiridium corticum nucum cū subduplo mellis ad spissitudinem co- ctus sistit destillationes acutas, calidas, quæ impediūt anhelitum, & præfocant, & resoluit anginam & pleuresim, gargarissatus cū decoctionibus appropria- tis. Vnde si opus fuerit mulieribus uel pueris, & qui habent humidam cōple- xionem, dissoluatur prædictus succus cum aqua cocta tepida, & fiant garga- rissmata. Sed reliquis uiris si egritudo fuerit in principio, dissoluatur cum de- coctione rosarum, uel balaustrarum. Et si fuerit in statu, addatur modicum cro- ci & myrrhæ: at in declinatione salis nitri uel aliquid salis harmoniaci, & fiant gargarissmata, quæ erunt optima ad ea quæ diximus, fit autem huiusmodi suc- cus, & extrahitur ex corticibus nucum in mense Iulio.

## De pillulis.

## Cap. III.



Illule alephagine sunt debilis & tardæ solutionis, sed maximi iu- uamenti, omnino aliqua ex parte soluunt humores crassos, me- lancholicos, phlegmaticos, putridos, & prohibent augmentū eorum, mundificant stomachum, caput, & organa sensuum, ea- demq; confortant, & digestiuam augent, quàm salubres sunt, & qui eis utunt sanitatem conseruant, & amissam recuperant, & ualent contra quartanam, R. absinthij, succi rosarum añ. un. 5. cinnamomi, cubebæ, ligni aloës, calami aro- matici, macis, nucis muscate, cardamomi, gariophylorum, azari, mastichis, squinanti spice, carpobalsami añ. un. 1. contundantur aliquantulum, & infundan- tur in libras duodecim aquæ, & coquantur ad cōsumptionem duarum tertia- rum,

rum, deinde manibus fricentur, & exprimantur, postea sume aloës succi citri-  
ni lib. 1. & lauet sepius aqua pluuiali, & dimittat exsiccare, postea super ipsum  
infundantur prædictæ colaturæ circiter lib. 2. & terantur in sole, & addat myr-  
rhæ, mastichis añ. drag. 5. croci drag. 3. Rursum fundatur super ea residuum  
expressionis prædictæ, & continue terantur, donec exiccentur, & fiant pillu-  
læ, de quibus capiatur drag. 1.


Pillulæ hierę simplicis purgant stomachum, caput, epar, renes, matricem,  
iuncturas, resoluunt malos humores phlegmaticos, & remouent eorum egri-  
tudines: nam incidunt, attenuant, & abstergunt uiscosos humores, calefaciunt  
& exiccant, aperiunt poros, reddunt spiritus, synceros acuunt sensus, & sunt sa-  
luberrimę, R. cinnamomi, mastichis, azari, spice, carpobalsami, croci, ligni  
aloës, cassię lignę añ. drag. 2. aloës un. 4. fiant pillulæ cum melle rosato uel  
aqua bdellij, aut aqua draganti, & dantur in quãtitate drag. 1. uel drag. 1. s. ho-  
ra eundi dormitum uel in matutinis. Ex iisdem quoq; speciebus hierę compo-  
nitur electuarium cum melle quod mittitur in clysteribus, quia per os est ama-  
rum & gustui ingratum.

Pillulę de hiera cõpositę purgant & cõfortant stomachũ, caput, & organa  
sensuum, & fortius educunt humores phlegmaticos, à membris remotis, R.  
aloës epatici un. 1. drag. 5. cinnamomi, spice, costi, squinanti, ligni balsami, cas-  
się lignę, mastichis, azari, rosarũ, absinthij, agarici, colocynthę, turbith, bde-  
lij añ. dra. 1. fiãt pillulę cũ sirupo de stichados, & da dra. 1. quãdo itur dormitũ.

Pillulę Assageret sunt optime ad stomachũ & caput, purgant enim & con-  
fortant membra nobilia, & prohibent ascensum malorum humorũ, & pecu-  
liariter medentur catarrhis & ægri tudinibus capitis senum, R. cinnamomi,  
azari, spice, carpobalsami, croci, ligni aloës, cassię lignę añ. drag. 1. mastichis  
drag. 5. myrabolanorum citrinorum un. s. aloës epatici un. 2. fiãt pillulę cum  
sirupo destichados. Sed quia sunt debilis solutionis his & alijs addat duodeci-  
ma pars diagridij, & sumatur drag. 1. quando itur dormitum.

Pillulę salubres præseruãt homines ab omni ægri tudine, & purgãt omnes  
malos humores, & maxime phlegmaticos, confortant stomachum, cerebrũ,  
& reliqua membra principalia, R. cinnamomi, spice, croci, squinanti, costi, a-  
zari, cassię lignę, ligni aloës, carpobalsami, absinthij, epithymi, stichados, ro-  
sarũ, rheubarbari, turbith, mastichis, trochiscorum colocynthę añ. drag. 1.  
diagridij drag. 3. aloës un. 2. s. fiãt pillulę cum uino optimo, & sumat drag. 1.

Pillulę ex absinthio parum aut nihil soluunt, sed ualde confortant stoma-  
chum, & inuentę sunt ad excitandum gustũ, & reducendũ appetitum, R. ab-  
sinthij un. s. cinnamomi, macis, gariophylorum, galangę, nucis muscatę, zin-  
giberis, cardamomi, anisi, ligni aloës, corallorum rubeorum, rosarum, rheum-  
barbari añ. drag. 1. spice drag. s. aloës un. 2. fac massam cum uino, & da drag. 1  
per duas horas ante prandium, & tantundem ante cœnam,

 Pillulæ communes sunt saluberrimæ contra pestem, conseruant enim bonos humores & sanitatem, & resistunt putredini, & humores corruptos expellunt, sed sunt debilis & facilis solutionis, nam purgant sine molestia & lesione, R. myrrhæ, croci añ. drag. 1. aloës drag. 2. alij addunt mastichis drag. 1. ad confortationem stomachi, & tantundem boli armeni, & in simili proportione dupla addunt aloë: qui si lauetur cum aqua endiuie, magis confortat & minus soluit, & fiat pillulæ secundū magnitudinē ciceris cum uino, & da drag. 1.

Pillulæ turbithinæ leuiter soluunt phlegma à capite & stomacho, & qui eis utitur præseruatur à morbis phlegmaticis, R. turbith un. 1. drag. 2. zing. rosa rum añ. drag. 3. mastichis un. s. aloës un. 2. s. fiant pillulæ cū succo absinthij, & da drag. 1. circa mediam noctem.

Pillulæ mastichinæ præseruant stomachū ab omni ægitudine, leuiter purgant, & maxime confortant, & non permittunt humores corrumpi: & qui eis utuntur, præseruantur à doloribus stomachi, capitis, uentris, & matricis: cōferunt tristibus & melancholicis, & uitia matricis corrigunt, R. aloës un. 1. dra. 2. mastichis un. s. agarici dra. 3. fiat pillulæ cū uino cocto, quod dicit sapa.

Pillulæ stomachicæ purgant choleram, phlegma, & melancholiam à stomacho, capite, epate, & organis sensuum, & iuncturis: præseruant bonos humores à corruptione, & resistunt catarrhis, R. pil. hierę simplicis un. 1. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum, absinthij, diagridij añ. un. 3. zingiberis, epithymi, anisi añ. dra. 2. s. agarici, salis indi añ. dra. 2. turbith un. 1. drag. 2. fac pillulas cum succo scariole.

Pillulæ aggregatiuæ quàm pluribus malis medentur, nam purgant omnes malos humores, cholericos, phlegmaticos, & melancholicos, & sanant eorū ægitudines & febres longas, periodicas, & clarificant sanguinem, spiritum, & sensus R. myrabolanorum citrinorum, rheubarbari añ. un. s. succi eupatorij, succi absinthij añ. drag. 3. myrabolanorum chebulorum, indorum, agarici, colocynthę, polypodij añ. drag. 2. mastichis ros. salis gemme, epithymi, anisi, zingiberis añ. drag. 1. aloës, turbith, diagridij añ. drag. 6. fac pillulas cū electuario succi rosarum, & da drag. 1.

Pillulæ imperiales modicum soluunt, & plurimum confortant stomachū, & omnia intestina frigida, muniunt uirtutes naturales, remouent frigiditatem, clarificant sanguinem & spiritū, R. cinnamomi, amomi, anisi, mastichis, zingiberis, cardamomi, ros. zedoariæ, macis, nucis muscatæ gariophylorū, croci, cubebę, ligni aloës, turbith, manne, agarici, sene, spice, myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum, bellirycorum emblicorū añ. scrup. 1. rheubarbari un. 1. aloës un. 2. fac massam teretem cū sirupo uiolato, & da drag. 1.

Pil. ex spica sunt salubres & efficaces cōtra oppilationes et earū morbos: nā aperiuūt oppilationes splenis, epatis, & stomachi, & sanāt febres cronicas, icteritiā, & hydropisim, sed parū soluunt, nisi addatur diagridium, R. spice nardi drag. 5.



dra. 5. rheubarbari, agarici, epithymi añ. un. s. costi, mastichis, chamedreos, amomi añ. drag. 3. spice celtice, croci añ. drag. 2. mirrhe, cinnamomi, gario phylorum, squinanti añ. drag. 1. aloës un. 1. drag. 2. fac pillulas cum uino.

Pillulæ eupatorij sunt debilis solutionis, sed remouent oppilationes, & earum morbos, icteritiam, febres longas, periodicas, & dolores capitis, R. myrabolanorum citrinorum, succi eupatorij, succi absinthij, rheubarbari añ. dra. 3. mastichis añ. drag. 1. croci drag. s. aloës drag. 5. confice massam teretem pro pillulis cum succo endiuie.

Pillulæ aperitiue remouent oppilationes epatis, splenis, & purgant malos humores, uiscosos, & duros, & sanant febres inueteratas, icteritiam, & hydropisim, R. harmoniaci, serapini, bdelij, turbith myrabolanorū citrinorum añ. drag. 5. rheubarbari añ. un. s. aloës drag. 5. gummi arabici, opoponaci añ. drag. 2. mastichis drag. 1. spice scrup. s. dissolue gummi cū uino, & fac pillulas.

Pillulæ ex rheubarbaro expellunt malos humores simplices, mixtos, uiscosos, & corruptos, remouent oppilationes, febres cronicas, morbos epaticos, & cauent hydropisim, R. hierę simplicis un. 1. drag. 2. trochiscorum diarhodon un. s. rheubarbari drag. 3. myrabolanorum citrinorum drag. 2. s. succi absinthij, succi liquiritie, mastichis añ. drag. 1. seminis apij, sceniculi añ. drag. s. fac pillulas cum aqua sceniculi.

Pillulæ ex lacca soluunt malos humores diuersarum specierū, mixtos aperiant poros, curant morbos oppilationum, febres longas, dolores epatis, & hydropisim, R. hierę picre drag. 5. lacce ablute, absinthij & succi eius, succi eupatorij, aloës, myrabolanorum citrinorum, rheubarbari, mastichis, croci, anisi, azari, cassie fistule, seminis fumiterre añ. drag. 2. confice cum succo solatri, & da drag. 1. s. Si uero tussis coniungatur febre, adde succi liquiritie un. s.

Pillulæ diarhodon digerunt & euacuāt malos humores, phlegmaticos stomachi & intestinorum, aperiant oppilationes, sanāt phlegmaticas febres, sed potissimum confortant stomachum, excitant gustum, & faciunt bonum oris odorem, R. trochiscorum diarhodon, absinthij añ. drag. 5. squinanti, mastichis añ. drag. 2. salis indi drag. 1. aloës un. 2. fiant pillulæ cum succo mente.

Pillulæ cochie attrahunt à capite, & soluunt materiam frigidam, phlegmaticā, que nocet neruis, cerebro, & sensibus & sunt peritiles, & proficue agritudinibus omnib. capitis, frigidis, & maxime catarrhis, R. specierū hierę simplicis un. 1. drag. 2. turbith, sticados añ. drag. 5. trochiscorum, colocynthe un. s. diagridij drag. 3. fac pillulas cum succo absinthij uel sirupo de sticados.

Pillulæ senum familiares, maximo presidio sunt senibus, & qui à catarrhis infestantur, purgant omnes malos humores, acuunt & confortant uisum, auditum, & reliquos sensus, mundificant cerebrum & neruos, & senes incolumes reddunt, R. aloës loti un. 1. drag. 5. diagridij drag. 6. s. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum, belliricorum, emblicorū rheubarbari,

mastichis, absinthij, rosę, uiolę, sene, agarici, añ. drag. i. fac massam pil. cū succo fœniculi.

Pillulę aureę caput & stomachum optime purgant ab humoribus cholericis, & morbos cholericos sanant, præter febres, & resoluunt uentositatem, R. aloës, diagridij añ. drag. 5. ros. seminis apij, añ. drag. 2. s. anisi, fœniculi, mastichis añ. drag. 1. s. croci, trochiscorum, colocynthę añ. drag. 1. fac massam pil. cum infusione draganti.

Pillulę arabicę purgant omnes malos humores, & sanant morbos inueteratos, dolores capitis, hemicraniam, uertiginem, cōfortant stomachum, sple nem, cerebrum, neruos, ingenium, uisum, auditum, & reliquos sensus acuit, auferunt melancholiam, tristitiam & reducunt hilaritatem R. brionię, myrabolanorum citrinorum, bellirycorum indorum, chebulorum, emblycorum, azari, mastichis, rosarū, diagridij, añ. un. i. castorei drag. 3. croci drag. 1. aloës un. 4. fac massam pil. cum succo fœniculi.

Pillulę lucis sunt optime ad ægri tudines oculorum, purgant malos humores, & caligantes oculos sanant, resoluunt uapores offuscantes, uisum acunt, & corroborant spiritum & uirtutem uisuum, & conseruant sanitatem oculorum, R. eupragię drag. 6. agarici, sene añ. drag. 5. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum, bellirycorum, emblycorum, rheum barbari añ. un. s. rosarum, uiolarum trochiscorum colocynthę, turbith, cubebe, calami aromatici, nucis muscatę, spice epithymi, carpobalsami, xilobalsami, sileris montani, seminis rutę, squinanti azari mastichis gariophylorum, cinnamomi, anisi, fœniculi apij, cassię lignę, croci, mastichis, añ. dra. 2. aloës un. ii. fac massam pil. cum aqua fœniculi, & da drag. 1. cum duodecima parte diagridij.

Pillulę ex agarico sunt proficua tussientibus nam euacuant malos humores, cholericos, & phlegmaticos, crassos, glutinosos, & putridos, qui fluunt in thoracem, impediunt anhelitum & faciunt tussim, R. turbith drag. 5. hierepicre simplicis un. s. agarici trochiscati drag. 3. colocynthę trochiscate, sarcocollę añ. drag. 2. ireos, prassij, mirrhę, zingiberis añ. drag. 1. fac pillulas cum sapa.

Pillulę ex fumoterre soluant malos humores, cholericos, adustos, mordaciuos, & phlegma falsum, quę faciunt prurimum & scabiem, eisq; peculiari ter medentur, R. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum añ. drag. 5. aloës drag. 7. diagridij drag. 2. confice cum succo fumiterre, & dimitte in umbra siccari. postea iterum terantur, atq; iterum siccate & in puluerem redactę ter uel quater, demum conficiatur massa pil. cum succo fumiterre.

Pillulę morbi gallici purgant phlegma falsum, & choleram adustam secum mixtam, à iuncturis & locis remotis, curant scabiem, & ulcera cutis, & sedant dolores iuncturarum, R. trochiscorum colocynthę, myrabolanorum nigrorum, citrinorum, serapini bdelij, sarcocollę añ. un. s. mastichis, diagridij añ. drag. 3.

drag. 5. nigellæ, cymini, origani, nasturtij añ. drag. 2. spicæ, ellebori nigri, euphorbij, cornu cerui adusti, salis gemmæ añ. drag. s. aloës un. i. dissolue gummi cum succo porri, & fac pillularum massam, & da drag. 1.

Pillulæ inde inuente sunt contra melancholicos humores, adustos, & phlegmaticos falsos, qui producunt scabiem malignam, cancrum, lepram, ulcera, fistulas, febres quartanas, dolores, tumoresque splenis, icteritiam splenicam, & conferunt ijs, qui ex innata melancholia tristantur, R. epithymi, stichados añ. drag. 6. myrabolanorum nigrorum, ellebori nigri, polypodij añ. drag. 5. agarici, lapidis lazuli loti, colocynthæ, salis indi añ. un. s. succi eupatorij drag. 2. spicæ, gariophylorum añ. drag. 1. hieræ simp. un. i. fac massam pillularem cum succo apij.

Pillulæ contra quartanam efficacissimæ, quarum sumitur scrupulus unus, tertia quoque nocte maioris quietis, hoc est, quoque nocte præcedente paroxysmum capiatur pillula una, R. serapini gummosi, trochiscorum colocynthæ añ. drag. 1. diagridij scrup. 2. salis gemmæ scrup. 1. fiant pillule cum sirupo splentorum uel uino.

Pillule ex lapide lazuli sunt peculiare remedium melancholicorum morborum, subducunt enim melancholiam phlegmaticam crudam, & cholericam adustam, que faciunt quartanam & ulcera maligna, & cancrum, & sunt faciles & salubres, R. epithymi, polypodij, agarici añ. un. i. lapidis lazuli abluti drag. 6. diagridij, ellebori nigri, salis indi añ. drag. 2. s. gariophylorum, anisi añ. drag. 1. s. hieræ picre simp. un. 2. fac massam pil. cum succo endiuie.

Pillulæ benedictæ potenter euacuant à longinquis partibus choleram, & phlegma mixtum, sedant dolores iuncturarum, sunt ualde aperitiuæ, & plurimum mingere faciunt, dissoluunt arenulam, & omnem materiam in uessica coniectam, & coterunt calculos, R. turbith, esule añ. drag. 2. diagridij, hermodactyli añ. drag. 1. rofarum, gariophylorum, spicæ, zingiberis, croci, mastichis, saxifragiæ, piperis longi, amomi, salis gemme, galange, macis, polypodij, cardamomi, seminis apij, cardui fœniculi, asparagi, ameos, granorum solis añ. scrup. 1. fac teretem massam pil. cum succo fœniculi.

Pillulæ fœtidæ attrahunt & purgant humores crudos & corruptos, crassos & phlegmaticos, & choleram secum mixtam, sedant dolores stomachi, colicæ & podagræ, scabiosasque & maculose cutis infectiones delet, R. serapini, opoponaci, bdelij, colocynthæ trochiscate, aloës, epithymi, rutæ syluestris añ. drag. 5. turbith un. s. diagridij drag. 5. hermodactylorum, esulæ añ. drag. 2. zingiberis drag. 1. s. cinnamomi, spicæ, croci, castorei añ. drag. 1. euphorbij scrup. 2. dissoluantur gummi cum aqua porri, & fac pil. massam.

Pillulæ de euphorbio purgant frigidos humores, phlegmaticos uiscosos, & tenaces, qui nocent neruis, & sanant paralytim, mollificationem, & spasmodum, R. euphorbij, colocynthæ, agarici, bdelij, serapini añ. drag. 2. aloës drag. 5. fac

M

pillulas cum succo porri uel caulis.

Pillulæ ex colocyntha soluunt malos humores phlegmaticos in propinquis & remotis corporis partibus constitutos, ceu in iuncturis, cerebro, neruis, & conferunt ægritudinibus eorum, R. trochiscorum colocynthæ drag. 6. laudani un. s. falis gemmæ drag. s. fac pillulas cum oleo rosato.

Pillulæ ex serapino euacuant phlegma crudum, & choleram acutam mixtam, ualent contra podagras, & sedant dolores iuncturarum, prouocant menstrua, purgant matrices, & sanant uitia earum, R. trochiscorum colocynthæ drag. 5. serapini harmoniaci, opoponaci, bdelij añ. dra. 2. s. seminis apij, ameos, anisi, seminis rutæ añ. drag. 1. acori, cassiæ lignæ, calamenthi, macis, centaureæ, pullegij, costi, falis gemmæ añ. drag. s. aloës drag. 6. fac pillulas cum succo uel aqua matricariæ.

Pillulæ ex opoponaco euacuant materiam phlegmaticam neruorū & iuncturarum, & sanant paralytim, spasmus, torturam oris, podagram, inueteratos dolores capitis, dorsi, & omnium iuncturarum, R. opoponaci, hermodactyli, serapini, bdelij, harmoniaci, trochiscorū colocynthæ añ. drag. 5. turbith un. s. diagridij drag. 2. croci, castorei, myrrhæ, zingiberis, piperis, macropiperis, cassiæ lignæ, myrabolanorum, citrinorum, bellirycorum, emblicorū añ. drag. 1. aloës un. 1. s. infundantur gummi in succo caulium, & fiant pillulæ.

Pillulæ ex hermodactylis sunt utiles, qui patiuntur podagras, purgant enim frigidos humores iuncturarum, & sedant dolores & podagras, R. hermodactyli, aloës, myrabolanorum citrinorum, turbith, trochiscorum colocynthæ, bdelij, serapini añ. dra. 6. castorei sarcacolleg, euphorbij, opoponaci, rutæ, apij añ. drag. 3. croci drag. 1. fac pillulas cum succo caulium.

Pillulæ arthetice soluunt humores phlegmaticos & cholericos, aquosos & acutos mixtos, qui penetrant in iuncturas, & sanant podagras & artheticas, R. hermodactyli, turbith, agarici añ. un. s. cassiæ lignæ, spice, gariophylorū, xylobalsami, zingib. mastichis, rosarum, fœniculi, anisi, saxifragiæ, seminis asparagi, granorū solis, falis gemmæ añ. drag. s. aloës un. 2. s. fac pil. cū succo fœniculi.

Pillulæ mezereon sunt inuentæ cōtra hydropisim, subducunt enim flauam aquam cholericam, & sanant asclytem hydropisim, R. foliorum mezereon, quæ est laureola un. 1. & infundantur biduum in aceto, postea in umbra exsiccantur, R. horū foliorū siccorū dra. 5. myrabolanorū citrinorū un. s. chebulorum drag. 5. fac pil. cum tamarindis uel manna dissoluta cum aqua endiuie.

Pillulæ ex bdelio compescunt profluvia hemorrhoidarum & menstruorū, curant & sanant ulcera intestinorum, leuiter soluunt, & post solutionem constringunt, R. bdelij un. 1. s. ameos drag. 5. myrabolanorum, chebulorum, indorum, bellirycorum, emblicorum, auellanarum adustarum, carabe añ. dra. 2. s. dissoluatur bdelium cum succo porri, & fac pillulas.

Pillulæ de cynoglosa non sunt solutiue, sed opiate, sedant enim dolores, & compescunt

cōpescunt materiā furiosam, & acutū catarrhū, qui grauissima mala, suffocationē, uel mortis terrorem minat, R. myrrhē drag. 6. olibani drag. 5. opij, hyoscyami, radicis herbe, que dicitur lingua canis añ. un. s. croci drag. 1. s. fac pil. cū succo lingue canis, & da scrup. 1. s. sed post 6. mēses fermētata sunt meliores.

Pillule papaueris opiatæ sedant destillationem calidā, acutā, & tussim siccam, quæ die ac nocte infestat, & competunt pueris, qui patiuntur tussim, uomitum, uel non possunt dormire, prouocant enim somnum, & sedant dolores, sed parce & cum cautela exhibeantur, quia sunt opiatæ, R. opij, amyli, gummi arabici, succi liquiritiæ añ. drag. 1. croci scrup. s. papaueris albi drag. 2. fac pillulas quàm paruas cum sirupo papaueris uel liquiritiæ, & da drag. s.

Pillulæ liquiritiæ lambendæ profunt his qui patiuntur tussim callidam & siccam, remouent asperitatem gutturis, leniunt pectus, & facilitant sputū: ponuntur enim sub lingua, uel in ore, & paulatim lambuntur, R. succi liquiritiæ, sacchari albi añ. un. s. amyli, draganti, amygdalarum dulcium añ. drag. 2. fac pillulas sicut lupinos cum mucilagine seminum citioniorum.

Pillulæ lambendæ ex semine portulacæ, refrigerat ardorem gutturis & stomachi, & mirū in modum sedant sitim, R. seminis portulacæ, citrulli añ. drag. 1. draganti drag. s. fac pillulas cum albumine oui uel mucilagine seminum citioniorum, & teneantur sub lingua, & paulatim deglutiantur.

De electuarijs solutiuis.

Cap. IIII.

**D**iamanna facile soluit sine læsione, nec est ingrati, sed boni saporis, educitq; choleram simplicem & mixtam, & earum morbis medetur, R. mannae electæ lib. 1. diagridij un. 1. dissoluatur manna cum lib. 1. succi rosarū, & coquat unā cū diagridio, lēto & claro igne, donec inspisset, postea adde mastichis drag. 3. & sumat in quātitate drag. 6. parū ante diē.

Electuarium ex tamarindis mitigat febres acutas, & sedat earum faces, & sitim, refrigerat epar calefactum & præcordia inflammata, clarificat sanguinē, compescit, & soluit choleram, melancholiam, & omnes humores calidos, R. quatuor seminum communium frigidorum mundatorum añ. un. 1. prunorū 10. passularū un. 1. s. bulliant in ijs aquis, R. aquarum capilli ueneris, scolopendriæ, epaticæ, lupulorū añ. un. 4. & in eorū colatura dissoluantur cassiæ fistule, manne, sacchari, uiol. añ. un. 5. tamarindorum, sacchari rosati añ. drag. 6. coquant: & cū incipiunt inspissari, infundant hæc subtiliter trita, R. quatuor seminum cōmunium frigidorum, seminum scariolæ, lactucæ, portulacæ añ. un. 1. rheubarbari, folliculorum sene añ. un. s. anisi, mastichis añ. drag. 3. florum uiolarum añ. drag. 2. sandalorum alborum, rub. citrinorum, cinnamomi, gariophylorum añ. drag. 1. s. misce, & da un. 1. Si uero magis solutium facere uoles, adde cuilibet uncia diagridij scrupulum medium.

Electuarium facile solutium lenit asperitatem intestinorum, remouet stipticitatem, & uentris onus subducit, & morbis cholericis & melancholicis au

xilia præbet, R. passularū un. 2. iuiubarū, prunorum añ. 15. sebesten 10. hordei excorticati un. 1. tamaricum drag. 6. liquiritiæ un. s. polypodij drag. 5. capilli ueneris, uiolarum, folliculorum sene añ. drag. 2. coquatur cū sufficienti aqua ad consumptionem tertiæ partis, & addatur deinde mercurialis manip. unū, & post mediocrem concoctionē coletur, & in colatura dissoluat pulpæ cassiæ, tamarindorū, sacchari uiolati, sacchari albi añ. lib. s. & coquantur lento & claro igne, semper agitando cum spatula, & in fine adde folliculorum sene un. 1. Si uero uis ut fortius soluat, adde diagridij un. 1.

Electuariū cōmune lenitiuum, quo frequenter utebar in febribus humoralibus & pleuresi, lenit enim & mollit intestina, & delet eorum stipticitatem, facile soluit sine molestia & læsione choleram phlegmaticam & melancholicā, R. passularum un. 1. s. prunorum 10. iuiubarum 5. hordei excorticati, anisi añ. un. s. cartami, polypodij, sceniculi añ. drag. 2. s. cinnamomi, liquiritiæ rasæ, seminis maluæ, seminis portulacæ añ. drag. 2. capilli ueneris, uiolarū, thymi optimi añ. drag. 1. s. contundantur grosso modo, & rite bulliat lento & claro igne in lib. 12. aquæ ad consumptionem medietatis, & colent & fortiter exprimantur, & cum eorum colatura dissoluantur nouiter extractæ cassiæ lib. 2. tamarindorum, diagridij añ. un. 1. & cum sufficienti saccharo, fiat electuarium.

Catholicū est medicina uniuersalis, quæ digerit & facile soluit omnes malos humores, cholericos, phlegmaticos, & melancholicos, lenit intestina, confortat membra principalia, & sanat epaticos, spleneticos, & febres acutas. sed leuiter purgat, R. folliculorū sene, medullæ cassiæ, tamarindorū añ. un. 2. rheū barbari, uiolarū, polypodij añ. 1. liquiritiæ rasæ, penidiorū, sacchari cādidi, quatuor seminum cōmuniū frigidorū añ. drag. 2. sed prius fiat hæc concoctio, R. polypodij recentis un. 4. s. sceniculi drag. 6. aquæ lib. 4. coquantur ad consumptionem tertiæ partis, & cum eorum colatura dissoluatur sacchari lib. 2. & coquatur ad spissitudinem sirupi, & cum eo dissoluantur cassia & tamarindi, & cum reliquis subtiliter tritis fiat electuarium.

Electuariū ex prunis suaue est, & boni saporis, sedat sitim & calorem febrilem, medetur synochæ, causoni, & febribus acutis incensiuis, lenit intestina, confortat & refrigerat præcordia, & utiliter miscetur cum saccharis cordialibus sine diagridio, quoniam plurimum confortat, & onus uentris leuiter subducit sed cum diagridio potenter soluit humores cholericos, & utroq; modo præparatur, R. prunorum damascenorum uiridium centum, bulliant in sufficienti aqua quousq; facile dissoluantur, & remoti ab igne quādo incipient in frigidari, ponantur in cribro raro super catino, & manibus comprimantur, & totius pulpæ substantia extrahatur, in ea autem aqua qua pruna fuerunt cocta bulliat uiol. un. 1. amotisq; uiolis, R. totam hanc concoctionem sacchari lib. 2. pulpæ prædictorum prunorum lib. 1. coquantur, & cum incipiunt spissari adde tamarindorum, pulpæ cassiæ añ. un. 1. & semper cum spatula agitentur, & consequenter

consequenter adde has species, R. sandalorum alborū, rubeorū, spodij, rheū barbari, cinnamomi añ. drag. 5. rosarum, uiolarum, seminum portulacæ, scariolæ, berberis, succi liquiritiæ, draganti añ. drag. 2. quatuor seminum cōmuniū frigidorum añ. drag. 1. Si uero hoc electuarium solutiuum facere uoles cuilibet lib. huius electuarij, adde diagridij drag. 7.

Diacassia composita est pro delicatis, qui habent stipticum uentrem, non enim est ingrati saporis, nec molesta, sed salubris, lenit uiscera, subducit aluū, purgat choleram, & mitigat febres, R. prunorum damascenorum, uiolarum añ. lib. s. bulliant in aquæ lib. 5. ad cōsumptionem tertię partis, & colatura dissoluatur manne pulpe cassiæ añ. lib. s. tamarindorum un. 5. bulliant procul à fumo usq; ad spissitudinem, deinde addatur sacchari candidi un. 3. penidiorū un. 2. sacchari rubei lib. 1. sirupi uiolati un. 10. & quidam cuilibet lib. addunt drag. 2. diagridij.

Electuarium ex psyllio purgat cholera, & medetur febribus & morbis cholericis, remouet oppilationes, icteritiam, & uitia epatis corrigit, & refrigerat calores incensuos, R. psyllij lib. 1. bulliat in aqua sufficiēti, & post ubi fuerit recte coctum triduum maneat in eadē aqua infusum, deinde abiiciatur psylliū, & cum eius cōcoctione misceatur diagridij un. 1. sacchari lib. 1. & sic per duos dies maneat, postea coquatur, & ab igne remoto adde seminis portulacæ, scariolæ añ. drag. 1. sandalorum alborum, rub. rosarū, rheubarbari, spodij, draganti, gummi arabici, uiolarum, berberis añ. scrup. 1. fiat electuarium.

Electuarium succi rosarum exploratum est contra guttam calidam, & malos humores calidos & furiosos, fortiter purgat, sanat tertianas simplices & duplas, & reliquas malorum humorū, in cōualescentibus exquisite euacuat, potenter soluit, & est calcar aliarum medicinarum, R. succi rosarum, sacchari añ. lib. 1. un. 4. fiat sirupus, cui adde diagridij un. 1. s. sandalorum omnium añ. drag. 6. spodij drag. 3. camphoræ scrup. 1. fiat electuarium.

Diaphœnicon est saluberrimum, & minime molestū sed facile purgat choleram, phlegma, & crudos humores, sanat dolores uentris, & cholicā, febres mixtas & longas, remouet oppilationes, & resoluit uentositatē & frigiditatē, R. dactylorum triduum in aceto infusorum partes centū, pinorū partes quinquaginta, amygdalarū dulcium partes triginta, turbith partes uiginti quinque, diagridij partes duodecim, zingiberis, piperis longi, foliorum rute siccorum, cinnamomi, macis, ligni aloës, anisi, fœniculi, dauci, galangæ añ. partes 2. s. fiat electuarium cum melle spumato.

Electuarium indum purgat malos humores phlegmaticos in stomacho & iuncturis constitutos, & sanat febres, & ægitudines eorum, mitigat dolores stomachi, & podagras, resoluit uentositates, remouet oppilationes, & frigiditatem: ad summum, est optima medicina & frequentata ad euacuandū phlegma & cholera secum mixtā in totius corporis partibus constitutā, R. turbith

facchari añ. lib. i. un. s. diagridij. un. i s. piperis zing. garioph. macis, cinnamomi, cardamomi, nucis muscatæ an. drag. 7. cōfice cum melle spumato.

Catharticū constructū est pro delicatis pinguibus & stipticis, quorū excrementa à propinquis & remotis corporis partibus sine læsione & displicētia facile purgat, sanat dolores illorū calefacit stomachū & intestina & potenter discutit uentositates, R. diagridij, facchari añ. drag. 4. s. cinnamomi, spicæ saxifragiæ, polypodij añ. drag. 2. garioph. zing. spicæ celticæ piperis longi piperis nigri, cardamomi, amomi añ. drag. 1. s. fiat electuariū cum melle spumato.

Electuarium damascenū à toto corpore educit omnem humorū superfluitatem, purgat renes, uessicam, & matricē, excitat uentrem, discutit oppilationes & uentositates, sedat laterū & iūcturarū dolores, R. diagridij, turbith an. drag. 6. zing. garioph. cinnamomi, myrabolanorum, emblicorum, nucis muscatæ, polypodij añ. un. 2. s. facchari albi lib. s. confice cum melle spumato.

Electuarium hamechinū est medicina cholerae adustæ & phlegmatis salis, nam purgat humores, qui faciunt impetiginem, pruritū, scabiem, ulcera, cancrum, lepram, & morbum gallicū, R. prunorū sexaginta, succi fumiterræ libram unam, passularum lib. s. myrabolanorum citrinorum un. 4. chebulorum, indorum, rheubarbari, epithymi, agarici trochiscati, colocynthæ trochiscatæ, polypodij añ. un. 2. absinthij, sene, serpylli, uiolarum, rosarum, anisi, fœniculi añ. drag. 6. infundantur hæc omnia in sufficienti aqua lactis, quæ dicitur serum biscoctum, & mittatur in uas uitreum stricti orificij, & quinque dies maneat obturatum, postea parumper bulliat & coletur, & colaturæ addatamarindorum un. 5. medullæ cassiæ fistulæ un. 4. mannæ un. 2. fricentur manibus & exprimantur, & in colatura dissoluat facchari albi lib. i. s. diagridij un. i. s. coquantur usq; ad spissitudinem mellis, & secum misceantur hæc subtiliter trita, R. myrabolanorum citrinorum chebulorum, indorum añ. un. s. bellirycorum, emblicorum, rheubarbari, seminis fumiterræ añ. drag. 3. anisi, spicæ añ. drag. 2. fiat electuarium.

Benedicta calida est, purgat & sanat ægri tudines frigidas, renum & uessicæ, & maxime medetur guttæ arthetice, podagræ, omnibusq; iuncturarū doloribus ex frigidis humorib. causatis, R. turbith, esulæ, facchari añ. un. i. drag. 2. diagridij, hermodactyli, rosarum añ. drag. 5. gariophylorum, spicæ, zingiberis, croci, piperis longi, amomi, cardamomi, saxifragiæ, granorum solis, salis gemmæ, galangæ, macis, cardui, fœniculi, seminum asparagi, petroselinij, apij añ. drag. 1. & fiat electuarium cum melle spumato.

Confectio ex turbith ducit humores phlegmaticos, & purgat & calefacit, datur pueris, mulieribus, senibus, & humidis, phlegmaticis, delicatis & ociosis, R. turbith un. i. zingiberis, diagridij añ. drag. 5. cinnamomi, gariophylorū añ. drag. 2. galangæ, piperis longi, macis añ. drag. 1. facchari albi lib. 2. fiat cōfectio in forma solida cum uino citoniorum: & quidam addunt rheubarbari un. i.

ri un. i.



ri un. i. spicæ drag. s. sic soluit choleram & phlegma mixtum, & est medicina preciosa & saluberrima.

Solutium hydropicorum, quod potenter educit aquam citrinam, & sanat hydropicos, R. succi ireos, mellis, aquæ añ. un. s. coquantur parum per simul, & bibatur parū ante diem. Sed ireos uis est magis solutiua in uno loco quàm in alio nascentis.

Tartharū cum terebenthina resina lota, & utrūq; seorsum tartari drag. 2. terebenthine lotę un. i. sæpius egerere faciunt, & corriguntur cum melle rosato, & modico mastiche. Item soluit aluum sine læsione, & interficit uermes oleum commune potum in quantitate un. 2.

Electuariū pullegij parum & lente soluit, sed mollit, attenuat, digerit, & resoluit crassos humores, frigidos & tenaces, crudos, putridos, & saniosos pectoris, phlegma uitreum capitis & stomachi, & melancholiam frigidam, aperit oppilationes, & ualde calefacit, & maximo præsidio est senibus & ægritudinibus matricum, & bibitur cum decoctione rutę, sed cum decoctione roris marini medetur febribus quotidianis, phlegmaticis, R. pullegij, calamenthi, hyssopi, piperis, sileris montani, petroselini añ. un. s. libistici drag. i. ameos, serpylli, seminis anethi, cinnamomi, zingiberis, diagridij añ. drag. s. euphorbij, cornu cerui adusti an. scrup. s. fiat electuarium cum melle rosato, & da mane & sero drag. 2. uel. 5.

Memphytum est ingratum gustui, sed maximum affert iuuamentū mente captis, & qui impeditam habet loquelam: nam purgat malignos humores phlegmaticos & melancholicos cerebri, neruorum, & iuncturarum, & restituit pristinam uocem, raucis, blebis, balbutientibus, & mentis discursum & rationem reddit mentecaptis, & qui uidentur à spiritibus diabolicis uexari, & resipere facit melancholicos, qui alienant & ab re secum tanquam cum alijs loquuntur. Amplius iuuat epilepticos, apoplecticos, tremulam paralytiam, uertiginem, stomachicos, spleneticos, & artheticos. Hoc autem electuariū confert eiusmodi malis recentibus & nouis, sed inueteratis, & quę accidunt propter apostema cerebri, & febres acutas minime iuuat, R. trochiscorum colocynthæ, polypodij añ. un. 2. euphorbij, polij, seminis mezereon añ. drag. i. s. grana 6. absinthij, myrrhæ an. drag. i. grana 12. centaureæ, agarici, harmoniaci, styracis, rubeg, macis, spicę, scyllæ, diagridij an. drag. i. aloës, serpylli, cassiæ lignę, chamedreos, bdellij, prassij, cinnamomi, opoponacis, castorei, aristolochiæ longæ, piperum nigrorum, alborum, longorum, croci, serapini, petroselini an. drag. s. ellebori albi & nigri an. grana 6. cõfice cum melle spumato, & da un. s. cum aqua florum croci, quę faciunt ad recuperandam uocem.

Cassia fistula extracta, quę ponitur in clysteribus ad euacuandā & leniendam aluum, sic fit, R. prunorum uiridium lib. 4. tamarindorum lib. 2. passularum lib. s. liquiritiæ uncias duas, uiolarum, capilli ueneris, bliti, centaureæ

minoris, mercurialis, maluæ añ. manip. 2. s. hordei lib. 1. aquæ lib. 16. coquantur ad cōsumptionem medietatis, & cum colatura dissolue cassiæ extractæ lib. 6. mellis spumati lib. 12. & coquantur ad spissitudinem mellis.

Hiera picra propter eius amaritudinē & gustus displicentiā ponit̃ in clysterijs, & attrahit à superioribus choleram & phlegma, & fortius subducit aluū, & calefacit, R. aloës un. 4. cinnamomi, mastichis, azari, spice, carpobalsami, croci, ligni aloës, cassiæ lignæ añ. drag. 2. mellis spumati quantum sufficit.

De electuarijs & confectionibus. Cap. V.



**S**accharum rosatum cōfortat stomachum, cor, intestina, & omnia prolaxa corroborat, refrigerat, & præbet optimum nutrimentum, & præsertim phthysicos iuvat, R. folia conglobata, rosarum purpurarum, dum incipiunt aperiri, & dicunt̃ roselli, & super tabulas expansa exponantur in umbra diebus 15. uel circa postea terantur in mortario lapideo, & contusis triplum sacchari albi secum terendo misceatur & mittatur in uas terreum uitreatum, & cooperiatur orificium cum charta pergamena, & exponatur soli tribus mensibus, & quotidie agitur.

Saccharum uiolatum refrigerat choleram, & febres extinguit, sitim lenit, & humectat pectus, mollit uentrem, & ualet contra pleuresim R. uiolas quæ super tabulam expansæ dimittantur in umbra exiccari, & cum triplo sacchari albi cōtundantur, & ponantur in uase obtusi orificij, & exponantur soli, & quotidie tribus mensibus agitur.

Saccharum buglossatum refrigerat & confortat cor, cerebrum, & præcordia, remouet melancholiam & phrenesim, prohibet syncopim, trepidum cor dispulsum & mœsticiam, & fit cum floribus buglossæ sicut saccharum uiolatum. Saccharum boraginatū proximū est saccharo buglossato, & habet cōsimiles uirtutes: sed illud cordi, & hoc epati conferre exploratum est, refrigerat enim & mundificat sanguinem, & facit spiritum clariorem & meliorem, & fit sicut saccharū rosatum. Saccharum cum floribus rorismarini conditū, similiter fit sicut saccharum rosatum, sed est calidius, & confert egritudinibus frigidis cerebri & cordis, resistit humori melancholico, & resoluit uentositatē.

Flores sambuci in umbra exiccati, & cū saccharo similiter conditi sunt efficares cōtra omnia uitia epatis, & præcipue cōtra eius oppilationes. Pruna cōdita refrigerat ardorē præcordiorū, & febres, mitigat sitim, & molliūt uentrē, R. prunorū Damascenorū uel Augustinorum sine ossibus lib. 2. s. coquantur in aqua in qua prius fuerit cocta portulaca, & R. pulparū prædictorū prunorum lib. 2. sacchari albi lib. 1. aquæ uiolatæ lib. 2. rite coquantur ad spissitudinem.

Poma condita sunt suauia, excitant gustum, cōfortant cor, stomachū, & digestiua, R. malorū apiorum, uel pirorū, aut aliorum meliorū, mundatorum, & incisorum lib. 3. coquantur in aqua, & remota aqua misceatur cum pomis, sacchari lib. 1. aquæ rosatæ lib. s. & simul contusa coquantur ad spissitudinem.

Sed

Sed cum his speciebus condita sunt meliora, R. ligni aloës drag. 2. sandali citrini drag. 1. s. gariophylorum, cinnamomi añ. drag. 1.

Perfica condita mitigat calorem febrilem, inquietudinem, sitim, dolores, & confortant stomachum, cor, & potenter emendant fetorem oris & anhelitus, R. persicorum mundatorum sine ossibus, & succi eorum añ. lib. 3. coquantur & conterantur cum saccharo lib. 2. & iterum coquantur ad spissitudinem, demum addatur hæc species, R. cinnamomi, muscatæ, macis añ. drag. 1. s. ligni aloës, sandali citrini añ. drag. 1. & quandoque loco sacchari ponit tantum mellis.

Nuces condite confortant præcordia, excitant gustum, & sunt cibi delectabiles & cordiales, Collige nuces mense Julio, antequam indurescat cortex interior, & ponant in infusione circiter 15 dies, & quotidie mutentur in infusio cum aqua tepida, quousque dulcescant, postea coquantur cum aqua, et abiecta cõcoctione per duos uel tres dies dimittantur super tabulam expansam, postea coquantur cum sufficiente melle, & remoto melle, post triduum iterum coquantur, cum alio melle, & post tres alios dies cum eodem melle uel plures ad spissitudinem coquantur, & condantur cum supradictis speciebus. Consimiliter conduntur cortices citri, limonum rancidorum, melonum, & cucurbitæ: sed hæc infra decem dies cum infusione aque tepide quotidie mutata purgantur & coquantur cum melle, ut supra.

Sorbæ & corneæ condite confortant stomachum, excitant gustum, & frequenter cõpescunt fluxum & uomitum, R. sorbarum uel cornearum prope maturacionem sine corticibus & ossibus lib. 4. & coquantur in sufficiente aqua in qua bullierint rosæ & balaustræ, & remota concoctione, R. pulparum prædictarum lib. 3. mellis uel sacchari lib. 1. s. coquantur ad spissitudinem.

Diacotoniũ peculiare remediũ est fluxus uel uomitus, quoniam slipticat & coroborat membra colapsa, debilia, confortat stomachum, uirtutem retentiua & digestiuam, & summopere excitat gustum, sed ad fluxum datur ante cibum, & ad uomitum cõpescendum post cibum, R. cotonea uel citonia sine corticibus, & durtie interiori, & coquantur in aqua, & cocta conterantur in mortario, & per se taceum expressa transmittantur, R. huius pulpæ partes tres, sacchari uel mellis partem unam, & coquantur lento & claro igne semper cum spatula agitatio usque ad spissitudinem, & conseruetur, & quandoque conditur cum his speciebus, sed est calidius & melius ad ea quæ diximus, resoluit uentositates, remouet fetorem corporis, restituit pristinum colorem, & magis restaurat, R. cinnamomi, piperis, zingiberis añ. drag. 1. s. galange, gariophylorum, nucis muscatæ añ. drag. 1. spicæ, ligni aloës, macis, cardamomi, liquiritiæ añ. scrup. 1. zedorie scrup. s. cum his autem speciebus condantur sex libræ diacotonij uel circa.

Electuariũ fœnoris cõpescit fluxum menstruorum hæmorrhoidarum, uentris, & cuiuscumque generis, fluxui efficacissime medetur, desiccaturque profusas humiditates diuersorum colorum, quæ quibusdam tanquam menstrua continue ex matrice destillant, remouet aquositate, & lubricitatem stomachi, digerit crudos humores,

resistit putredini, & corroborat mēbra debilia, adiuuat digestiuā, cōfortat ues-  
sicā, & colorē facit pulchriorē, R. limaturę chalybis decem dies in aceto posite  
un. 2. myrabolānorū chebulorū, indorū, bellirycorū, emblicorū, nucis musc.  
añ. drag. 5. nasturtij, azari, origani, piperis, zingib. ameos, fructus tamarisci,  
spicę, squināti, cyperi añ. drag. 5. assent myrabolani cū butyro, & reliqua cō-  
dantur cū oleo amygdalarum dulciū, & fiat electuarium cum melle spumato.

Limatura chalybis sic præparatur subtilissime, teritur in mortario gneo, &  
setaceo cribratur, & decem dies in aceto infundit, & remoto aceto aduritur  
& conferuet, R. limaturę chalybis sic præparatę drag. s. sacchari ros. un. s. mi-  
sce, & capiat quotidie ieiuno stomacho, & prohibebit generationē malorū  
humorū, putredinem eorū, & desiccet aquositatē stomachi, excitat appetitū,  
corroborat præcordia lapsa, & epar infirmū, & remouet dolorē præcordiorū,  
& facit pulchrū colorē, præsertim si cū speciebus aromaticis sumit. Squamę etiā  
ferri, quę excutiunt quando ferrū ignitū maleis concutit, habent consimilem  
uirtutem in aceto impositæ, sed limatura chalybis est aliquantulum utilior.

Electuarium limaturę chalybis peculiariter medet profluuijs hæmorrhoi-  
darum & matricis, & sedat dolores earū, confortat stomachū & digestiuam,  
& prohibet lubricitatem, & non permittit malos humores generari, R. spicę,  
squināti, cyperi, zingiberis, piperis, ameos, thuris añ. drag. 2. myrabolānorū  
omniū añ. drag. s. limaturę chalybis præparatę un. 2. cōfice cū melle spumato.

Electuarium myrabolānorum calefacit, stipticat & confortat stomachū, &  
matricem resoluit, & desiccet lubricitatem & aquosam eorū humiditatem, o-  
mnem fluxū constringit, præsertim hæmorrhoidarū & matricis, discutit uen-  
tositatem, cōfortat præcordia & uesicā, prohibet generationē malorū humo-  
rum, remouet pallorem faciei, & excitat uenerem, R. myrabolānorū omniū  
añ. un. 1. dra. 2. zingiberis, mastichis, cinnamomi, gariophylorū añ. drag. 7.  
galāge, sceniculi, anisi, apij, ameos spicę, azari, croci añ. un. s. been albi, rub.  
piperis albi, cyperi añ. dra. 5. s. piperis nigri & lōgi, costi cassię lignę añ. dra.  
5. nuc. musc. macis, cardamomi, nasturtij, calami aromatici, ligni aloës añ. dra.  
2. ambrę drag. 1. musci scrup. 1. fricent aut myrabolani cū oleo amygdal. dul-  
cium, & parūper adurent, & condant omnia cū melle spumato: & longe salu-  
brius erit si addideris libram mediā limaturę chalybis præparatę, ut diximus.

Diacodiū cōpositū quā stipticū est, & potenter retinet catarrhū, uomi-  
tum, & fluxū uentris: quinetiā sistit sanguinē undecunq; fluit, & quāprimū  
sommū inducit, R. trochiscorum ramicis un. s. acatię, rubeę tinctoris, croci,  
myrrhę, balaustię añ. drag. 1. confice cum decoctione papaueris albi, quā dia-  
codiū simplex uocant, & fit hoc modo, R. decem capita papaueris albi, quę  
si fuerint sicca biduum, sed recentia diem unum infundantur in aquę pluuię  
lis lib. 2. s. & coquantur ad consumptionem duarum tertiarum, & cum hac  
concoctione conuenienter diluitur sirupus papaueris ad prouocandum so-  
mnum,

num, & ad prohibendum catarrhum: qui si fuerit acutus, & in principio, recte compescitur cum hac potione, R. predictę concoctionis de papauere partes duas, sape partem unam, & rite coquatur ne sapiat fumosum, & capiat de eo un. 4.s. quando itur dormitū, & continuetur. Si uero uelles abstergere materiam iam in pectore fluxam, loco sape ponas tātundem mellis uel sacchari, quod est magis cōfortatiuū, & minus absterſiuū, sed ad sedandā tussim ponas penidia. Rursus si catarrhus esset ualde calidus & acutus, facias cōcoctionē cū papauere nigro, quod est longe frigidius, & magis dormire facit. Item si uelles magis cohibere catarrhum, loco sape ponas mel myrtinū, quod sic fit, R. mellis lib. 2. succi myrti lib. 1. s. coquantur ad consumptionem succi.

Mycleta quā stiptica est & explorata contra omnem fluxum, præter epaticum & oppilatiuum, & maxime ualet contra fluxum hemorrhoidarum, cōfortat stomachum, digestiuam, & omnia membra debilia, sedat uomitum, torsiones uentris, & rugitum intestinorum, qui fit propter lubricitatem & indigestionem, R. myrabolanorum citrinorum, chebulorum, indorum adustorū añ. drag. 2. s. bellirycorum, emblicorum adustorum, nasturtij añ. drag. 2. cymini, anisi, ameos, cardui añ. drag. 1. s. infundatur in aceto die ac nocte, & torrefiant & conterantur, postea, R. spodij, balauſtiæ, sumac, mastichis, gummi arabici añ. drag. 1. grana quindecim fricentur omnia cum oleo ros. & conficę electuarium cum sirupo myrtino uel sapa.

Electuarium myrtinum, stipticum, & frigidum cōpescit & refrigerat acuitatem cholere, constringit uomitū & fluxum, & uiolentiā medicinarū, excitat appetitū, confortat uiscera, & omnia membra debilia, R. granorū myrti un. 1. s. granorū punicorū, granatorū adustorum añ. drag. 7. coriandri infusi in aceto & adusti un. s. seminis acetosæ, seminis plantaginis, seminis ros. añ. dra. 2. rosarum, spodij, sumac, piperis albi, nigri, & longi, sandali, balauſtię, gūmi arabici añ. drag. 1. s. terantur & abluantur cum agreſta, uel succo myrtino uel aceto, & exiccēt, & fiat electuariū cū miua cotoniorū, uel sirupo myrtino.

Electuariū ex semine nasturtij calidū & stipticū, sistit fluxum uentris, & uomitum & profluuiā menstruorū, & hemorrhoidarū que proueniunt à frigiditate & medicinis solutiuis, curat lubricitatem stomachi & uiscerum, confortat præcordia & uirtutem digestiuam, calefacit & resoluit uentositates, R. granorum myrti tritorum un. 3. seminis nasturtij adusti drag. 6. granorū punicorū, passularū drag. 5. sileris mōtani die ac nocte in aceto infusi & adusti, ameos añ. drag. 3. myrab. emb. bellir. infusorū in succo cotoniorū & adustorū, balauſtię fructus tamarisci, nucis musc. añ. drag. 2. s. ligni aloës, spice, gallię musc. ciperi, calami aromatici añ. drag. 2. seminis porri torrefacti añ. drag. 1. s. cōtere omnia, & misce cum uino optimo, & dimittantur exiccari. Rursus abluatur cū succo cotoniorū, aut succo granorū myrti, & in aliquo uase uitreo siccent: & iterum subtilissime cōterantur, & conficiatur electuariū cū miua cotoniorū.

Electuarium thurinum constringit uomitum & fluxum, calefacit & confortat omnia membra & uirtutes naturales, reducit gustum, & resoluit uentositatem, R. granorum myrti un. ʒ. florum roris marini drag. 2. myrabolanonū indorum, embl. bellirycorum adustorum añ. drag. 1. s. thuris, ros. costi, spice, nucis muscate, calami aromatici, gariophylorum, macis, cardomomi, nasturtij, balaustig, corticū citri, fructus tamarisci añ. drag. 1. zingiberis drag. s. bulliant parum in optimo uino, & exiccentur, & postea bulliant cum succo citoniorum in olla uitreata, & exiccentur, & subtilissime terantur, & conficeantur cum miua citoniorum uel sapa, & dentur drag. ʒ. cum aqua chalybeata.

Electuarium ex semine acetosę ualde refrigerat febrem & calorem stomachi, ardorem gutturis & præcordiorum, sedat æstum, inquietudinem, sitim, dolores, tremorem, & pulsum cordis, syncopim, & ebrietatem, R. seminum acetosę, cucumeris, melonis, citrulli, cucurbitę, ligni aloës, cubebę añ. un. s. spodij, carabę, draganti, seminis portulacę, buglossę añ. drag. ʒ. ros. corallorū rubeorum, margaritarum, sandali citrini, berberis, nucis muscate añ. drag. 2. boli armeni drag. 1. s. camphorę drag. 1. fac electuarium cum sirupo de agresta uel endiuia.

Opifera restauat humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit, & confortat, aperit poros, obsistit cholerae, sedat febrem, tussim, & sitim, restituit integras uires, & pristinam sanitatem extenuatis, consumptis, & hecticis, R. luciliquiritię, rosarum, sacchari, penidiorū añ. un. 1. papaueris albi drag. 6. draganti, gummi arabici, amygdalarum, pinearum, berberis, uiolarum, seminis maluę un. s. sandali albi, citrini añ. drag. ʒ. amyli, seminis portulacę, scariole, spodij, gariophylorum, florum uuarum agrestium, quę dicitur labrusca, seminum citrulli, cucumeris, melonis, cucurbitę añ. drag. 2. seminum citoniorum añ. drag. 1. s. styracis, calaminthę, zingiberis, cinnamomi, croci añ. drag. s. mellis rosati quod sufficit: sed melior est, si fiat confectio in morsellis cū amygdalarum dulcium, sacchari añ. lib. ʒ. olei amygdalarum dulcium, aque rosate añ. lib. s.

Restauratiuum ex pinis multum reficit debiles, extenuatos, & cōualescentes, & confortat membra principalia, R. pinorum lib. s. amygdalarum dulciū un. 4. sacchari albi drag. ʒ. aque rosate lib. 1. s. coquantur, & addatur ros. rub. un. 1. s. sandalorum citrinorum drag. ʒ. s. & fiat confectio in morsellis.

Saunia est confectio lenis & suauis, sicut massa panis, delectabilis, plurimū restauat & nutrit, & maxime confert qui patiuntur tussim & pleuresim, R. amygdalarum dulcium, sacchari añ. lib. 1. amyli lib. s. olei amygd. dul. un. 1. s. aque uiol. quantum sufficit, & fiat eodem modo, sicut massa panis, sed in formis quadratis, oblongis, singulis un. 1.

Tragea cum margaritis, quę dicitur Manus Christi cum perlis sic fit, R. sacchari albi lib. 1. margaritarum subtiliter tritarum un. s. aque ros. quantum sufficit.

sufficit. Loco autem margaritarum potes ponere un. i. specierum cuiuscunq; electuarij & facies confectionem in forma solida.

Confectio Abbatis est saluberrima, & optima cōtra febres acutas, & morbos æstiuos; nam refrigerat caliditatem & siccitatem, inquietudinem, & dolores mitigat, reducit gustum, confortat digestiuam, à calore debilitatem, remouet oppilationes, subuenit defectiōibus animi, reficit extenuatos, consumptos, & sanat ictericos, R. sandalorum alb. rub. añ. drag. 2. s. dragati, gummi arabici, spodij añ. scrup. 2. azari, spicę, mastichis, croci, cardamomi, ligni aloes, gariophylorum, galliæ mus. anisi, sceniculi, berberis, cinnamomi, succi liquiritiæ, rheubarbari, seminis basiliconis, scariolę, portulacę, maluę, lactucę, papaueris albi, seminis citoniorum, citrulli, melonis, cucurbitę, cucumeris añ. scrup. 2. margaritarum, offis de corde cerui añ. scrup. s. camphorę grana 7. sacchari candidi, rosati un. i. s. sacchari albi lib. 2. fiat confectio, & quidã addunt musci grana 5.

Diarhodon est confectio exrosis, quę refrigerat præcordia inflammata, & faces febrium æstiuarum & acutorum morborum sedat dolores, confortat calorem naturalem, & gustum restaurat, membra debilia reficit, remouet oppilationes, & inflammationem epatis & est confectio utilis, & suauis, R. ros. rub. drag. 5. trochiscorum diarhodon, trochiscorum exspodio, liquiritiæ añ. scrup. 2. gariophylorum, gallię mus. trium sandalorum añ. drag. s. spodij, croci, mastichis, berberis, ligni aloes añ. scrup. 1. azari, spicę, macis, cardamomi, seminum portulacę, lactucę, scariolę, citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitę, seminis ocimi, gariophylati, margaritarum albarum, rasurę eboris, draganti, gummi arabici añ. scrup. s. camphorę grana 15. musci grana 5. sacchari lib. 1. s. fiat confectio solida in rotulis.

Confectio trium sandalorum inuenta est contra morbos epatis calidos, poros aperit, adiuuat calorem naturalem & digestiuam, concoquit sanguinem, & discutit eius excrementa, confert ægritudinibus pectoris, refrigerat ardorem febris, & sitim mitigat, dolores sedat & inquietudinem, & sanat febres æstiuas acutas, R. singulorum sandalorū, ros. añ. drag. 2. rheubarbari, spodij, succi liquiritię, seminis portulacę añ. drag. 1. s. amyli, gummi arabici, draganti, seminum melonis, citrulli, cucumeris, cucurbitę, scariolę añ. drag. 1. cāphorę scrup. 1. sacchari lib. 3. fiat confectio solida.

Cōfectio saccharina refrigerat febres incensiuas, & compescit acuitatem cholere, mitigat dolores, inquietudinem, & sitim, & restaurat debiles & extenuatos, R. sandalorum alborum & rubeorum añ. drag. 1. s. spodij, berberis, seminis portulacę, scariolę, melonis, succi liquiritię, ros. uiol. nenufaris añ. dra. 1. sacchari lib. 1. s. fiat confectionem cum aqua rosata.

Confectio excubelis sanat epaticos, & febres oppilationū, quę minantur hydropisim, refrigerat præcordia inflammata, & sitim, & suauiter confortat,

N

R. cubabarum un. s. seminum citrulli, melonis, cucurbite cucumeris, sandalorum rubeorum, alborum citrinorum añ. drag. 2. spodij, ocimi, rasuræ eboris drag. 1. s. seminis endiuie, portulacæ añ. drag. 1. ligni aloës nucis muscatæ añ. drag. s. sacchari lib. 3. fac confectionem cum aqua endiuie.

Aromaticū rosatum est confectio suavis & saluberrima, in qua miscet utile dulci, & ob eius bonitatem & excellentiā ceteris præponenda est, confortat stomachum, cor, cerebrum, & epar, letos & claros spiritus gignit, excitat appetitiuā, munit digestiuā, nutritiuā, et uirtutes omnes naturales corroborat, resoluit aquosam humiditatē stomachi, & emendat malas qualitates, quæ generant malos humores & putredinē, & cōualescentibus & debilibus integras uires & pristinā sanitatē restituit R. ros. un. 1. drag. 7. liquiritiæ rasæ un. 7. cinnamomi dra. 5. ligni aloës, sandali citrini, añ. dra. 5. gūmi arabici, dragāti añ. dra. 2. scrup. 2. macis, garioph. añ. dra. 2. s. spicæ dra. 2. nucis musc. cardamomi, galangæ añ. dra. 1. ambre scrup. 2. musci scrup. 1. sacch. lib. 6. fiat cōfectio cū aqua ros.

Confectio ex rosolis aromatica calefacit & confortat stomachum, iecur & præcordia omnia, frigiditatē repellit, phlegma prohibet & eius ægriitudines, uentositates & inflationes discutit, nauseam, acidus ructus tollit, & omnē stomachi cruditatem emendat, gustum reuocat, renes calefacit, coitum excitat, & facit pulchrum colorem, & odorem anhelitus & sudoris, R. rosarum, ligni aloës añ. drag. 5. calami aromatici drag. 1. scrup. 1. galliæ musc. macis, piperis longi, nucis muscatæ, mentē siccæ, cassiæ lignæ, mastichis, azari, cinnamomi, gariophylorum añ. drag. 1. croci, cardamomi, trium sandalorum, rheubarbari, spicæ, colti, cubebæ, zingiberis, fœniculi, anisi, libistici añ. scrup. 2. sacchari lib. 3. fac confectionem cum aqua rosata.

Rosata nouella frigiditatem propulsat, nauseam & uomitum compescit superfluum sudorem cohibet, confortat calorem naturalem, digestiuam & uirtutem retentiuam corroborat, & cōualescentibus & debilibus integras uires citius restituit, R. ros. liquiritiæ añ. un. 1. drag. 1. scrup. 2. s. cinnamomi drag. 2. scrup. 2. gariophylorum, spicæ, zingiberis, galangæ, nucis muscatæ, zedoariæ, styracis, cardamomi, apij añ. drag. 5. sacchari lib. 5. aque rosatæ quod sufficit, coquatur saccharum cum aqua rosata ad spissitudinem sufficientem, & cōmiscuantur in eis species prædictæ.

Confectio odorifera calefacit stomachum & intestina, confortat calorem naturalem, digestiuam, & membra principalia, & propulsat uentositatem & colicam, R. cinnamomi, zingiberis añ. drag. 2. gariophylorum, galangæ añ. drag. 1. nucis muscatæ, spicæ, macis, ligni aloës, mastichis, cardamomi, fœniculi, anisi añ. drag. s. sacchari lib. 1. un. 3. confice confectionem cum aqua rosata.

Confectio alexandrina plurimum iuuat stomachos frigidos & debiles, confortat stomachum, cor, epar, & digestiuam, sedat tussim sine febre à frigore genitam, resoluit uentositatem, & maximo præsidio est colicæ, & morbis frigidis.



gidis, R. cymini die ac nocte in aceto infusi & exiccati un. s. cinnamomi, cardamomi, galangæ añ. drag. 2. gariophyloꝝ, piperis longi, macis, spicæ añ. drag. 1. sacchari lib. 2. confice cum aqua rosata.

Diacyminum calefacit stomachum, resoluit uentositatem, & dolores frigidos, adiuuat digestionem, sedat tussim frigidam, & prodest phlegmaticis & quartanarijs, R. cymini die ac nocte in aceto infusi & exiccati un. 1. cinnamomi, gariophyloꝝ añ. drag. 1. s. zingiberis, piperis nigri, galangæ, saturæ, calamenthi añ. drag. 1. scrup. 2. ameos libistici añ. drag. 1. grana 18. piperis longi drag. 1. spicæ, nucis muscatæ, anisi, mastichis, cardui añ. scrup. 2. sacchari albi lib. 3. aque quod sufficit.

Dianisum efficacissimum est cōtra omnem uentositatem & eius dolores, & plurimum ualet contra frigiditatem stomachi & phlegma, digerit crudos humores, aperit poros, & medetur tussi frigide, R. anisi un. 2. s. liquiritiæ, mastichis añ. un. 1. cardui, macis, galangæ, zingiberis, fœniculi, cinnamomi añ. drag. 5. piperis albi, nigri, longi, calamenthi, pyrethri, cassiæ lignæ añ. drag. 2. cardamomi, gariophyloꝝ, cubebæ, croci, spicæ añ. drag. 1. s. sacchari un. 2. mellis spumatilib. 4. confice electuarium.

Diagalanga explorata est cōtra frigidas et humidas stomachi & epatis egritudines, auget calorem naturalem, concoquit cibum, remouet oppilationes, resoluit uentositates, sedat acidus ructus & nauseam, & mitigat dolores, R. galangæ, ligni aloës añ. drag. 6. gariophyloꝝ, macis, libistici añ. drag. 2. piperis longi, cinnamomi, piperis albi, calami aromatici añ. drag. 1. s. calamenthi, mentæ, cardamomi, spicæ, seminis apij, fœniculi, cardui, anisi añ. un. 1. sacchari lib. 4. s. fiat confectio solida cum aqua.

Electuarium ex gemmis plurimum confert ægri tudinibus cerebri, cordis, stomachi, iecoris, matricis, & splenis: potissimum autem confortat cor, sedat tremorem eius & defectionem animi, quam syncopim uocāt, delet pallidam deformitatem, abigit fœtorem corporis & oris, clarificat spiritum, acuit sensum & ingeniū, propulsat pusillanimitatem, tristitiam, & melancholiā, & inducit spem, gaudium, hilaritatem, & bonos mores, & penè defunctos sanat, R. trochiscorum diarhodon drag. 1. s. ligni aloës, macis añ. drag. 1. margaritarum, zedoariæ, corticum citri, seminis ocymi, gariophyloꝝ añ. scrup. 2. fragmentorum preciosorum, cinnamomi, spicæ, galangæ añ. drag. s. been albi, rub. gariophyloꝝ, zingiberis, piperis longi, croci, cardamomi añ. scrup. 1. coralloꝝ rub. carabæ, limaturæ eboris añ. grana 14. ambre scrup. s. musci grana 6. folioꝝ auri & argenti añ. 10. mellis ros. quod sufficit, fiat electuarium.

Electuariū lætificans, confortat omnia membra principalia, ex quibus uirtutes manant naturales & animales, iuuat calorem naturalem & spiritum uiuificat, compescit malas cogitationes, & bonos mores, lætitiā & gaudium gignit, R. melissæ corticum citri, gariophyloꝝ, galliæ musc, mastichis, croci,

cinnamomi, nucis muscatæ, cardamomi, been utriusque, zedoariæ, seminis pœoniæ, seminis basiliconis utriusq; añ. drag. i. musci grana 6. mellis ros. quod sufficit, fiat electuarium.

Electuarium ex gariophyllis sedat singultum, nauseam, uomitum, & ructus acetosos, aperit oppilationes, resoluit fumosos uapores, calefacit frigida, adiuuat degestionem, & reducit gustum, R. gariophylorum, cinnamomi, zingib. liquiritiæ, ros. añ. drag. 2. ligni aloës, galangæ, nucis musc. zedoariæ, uiol. añ. dra. i. rheubarbari, macis, croci, colli, cyperi, cardamomi, seminis ocymi, garioph. anisi, libistici, limaturæ eboris añ. drag. s. spice scrup. i. mellis ros. lib. i.

Electuarium ex ligno aloës confortat stomachum, epar, cor, cerebrum, & debiles eorum uirtutes, & præcipue digestiuam corroborat, gustum excitat, remouet trepidum cordis pulsus, præseruat à syncopi, fouet calorem naturalem & spiritum, fugat melancholiam & tristitiam, & reducit lætitiã, calefacit complexionem, palloremq; & fœtorem corporis abigit, R. ligni aloës, ros. añ. drag. 2. gariophylorum, spice, macis, nucis musc. galliæ musc. cubebæ, cardamomi, mastichis, cinnamomi, cyperi, squinanti, zedoariæ, been utriusq;, margaritarum, corallorum rub. carabæ, corticum citri, seminis ocymi, gariophylati, maioranæ, sisymbrij, mentæ, piperis longi, zingiberis añ. drag. i. ambre scrup. i. musci grana 5. mellis ros. lib. i. un. 4. uel facias confectionem solidam cum sacchari albi lib. 5. s. & aquæ ros. quod sufficit.

Electuarium ex musco compositum est ad cauendã syncopim, & ledendũ tremorem cordis, & eius labores, spem, animumq; pusillanimis restituit, solatur tristes, medetur uertigini, epilepsiæ, obliquæ oris torturæ, paralyfi, & reliquis ægritudinibus cerebri, & anhelitum faciliat, R. margaritarum, setæ crudæ, quæ ut facilius teratur, parumper aduretur, carabæ, corallorum rub. galliæ musc. melissæ añ. drag. 2. s. croci, zedoariæ, ligni aloës, macis añ. drag. 2. zingiberis, cubebæ, piperis longi añ. drag. i. s. been utriusq;, spice, gariophylorum añ. drag. i. musci scrup. s. mellis ros. lib. i. s. fiat electuarium.

Electuarium excitro calefacit stomachum, & præcordia frigida, & confortat membra debilia, restaurat calorem naturalem, resoluit uentositates, emendat fœtorem oris, prohibet putredinem, & est efficax cõtra passiones cordis, & præseruat à peste hyemali, R. corticum citri un. i. gariophylorũ, ligni aloës, cinnamomi, macis, galangæ añ. drag. i. cardamomi, zingiberis, boli armeni, dictamni, mastichis añ. drag. s. musci grana 4. fac electuariũ cum melle ros.

Ambrosinũ ualde cõfortat stomachũ, cor, cerebrũ, epar, & omnia intestinalia, & uirtutẽ digestiuã, excitat lætitiã, & cõfert senibus, mulierib. & cõplexionibus frigidis, sed potissimũ ualet contra frigiditas matricis ægritudines, R. cinnamomi, doronigi, garioph. mastichis, nucis musc. macis, galagæ añ. drag. 3. sandalorũ citrinorũ, ligni aloës, piperis lōgi añ. drag. 2. zing. ambre añ. dra. i. s. spice, cardamomi añ. drag. i. musci scrup. s. fac electuarium cum iuleb ros.

Electuariũ

Electuarium ex cinnamomo desiccata humiditatem stomachi, & prohibet humorū putredinem & cruditatem, digerit phlegma, confortat stomachum, & iecur, excitat gustum, & remouet fœtorem oris, R. cinnamomi un. i. drag. 7. galange drag. 7. rosarum, cymini, enulæ añ. un. s. gariophylorum, piperis longi, cardamomi, zingiberis, macis, muscate, ligni aloës añ. drag. 4. croci drag. i. sacchari albi un. s. confice cum melle spumato.

Electuarium Spartanum aperit oppilationes uenarum, sanat febres inueteratas, emendat complexionem frigidam, resistit putredini, prouocat urinam, & adiuuat digestionem, R. cinnamomi, mastichis, anisi añ. un. s. acori drag. 3. ligni aloës drag. i. s. spice, gariophylorum añ. drag. i. mellis ros. quantū sufficit, & da ieiuno stomacho un. s. dissolutam cum decoctione anisi uel fœniculi, aut camomille, quæ ex innata proprietate sedat dolores uentris.

Albanum iuuat stomachicos, & sedat dolores eorum, prouocat gustum, digerit nutrimenta, corroborat expulsuam, cōpescit fluxus stomachicos & epaticos, & stomachum ad meliorem complexionem reducit, R. corallorum alborum, rub. añ. un. s. mastichis, anisi añ. drag. 2. cinnamomi, ligni aloës añ. drag. i. s. myrrhæ, eupragiæ añ. drag. i. gariophylorum, nucis muscatæ añ. drag. s. spice scrup. i. confice cum saccharo uel melle rosato.

Dianthos confortat cor & medetur passionibus eius, sedat trepidum cordis pulsus, & syncopim arcet, tristitiā & melancholiam propulsat, & restaurat conualescentes, R. florum roris marini un. i. rosarum, uiolarum, liquiritiæ añ. drag. 6. gariophylorum, spice, nucis muscate, galange, cinnamomi, zingiberis, zedoariæ, macis, ligni aloës, cardamomi, anisi, anethi añ. drag. i. scrup. i. mellis spumati quod sufficit.

Diasene complexionem corrigit melancholicam, sanat spleneticos, & febrem quartanam, propulsat passiones cordis, & egritudines melancholicas, R. sene un. i. s. cinnamomi un. s. lapidis lazuli drag. i. s. auellanarum adustarū 25. setæ adustæ, gariophylorum, galange, piperis, spice, ocymi, zingiberis, cardamomi, croci, zedoariæ, florum roris marini, piperis longi añ. drag. i. boli armeni, macis añ. drag. s. sacchari lib. s. mellis spum. quod sufficit, & da dra. 5.

Electuarium completum constructum est ad repellendam malam complexionem melancholicam, & generat mentis tranquillitatem & corporis sanitatem, curat debilitatem stomachi, & fouet calorem naturalem, & uires cordis corroborat, & cerebri cauet syncopim & epilepsiam, clarificat spiritum, acuit ingeniū, memoriā, & omnes sensus, R. cinnamomi, garioph. ligni aloës, galange, spice, nucis musc. zingib. spodij, squinanti, cyperi, ros. uiol. añ. drag. i. grana 15. macis, liquiritiæ, mastichis, styracis, maioranæ, mētē aquaticæ, id est, balsamitæ, corticum citri, cardamomi, piperis nigri & albi, myrtilorū añ. scrup. 2. gra. 5. margaritarū, been utriusq; corallorum, setæ cōbustæ añ. scrup. i. gra. 2. musci gran. 7. camphoræ gran. 5. cōfice cū sirupo ros. uel iuleb. & da drag. 2.

Pigamum est optimum remedium colicæ & ægritudinum frigidarū, calefacit complexionem, resoluit uentositatem, & opilationes, & sedat dolores intrinsecos, R. foliorum rutæ. un. i. drag. 2. serapini. un. s. opoponaci. drag. 5. ameos, cymini, nigelle libistici origani, cardui macedonici alexandrini, amygdalarum amararum, piperis nigri, & longi, mentastri, dauci, acori, baccarū lauri, castorei añ, drag. 2. fiat electuarium cum melle ros.

Diacorus est cibus optimus & suavis, & mirum in modum confert ægritudinibus neruorum, acuit omnes sensus & ingenium, sedat dolores capitis, est peculiare remediū frigidarū ægritudinum, senum, & maxime catarrhi, R. acori secacul. i. irrigui añ. lib. i. s. coquantur & exprimantur, & cōtundantur iterum cum mellis spumati lib. decem coquantur ad spissitudinem, & remotis ab igne, misce in illis pinorum lib. i. s. piperis nigri un. i. piperis longi, garioph. zing. macis añ. un. s. nucis mus. galangæ cardamomi añ. drag. 5. misce & da. un. s. quando itur dormitum.

Zingiberata est cibus delectabilis, aromaticus, qui calefacit complexionē & confortat totum corpus, & uirtutes naturales, potissimum autem confert pectori, stomacho & renibus frigidis & debilibus, & excitat libidinem, R. radices acori terfas & lotas & recte coctas, & extractis intrinsecis medullis duris, exprime & cōtere teneras cortices, postea tribus libris harū radicū adde mellis libras decem, & coquantur donec rubescant, & remotis ab igne secum misceantur pinorum. un. 5. zing. tantundem, galange, garioph. cinnamomi, nucis mus. zedoariæ, piperis añ. un. s. sic etiam pastinacæ & carotæ possunt condiri.

Electuarium impotentium augmentat sperma, excitat libidinem, & facit arrigere aures Pamphilo, R. feminum pastinacæ, naporū, raphani, asparagi, erucæ, nasturtij, been albi, rub. costi dulcis, zing. satyrionis. i. testiculorū uulpis añ. drag. i. piperis, pinorum añ. drag. 2. confice cum melle spumato.

Diacalamentum, calefacit, & sedat rigores, & frigora, digerit humores phlegmaticos, uiscosos, & tenaces, resoluit difficiles uentositates, adiuuat digestiua, & uirtutes oēs naturales, delet oppilationes, & facit penetrare nutrimenta, remouet singultum repletionis, paralytim, spasmum & medetur tussi, frigorebus, ægritudinibus pectoris, matricis, & prouocat urinā & menstrua, R. calamēthi montani & fluuialis, sileris montani, petrosel. libistici añ. dra. 6. piperis. un. i. s. zing. drag. 3. s. apij, serpilli añ. drag. 2. mellis spumati lib. 2.

Electuariū trium piperū plurimum calefacit, & peculiariter medetur morbis frigidissimis, & eorum doloribus, obsistit phlegmati crudo, & difficili & tollit acidus ructus, R. trium pip. añ. drag. 5. zing. anisi, thymi añ. drag. 2. spicæ, cardamomi añ. drag. i. cassiæ lignæ, seminis apij, sileris montani, azari, enulæ añ. drag. s. mellis spum. lib. i. un. 2.

Pyrrhenū quàm calidum est, & datur contra gelidos rigores, & frigidissimos

mos morbos, medetur quartanis & quotidianis febribus, attenuat, digerit & resoluit crassos humores, calefacit complexionem, & sanat morbos hybernos. Accipe foliorum rutæ un. i. s. dactylorum, .12. cymini adusti, piperis albi añ. un. s. piperis nigri, zing. falis nitri, pyrtherian. dra. 2. gariophylorū, dra. 1. grana 7. s. piperis longi, ameos, petroselini, dauci, anisi, radice enulæ, spicæ, cyperi, apij, fileris montani, costi an. drag. s. confice electuariū cum melle spumato, & da un. duas.

Anacardinum est calidissimum & potentissimū contra frigidissimas ægritudines neruorum & cerebri, ualet contra spasnum, paralytim, mollificationem, torturam oris obliquam, & colicam, potenter resoluit & desiccatur humiditates cerebri, acuit ingenium, & confirmat memoriā, sed qui sumunt ipsum caueant ab ira, coitu, ebrietate & à laboriosis exercitijs, quoniū facile inducit febrem, R. costi, cubebæ, baccarū lauri an. drag. 6. cyperi un. s. piperis longi, nigri, myrabol. chebulorum, indorū, emblicorū, testiculi castorei añ. drag. 2. tere omnia & confice cum butyro uaccino, & tantundem mellis, ut diutius conseruetur, & da drag. 2.

Electuarium singulare frigidæ tussis quæ paulo añ. ex frigore sine febre fuit concepta, hoc inquam electuariū nulli unquā remedio cōtra frigidam tussim postponatur, quia mirū in modum iuuat, R. electuarij trium piperū un. 3. cymini triti un. s. mellis spumati, uel sirupi de liquiritia, qd̄ sufficit, & da drag. 2. ter uel quater in die simplex uel dissolutum cum uino. Diaris calefacit & munit pectus & precordia, sanat tussim, raucedinem, difficultatem anhelitus, R. ireos. un. i. pullegij, hyssopi, liquiritiæ añ. drag. 6. draganti, amygdalarū dulcium, pinorum, cinnamomi, zing. piperis añ. drag. 3. carycarū, dactylorum añ. drag. 5. passularum un. s. styracis, rubeæ. drag. 2. s. confice cum melle.

Diahyssopum medetur tussi phlegmaticæ & frigidis pectoribus, excreare facit, & educit materias phlegmaticas & faniolas, faciliat sputum, & anhelitum, & confert phthificis, R. hyssopi, ireos, thymi, piperis añ. drag. 6. abrotani, saturæ, rutæ, cymini añ. un. s. dactylorum, passularum, carycarum, feniculi añ. drag. 2. zing. anisi, cardui, libistici añ. drag. 1. confice cum melle.

Electuarium ex serpyllo mundificat pectus ab excrementis uiscosis, & fanie, abstergit & cōsolidat ulcera pulmonis, R. hyssopi, ireos, serpylli añ. un. i. confice cū melle ros. uel sacch. ros. aut loco serpylli ponat hyssopus syluestris.

Electuarium asmaticorum quod faciliat sputum, & anhelitū, sedat tussim frigidam, & sanat epilepsiā, R. hyssopi, ireos, myrrhæ, piperis nigri & longi, cardamomi, cardui, seminis peoniæ añ. drag. 2. spicæ, costi, ameos añ. dra. 1. confice cum melle & da drag. 2. uel 3. cum decoctione pectorali uel peoniæ contra epilepsiam.

Electuariū salutiferum quod contra pestem plurimum ualet, tutatur corpus ne lædatur à pestifero aëre, & præseruat humores à corruptione, R.

tormentillæ, sigilli sanctæ Mariæ añ. un. unā, seminis citri drag. 6. boli armeni, dictamni albi, myrrhæ, pimpinellæ, zedoarię añ. un. s. theriacæ drag. 2. smaragdi drag. 1. s. croci scrup. s. confice cum sirupo de acetositate citri, & da quotidie ieiuno stomacho un. s. dissolutum cum aqua rosata, in qua fuerit infusum bolum armenum.

Confectio corallina quam Vincentiæ composui, interimit enim uermes, & qui eis laborant, apprime sanat, R. corallinæ un. s. cinnamomi, seminis cedonici alexadrini añ. drag. 2. centonici 1. seminis sancti drag. 1. s. dictamni, cornu cerui adusti, balaustrarum, rheubarbari, gariophylorum añ. drag. s. croci scrup. 1. sacchari lib. 1. s. fac confectionem solidam cum aqua absinthij uel graminis.

Electuarium ex euphragia optimum est, nam conseruat & restituit sanitatem oculorum, acuit & clarificat spiritum & uisum, R. euphragiæ un. 2. macis, cubebę, cinnamomi, piperis longi, gariophylorum añ. drag. 1. fœniculi drag. s. mellis spumati lib. 1. succi fœniculi depurati un. 1. succi chelidonię depurati un. s. coquantur succi cum melle, & fiat electuarium.

Electuarium cum fœniculo cōseruat uisum, & debilem restaurat & acuit, caligantes oculos clarificat, & in pristinā sanitatem reducit, oppilationes aperit, uentositates discutit, urinam prouocat, renes & uessicam purgat, R. fœniculi, sileris montani añ. un. 1. euphragię, chamędreos, radice chelidoniæ, seminis apij añ. un. s. seminum anethi, petroselini, pullegij, hyssopi, florum borraginis, granorum iuniperi, saxifragię añ. drag. 1. confice, cum melle rosato, & da unc. s. post cœnam dissolutum cum aqua rutæ.

Confectio ex margaritis prohibet abortum, conseruat fœtum, tutatur matricem ne ledatur à nocuis causis, munit & confortat stomachum & præcordia, & non sinit generari malos humores, ad summum proficua est masculis & fœminis frigidis: nam confortat, restaurat, & calefacit complexionem, R. cinnamomi drag. 5. mastichis, zingiberis añ. un. s. been albi rub. piperis longi & nigri an. drag. 3. zedoariæ, doronigi, cassię lignę, macis, nucis musc. seminis apij, cymini, cardamomi an. drag. 2. pyrethri, margaritarum non perforatarum an. drag. 1. confice cum saccharo albo & aqua rosata.

Electuarium passularum sanat epar infirmum, remouet oppilationes & fluxum epaticum, icteritiā inchoantem hydropisim, & omnem malā epatis qualitatem emendat, R. passularum un. 3. myrrhę, terebinthiņ añ. un. s. bdellij, squinanti añ. drag. 2. s. balaustrarum, cassiæ, cinnamomi, spicæ, croci, calami aromatici añ. drag. 1. mellis spumati, uini añ. lib. 1. fiat electuarium.

Electuarium ex seminibus quod penetralia aperit, & præcipue oppilationes epatis delet, sanat fluxum epaticum, & omnem lubricitatem stomachi & intestinorum stipticat, corroborat membra collapsa, & uirtutem retentiuam, potenter expellit uentositates, & sedat dolores earum, R. seminum passinacę, cymini,

cymini, anisi, fœnogræci, cardui, ameos añ. un. s. die ac nocte infundantur in aceto, & parum adurantur, & recipe sileris montani similiter in aceto infusi & adusti drag. 2. s. zingiberis, cinnamomi, gariophylorum, piperis, galangæ, añ. drag. 2. mellis spumati quod sufficit, fiat electuarium.

Electuarium maritimorū aperitiuum, oppilationes apprime remouet, pallidam faciem, & tumidam in pristinam dispositionem & sanitatem reducit, efficaciter sanat febres longas mixtas & diuturnas phlegmaticas, icteritiã, malum corporis habitum, & principium hydropisis, R. gariophylorum, piperis, anisi, cymini, fœnogræci, cardamomi, ros. feminum melonis, citrulli, cucumeris, cucurbitæ añ. drag. 2. cinnamomi, seminis apij, ameos, fandalorum alborum, rub. citrinorum, zingiberis añ. drag. 1. sene, epithymi, squinanti, galangæ, macis añ. scrup. 2. spice, croci añ. scrup. 1. fiat electuarium cum melle ros.

Diacurcuma præseruat & liberat egros ab hydropisi atq; icteritia, & qui incidūt in eas nihil utilius capere possunt, aperitenim oppilationes potenter, & discutit duritiem epatis & tumores splenis, resoluit uentositates, prohibet humiditatem stomachi & putredinem humorum, digerit crudos humores, calesfacit intestina, sanat morbos chronicos, confert doloribus renum & uessicæ, & prouocat urinam, R. rheumbarbari, spice, anethi syluestris añ. drag. 6. croci, azari, seminū petrosel. apij, dauci, anisi añ. un. s. costi, myrrhæ, cassiæ lignæ, squinanti, carpobalsami, rubeg. tinctorum, succi absinthij, succi eupatorij, olei balsami añ. drag. 2. calami aromatici, cinnamomi añ. drag. 1. s. allei syluestris, scolopendriæ, succi liquiritiæ añ. drag. 2. s. draganti drag. 1. conficet cum melle spumato, & da drag. 2. cum uino calido dissoluto.

Dialacca peculiariter medetur icteritiæ & hydropisi & morbis qui minantur eas, aperit poros, resoluit humiditates & uentositates, & prohibet ortū earum, discutit pallorem faciei, duritiē epatis & splenis, sanat egritudines & dolores eorum, & frigidos & chronicos morbos, confortat stomachum, & digestiuam, cōtundit lapides uessicæ, expellit arenulas renum, & mingere facit, R. laccæ ablutæ, rheumbarbari añ. drag. 3. spice, mastichis, succi eupatorij, absinthij, amygdalarum amararum costi, myrrhæ, rubeg. tinctorum, saluiæ, seminū apij, ameos, fœniculi, anisi, azari, gentianæ, aristolochiæ, croci, cinnamomi, hyssopi, cassiæ lignæ, squinanti, bdellij añ. dra. 1. s. piperis, zingib. añ. dra. 1. infunde myrrhā & bdelliū in uino, & cetera tere, & fiat elect. cū melle spumato.

Electuarium ex squinanto datur contra hydropisim, remouet ægritudines epatis, splenis, eorum oppilationes, tumores & dolores, sanat febres longas & morbos phlegmaticos, & restituit pristinum colorem naturalem, R. squinanti, cinnamomi, costi, myrrhæ, spice, cassiæ, croci añ. drag. 1. mellis spumati un. 3. s. & da drag. 2. cum uino calido.

Electuariū ex myrrha sanat ueteres morbos stomachi, epatis, splenis, remouet oppilationes, resoluit uentositates & humores aquosos, phibet putredinē,

digerit crassos humores, & sedat dolores intestinorū, R. myrrhę drag. 3. croci, acori, baccarum lauri añ. drag. 2. seminis dauci, apij, ameos, sceniculi, sile ris mōtani, carpobalsami, triū piperū, cinnamomi, cassię, squināti, costi, spicę, mēte, marrubij añ. dra. 1. cōfice cū melle spumato, & da dra. 2. cū uino calido.

Electuariū ex chelidonia, corrigit malas complexionēs stomachi, & totius corporis frigidās, sanat uitia epatis, splenis, icteritiā, hydropisim, febres inueteratas, & oppilationum morbos, R. radicū chelidonię minoris, cinnamomi, spicę, azari, cassię añ. un. 1. costi, myrrhę, squinanti añ. drag. 1. cōfice cum melle spumato, & da quolibet mane ieiuno stomacho drag. 2. cū uino calido.

Electuariū ex eupatorio est ualde aperitiuū, ualet cōtra oppilationes, febres phlegmaticas diuturnas, remouet pallorē faciei, icteritiā, & prohibet hydropisim, R. succi eupatorij drag. 1. s. succi absinthij, rheumbarbari, myrrhę, croci añ. dra. 1. fumiterre, spicę, anisi, squināti, seminis apij, azari, cassię, amygdalarū amararū añ. dra. s. cōfice cū melle spumato, & da drag. 2. cū uino tepido.

Electuarium ex costo medetur febribus repletionis inueteratis, spleneticis, epaticis, doloribus intestinorum, uentositati, & præcipue oppilationibus, R. costi amari, cassię, cinnamomi añ. drag. 5. azari un. s. seminis anisi, apij, squinanti, rheumbarbari añ. drag. 3. croci, aristolochię, myrrhę añ. drag. 2. cōfice cū melle spumato, & da drag. 2. ieiuno stomacho, cū decoctione capparum.

Electuarium ex ruta est optimum cōtra inflationes & tumores stomachi & uentris, resoluit uentositatem, aperit oppilationes, sedat dolores laterum, & detumescere facit tympanites, R. foliorum rute siccorū un. 1. s. cymini diem & noctem in aceto infusi, piperis añ. un. s. salis nitri drag. 2. confice cum melle spumato.

Electuarium oppilatorum digerit crassos humores, & aperit omnes uenarum uias & poros, medet febribus repletionū & oppilationum longis, curat ægri tudines stomachi, epatis, & splenis, & eorum tumores discutit, confortat calorem naturalem & uirtutem digestiuam, restaurat debiles uires, calculos frangit, urinam prouocat, & arenulas deijcit, R. rheumbarbari drag. 3. aristolochię longę, liquiritiæ, laccę ablutę, croci, costi, squinanti rubeę tinctorū, piperis añ. drag. 1. s. myrrhę, bdellij añ. drag. 1. infunde myrrham & bdellij in uino, & reliqua terantur, & fiat electuarium cum melle cocto.

Electuarium uitale mirū in modū calculos attenuat & dissoluit, & per urinam expellit, plurimum mingere facit, discutit tumidas durities epatis & splenis, & sedat dolores iliorū, R. squinanti, cyperi, azari, euphorbij, thymi, seminis macedonici alexandrini, anethi añ. drag. 2. s. cinnamomi, calami aromatici, polypodij, filipēdulę, piperis nigri, seminis libistici, petroselini, urticę, seminis citri, gran. solis, macis, gūmi, hederę añ. scrup. 2. galangę, spicę, zedoarię, betonicę, ualerianę, anethi agrestis, asparagi, cardamomi, apij, sceniculi, seminis erucę, sinapis, orobi albi & rub. añ. drag. s. garioph. zingib. cassię lignę, pyrethri,



pyrethri, costi, spicæ celticæ, myrabolanorum, chebulorum, piperis albi, car-  
pobalsami, cardui, cymini, baccarū lauri, sileris montani añ. scrup. i. olei nar-  
dini un. s. confice cum melle.

Iustinum optimum est contra calculos, & dissoluit omnem materiam in re-  
nibus & uessica congestam, & per urinam expellit humores phlegmaticos,  
mucosos, flauos uel albos, similes spermati, qui interdum ex uirga inuolunta-  
rie fluunt, & dolores uiscerum sedat, R. cinnamomi, macis, costi, spicæ, cassiæ  
aristolochiæ longæ & rotundæ, enulæ, hyssopi, pullegij, artemisiæ, quinque fo-  
lij, piperis albi, orobi, petroselini, libistici, seminis macedonici alexandrini, se-  
minis urticæ, granorum solis, saxifragiæ, iuniperi, asparagi, sileris montani,  
apij, anethi, rutæ, seminis citri, fœniculi, anisi, baccarum lauri añ, drag. i s. cō-  
fice cum melle spumato.

Lithontripū ualde attenuat, conterit, & per urinam expellit arenulas & la-  
pides, & non sinit generari eorū materias in renib. & uessica, prouocat urinā  
& sedat colicā, R. spicæ, zingiberis, xylobalsami, acori, cinnamomi, peucedā-  
ni, anethi syluestris, trium piperū, saxifragiæ añ, drag. 2. s. seminis balsami, ga-  
rioph. costi, rheupontici, liquiritiæ, cyperi, draganti, seminis macedonici, cha-  
medreos, seminis apij, asparagi, basiliconis gariophylati, seminis urticæ, semi-  
nis citri dra. i. gr. 15. macis, croci, squināti, cassiæ lignæ bdelij, mastichis, ireos,  
amomi, libistici gra. solis, petroselini, cardamomi, nasturtij, anethi ameos, eu-  
phorb. scrup. i. g. 4. olei nard. dr. i. cōfice cū melle spum. & da dra. 2. cū ui. tep.

Electuariū ex cineribus est efficacissimum contra lapides renum & uessicæ,  
eosq; penitus dissoluit, & mingere facit, R. cineris uitri, cineris scorpionum, ci-  
neris radicū caulium, cineris leporis, lapidis inuenti in spongia sanguinis hir-  
ci exiccati, cineris corticū ouorum, quibus pullus egressus est, lapidis iudaici,  
gummi arboris nucum, acori añ. drag. 2. petroselini, dauci, pullegij, gummi  
arabici, seminis althææ, piperis añ. drag. 5. confice cum melle spumato.

Cinis uitri sic fit, accipe uitrum, & toties ignitū in pice extinguitur, quo-  
usq; in cinerem facile conuertatur.

Cinis scorpionum sic fit, R. decem scorpiones uel circa, & mittantur in ol-  
lam coopertam, & ponatur in furno, uel super ignem factum ex sarmentis uel  
uitibus.

Cinis radicū caulium fit, R. radices caulium terfas, & incidantur in frustra,  
& ponantur in ollam cum coopertorio perforato, unde fumus exeat, & ma-  
neant in furno calido, donec fiant sicut carbones nigri.

Cinis leporis, R. leporem decollatum, non excorticatum, & pone eum in  
ollam nouam, & combure in furno donec fiat cinis & teratur. Si quis autem  
sumperit de eo drag. 2. minget lapides quos habet in uessica.

Cinis corticum ouorum sic fit, cōterantur subtiliter cortices ouorū in qui-  
bus sunt nati pulli, & ponant in ollam nouā, & obstruetur os eius, & mittatur

in furnum per unum uel duos dies quousq; in cineres conuertantur.

Sanguis hirci incredibili uirtute lapides frangit, non solum uessicæ, sed saxa & adamantæ. Si nutriatur hircus pluribus mensibus folijs hedere, & iuguletur mense Augusto, & remoto sanguine qui primo exit, sumatur sanguis medius uel postremus, & ponatur in amphiala, uel alio uase uitreo, & obturatur orificium eius, & exponatur soli donec exiccetur.

Prouocatiuum menstrui, quo nihil potentius reperitur ad educendam menstrua, & sanguinem hemorrhoidarum, fœtum mortuum, & secundinã eijcit, apprime sedat dolores post partum, & qui ex retentione menstruorum proueniunt, plurimum mingere facit, lapides uessicæ disrumpit, tumores splenis & uentositates resoluit, colicam quàm primum sanat, poros & uenas aperit, complexionem calefacit, stomachum & digestiuam confortat, R. farine lupinorũ drag. 2. piperis drag. 1. scrup. 2. grana 7. liquiritiæ drag. 1. scrup. 1. aristolochiæ longæ, artemisiæ, calliæ fistulæ, myrrhæ, seminis macedonici alexandrini, seminis rutæ, apij, sauinæ, pyrethri, spicæ añ. scrup. 2. grana quatuordecim anisi, centaureæ maioris, seminis pastinacæ, nigellæ, aluminis, gariophylorum, betonicæ añ. scrup. 2. foliorum lauri, pullegij, squinantii, xylobalsami añ. scrup. 1. grana 15. azari, acori, amomi, seminis atriplicis, marathri, pœoniæ, centaureæ minoris añ. scrup. 1. grana 6. enulæ, orobi, cyperi, radicis capparidis, cymini, zingiberis añ. scrup. 1. confice cum melle spumato, & da ad potandum drag. 1. s. cum uino calido dissolutum, & fiat etiam nastale uel pensagium ex bombice uel petijs lini cum hoc medicamine linitis, & submitatur in uulua. Prouocat etiam menstrua, & abortire facit cyclamen, id est, panis porcinus in uulua retentus. Hypericon græce, latine perforata, cum sapa confecta, sedat iuncturarum dolores.

Electuarium ex aristolochia ualet cõtra uenenum, sicut theriaca & mithridaticũ: resistit enim uenenis, & non sinit inficere corpus, sanat egritudines frigidas cerebri & neruorum, ceu epilepsiam, paralysem, & spasmus: iuuat stomachum, epar, & digestionem, discutit inflationes, uentositates, & dolores, aperit oppilationes, curat malum corporis habitum & hydropisim, sed potissimum medetur uenenis, R. aristolochiæ rotundæ, gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, singulorum partes æquales, confice cum melle spumato, & da drag. 5. cum uino tepido dissolutum. Collyrium ex felle restaurat debilem uisum, delect caliginem & maculas oculorum, R. succi rutæ un. s. fellis apri, lupi, uel tauri drag. 1. serapini drag. s. Quod si propter acuitatem coquere uideretur, contemperetur cum aqua rosarum.

De medicinis opiatis.

Cap. VI.



Medicine opiatę statim sedant dolores, sed non sunt exhibendę, nisi urgente necessitate, & cum cautela, quoniam sunt periculose: nam hebetant sensus, & compescunt spiritum sensitiuum, ne diffundat

in

in corpus, & sic somnum inducunt, stupefaciunt neruos, sopitur sensus, & occultantur dolores & morbi: & propterea curæ quæ fiunt cum medicinis opiatæ sunt mendosæ, & blanditiuæ, & non remouet causas, sed impediunt digestionem, quapropter prius purgetur corpus, & ieiunet quatuor uel sex horas ante, & totidem post: & caue debili uirtuti, quia calor naturalis debilis facili ratione à frigiditate opij extinguitur. Omnino quando sumitur opium, debet esse recte fermentatum saltem per sex menses, & optime correctum cum croco, castoreo, uel alijs simplicibus, quæ emendant malitiam opij. Qui igit hæc diligenter obseruat & cauet, omnis dolor cum medicinis opiatæ facile sedat.

Theriaca famosa est & salubris cōtra genera egritudinum plurima, & præfertim contra uenena, ex innataq; proprietate sanitatem cōseruat, & amissam recuperat, confortat enim calorem naturalem, & spiritum, & resistit putredini, qualitatibus pestiferis & uenenosis, sed ante sex menses est stupefactiua, uenenosa, & minime sumenda, postea crescit in calore & uirtute continue usq; ad uigesimum annum, & tunc incipit paulatim decrescere, sicut senescit, adeo quod post trigessimum quintum annum nihil penitus ualet, sed inter primum & trigessimum annum bibita, & super morsus uenenosorum animalium posita uenenis medetur, pestiferisq; febribus phlegmaticis, melancholicis, & rigidis earum frigoribus, lepræ, paralyti, obliquæ oris torturæ, epilepsiæ, apoplexiæ, demetiæ melancholicæ, furori, & omnibus ferè capitis doloribus, & iuuat cerebrū & omnes sensus cum aqua saluiæ, maioranæ, uel uino, aut aqua mellis, uel sirupo stichados bibita. Amplius, cum aqua mellis, uel concoctione petorali, sedat tussim, & faciliat anhelitum & sputum. Sed cum aceto aque mixto sistit sputum sanguinis, cum concoctione anisi, camomillæ, uel fœniculi sedat dolores stomachi, intestinorum, colicam, & resoluit uentositates & inflationes cum concoctione azari, tumores & durities epatis, splenis, & eorum oppilationes discutit, & sanat hydropisim.

Item theriaca cum uino bibita sedat cordis pulsus & tremorem, & reducit gustum amissum & cum aqua mellis medetur renibus, uessicæ dirumpit lapides, expellit arenulas, & prouocat urinam: sed cum cōcoctione balauiliarum uel gallarum constringit fluxum, & consolidat ulcera intestinorum, ad summum confortat cor, cerebrum, stomachum, epar, & omnia membra, & malas qualitates remittit, & innatam complexionem munit, prohibet ortum malorum humorum, & putredinem, & præseruat & liberat homines à peste, & à uenenis: & eius inuentor fuit Andromachus. R. trochiscorum squille un. 6. trochiscorum tyri, trochiscorum halicarontis, piperis nigri, opij añ. un. 3. cinnamomi, rosarum, seminis napi syluestris rotundi, allei agrestis, ireos, agarici, succi liquiritiæ, olei balsami añ. un. 1. s. myrrhæ, croci, zingiberis, rheubarbari, calamenti montani, quinq; folij, prassij, petroselini, stichados, costi, piperis albi & longi, pullegij, polij, thuris, squinanti, terebenthine, cassiæ lignæ,

spicæ añ. drag. 6. styracis liquide, feminis apij, sileris montani, ameos, chamædreos, chamæpiteos, succi hypocistidos, spice celtice, sandonici, id est, feminis sancti, gentianæ, macis, fœniculi, terre sigillate, uitrioli combusti, amomi, aco-ri, nasturtij, carpobalsami, hypericon, ualerianæ, gūmi arabici, libistici, anisi, acatiæ, castorei, dauci, serapini, bdellij añ. un. s. galbani, asphalti, id est, bitumi nis iudaici, opoponacis, centaureæ minoris, aristolochiæ rotundæ añ. drag. 2, mellis spumati libras decem, uini optimi ueteris lib. 3. Et in primis sume opiū, myrrham, hypocistida, serapinum, succū liquiritiæ, styracem liquidam, acatiam, opoponacum, & tere in mortario cum modico melle donec mollescat, & modicum uini infundatur, & dimittatur tres dies in uase uitreo, postea ad datur spica, cinnamomum, zingiber, cassia, pullegium, nasturtium, castoreum, terrasiligillata, uitriolum, asphaltum, amomum, & reliqua quæ possunt teri, & trita uino conspergantur. Deinde dissolue in cazola mel, gummi arabicū, terebenthinam, galbanum, & oleum balsami, & simul cum alijs misceantur, & cōficiatur theriaca, quæ in pyxidi argentea uel saltem plumbea aut stan-nea conseruetur, & uas sit magnum, & contineat plus quàm totam theriacā, & quàm bene cum corio coopertū ligetur, & quotidie mane & sero à primo die usq; ad uigesimum per horam agitetur cum spatula uel ligno in sole æstiuo, & semper post cōmixtionem obstruatur, deinde semel in die per spacium unius horæ usq; ad trigessimū quintum diem commoueatur, postea alternis diebus usq; ad quinquagesimum diem concitetur, deinde usq; in finem duorum mensium tertio quoq; die media tantum hora misceatur, & sic in sequenti minus & rarius agitetur, ita quod inter sexagesimum & septuagesimū diem quarto quoq; die, & inter septuagesimum & octuagesimum bis dūtaxat & parum moueatur, postea usq; in finem tertij mensis semel misceat, & sic in quarto mense ter, & in quinto bis, & in sexto semel tantum modo agitetur, demū reponatur & diligenter conseruetur.

Trochisci de squilla sic fiunt, elige squillam mediocris magnitudinis, & inuolue eam pasta fermentata, & in olla posita coquatur in furno, & pars mollis squille cocta contundatur cum tantundem panis adusti, & secum misceatur, & fac trochiscos inūctis prius manibus cū oleo rosato, et exicca eos in umbra.

Trochisci ex tyro, R. tyrū qui dicit uipera, & abscinde caput uersus quantitatē trium digitorū, & tantundem caudæ, & mediū quod remanet excoria, & projicias intestina, & quàm bene lauet cū aqua & sale, & coquat cū aqua dulci quousq; facile seperetur caro à spinis, & contundatur caro in mortario cū tantundem panis usti, & fiant trochisci, & siccet in umbra. Tyrus aut siue uipera à uulgaribus scorzonis appellatur, qui habet caput planum, in cuius medio est cornu sicut granū frumenti, eius collū est subtile & cauda curua, & quādo serpit facit strepitū præter morē aliorū anguiū; & eligat flaua & fœmina quæ habet plures dentes, masculis aut utrinq; tantum dens est unus; & sit uelox, & præ

præ se ferat audaciã, & crebro uibret triplicẽ linguam & capiatur in locis aridis, & in principio estatis, eodemq; die uerberibus irritata statim incidatur caput & cauda. Sed pleriq; adulterant theriacã propter penuriam uiperarum, uel maxime propter difficultatẽ capiendi eas, & loco trochiscorũ tyri ponunt hos, trochiscos uel similes, R. farine orobi lib. i. panis adusti un. 3. s. tormẽtille dictamni añ. dra. 3. fac trochiscos cũ uino in quo fuerit infusum gummi arabicũ.

Trochisci halicarontis, R. calami aromatici, costi, xylobalsami, azari, myrrhæ, amomi, polij montani añ. un. 3. aristolochie rotundę un. 2. s. spicæ, macis an. un. 2. squinanti, croci añ. un. 1. s. reubarbari, cassię, cinnamomi añ. un. 1. drag. 2. corticũ radicis malignanati syluestris spinosi, qui producit granatos acres, cum modica pulpa, mastichis, maioranę, ualerianę an. drag. 6. terantur & fiant trochisci cum uino ueteri optimo & exiccantur in umbra.

Mithridaticum proximũ est in qualitate, & uirtute theriacę & parũ differunt, nisi forte quòd theriaca est parũ calidior & potentior contra uenena serpentum. Omnino compertum est etiam quòd mithridaticũ plurimum ualet contra uenena & eis peculiariter medetur, quinetiam curat ægri tudines capitis frigiditas, dolores sincipitis, superciliarum, temporũ, occipitis, & hemi craneam cum decoctione saluię, maioranę uel stichados & confert ijs qui tristitia & horrenda sæpe solent absq; ratione meditari, secumq; loquũtur, & frequenter sine causa contristantur, aut aliam insanie speciẽ ex augmento melancholie patiuntur, medetur lethargo cum concoctione uuæ epilepsie, cum concoctione peoniae, paralyti spasmu, tetano, obliquo ori, & ægri tudinibus neruorum omnibus, cum tantundem electuarij anacardini, hydromelle dissolutũ.

Contra catarrhum qui fluit ad oculos in guttur, pectus uel pulmonem, R. mithridatici, olibani añ. drag. s. fiant pillulæ & sumantur quando itur dormitum, aut gargarissetur mithridaticum cum concoctione olibani dissolutum, & contra omnem humorũ descensum, & dolores dentium ualet mithridaticũ cum decoctione sandarachæ, quæ dicitur uernix, si fauces abluantur cõtra dolorem & tinnitũ aurium sumitur cum concoctione amyg. amaranũ, & discutit incoham anginam cum concoctione olibani & rosarum gargarissatũ. Tussim & difficultatem anhelitus sedat sumptũ cum hydromelle uel concoctione pectorali, sed cum myrrha & gentiana, excreare facit saniam & abstergit ulcera pectoris, cum phylonio persico, consolidat uenas & sistit sanguinẽ. Contra dolores stomachi bibitur cũ concoctione mastichis, uel mentę & uino & concoctione tamaricis, resoluit tumores splenis. Sedat dolores renũ, frangit lapides uessicę cũ concoctione saxifragiæ, & potenter prouocat menstrua cum uino uel aqua apij uitijsq; matricis omnibus ferẽ medetur, præterquàm fluxui menstruorum, sed cum concoctione balaustrarum constringit fluxum uentris, ferturq; prodesse patientibus febres phlegmaticas & melancholicas ante horam paroxysmi bibitũ cum uino tepido. Deniq; ægri tudines frigiditas

ferè omnes iuuat, non modo bibitū, sed loco doloris linitū, premissa purgatione, quoniam repletis parum prodesset, & nulli detur nisi post sex menses, in quantitate drag. 2. ad summū, R. ualerianæ, acatiæ, seminis hypericonis añ. un. 5. drag. 5. myrrhæ, croci, agarici, zingiberis, cinnamomi, draganti añ. un. 1. drag. 2. spice, olibani, nasturtij, squinanti, xylobalsami, stichados, sileris montani, costi chamepitos, galbani, terebenthine, piperis longi, succi barbæ hircinæ, castorei, opij, macis, styracis, opoponacis añ. un. 1. cassiæ, piperis nigri, albi, hermodactylorum, polij, allei syluestris, dauci, meliloti, gentiane, olei balsami, carpobalsami, bdellij, trochiscorum cochion añ. 7. harmoniaci, spice celticæ, mastichis, gummi arabici, seminis petroselini, cardui agrestis, apij feniculi, ros. pullegij añ. drag. 5. anisi, acori radice, anethi syluestris, azari, serapini añ. dra. 5. rute dra. 2. uini ueteris optimi lib. 4. in quo prius infundantur quæ oportet, deinde cum sufficienti melle spumato conficiatur michridaticum.

Trochisci cochion sic fiunt, R. terebenthine resinæ. un. 3. squinanti myrrhæ añ. un. 1. s. calami aromatici un. 1. passularum un. s. cinnamomi, bdellij, lacteæ bysantiæ, id est, purpureæ marinæ, spice celticæ, cassiæ, meliloti, cyperi, baccarum lauri añ. drag. 3. asphalti, id est, bituminis iudaici drag. 2. s. croci drag. 1. dissoluenda dissoluantur cū uino, & reliqua terantur, & fiant trochisci cum melle spumato, & exiccantur in umbra.

Triphera opiata mitigat omnes dolores, & inducit somnū, & plerunq; sumitur cum uino tepido. Ad capitis dolorem datur cum decoctione saluie uel maioranæ uel nucis muscatæ. Contra descensum catarrhi cum decoctione mastichis. Contra dolorem stomachi cum tribus granis uel baccis hederæ tritis, & concoctione anisi, feniculi, uel mastichis. Contra passiones cordis cū concoctione gariophylorum, contra colicam cum concoctione rute uel piperis. Contra uitia matricis sumatur cum uino cocto cum artemisia, & facit concipere cum decoctione mandragoræ uel florū sambuci, & prouocat menstrua, cum decoctione abrotani, præsertim sine opio cum decoctione matricariæ uel sauinæ, bibita & summissa in uulua. Datur autem infantibus & pueris qui die noctuq; plorant, ut dormiant, sed in minori quantitate quàm adultis, quibus dantur drag. 2. dissolutæ cum uino in quo fuerit coctum semen papaueris albi, ad prouocandum somnum, & fit cum opio & sine opio utroq; modo, sed sine opio securius sumitur in maiori quantitate, & confert omnibus ferè ægri tudinibus frigidis, et præcipue matricis, R. opij drag. 2. cinnamomi, garioph. galangæ, spice, zedoariæ, zing. costi, styracis, calamenthi, calami aromatici, ireos peucedani, cyperi, acori, mandragoræ, spice celticæ, ros. piperis, anisi, apij, petroselini, feniculi macedonici alexandrini, seminis pastinacæ, hyoscyami, seminis ocimi, cymini an. drag. 1. mellis quantū sufficit, & da drag. 2. post sex menses, sed sine opio recento est melior & utraq; conseruatur usque ad tres annos.

Phylonium

Phyloniū romanū mirum in modū mitigat dolores, præcipue stomachi, matricis, laterū, totius uentris, & colicā cū decoctione camomillę uel rutæ, & statim prouocat somnum cū aqua lactucæ uel sirupo papaueris, tollit dolorē capitis, cū decoctione stichados, prohibet catarrhū cū decoctione olibani uel spicæ, cōtra spasmū & paralyfim bibit cū decoctione nucis muscatæ, faciliat anhelitū cū decoctione baccarū lauri uel hyssopi, & sedat tussim cū aqua mellis, prouocat urinā, faciliat mictū, & frangit lapides uellicæ cū decoctione saxifragiæ uel aqua apij, cōpescit uomitū & fluxum sanguinis ex ore, cū succo plantaginis uel decoctione mastichis, & sedat præfociones & singultus, & uitia matricis, & potenter somnū inducit, R. piperis albi, seminis hyoscyami albi añ. un. 2. s. opij. un. 1. dra. 2. croci drag. 5. spicę pyrethri, castorei añ. drag. 1. mellis spumati lib. 2. s. confice electuariū quod potest conseruari quatuor annis. Sed Nicolaus addidit euphorbij drag. 1. zedoarię, margaritarū, papaueris albi añ. scrup. 2.

Phyloniū persicū inuentū est ad retinendū sanguinē menstruorū, hæmorrhoidarū, fluxū uentris, uomitū, et sputū sanguineū, præsertim sic cū succo plātaginis dissolutū bibat, & ad fluxū menstruorū mittat in uuluā, et ad fluxū sanguinis excoriatiū clystari zet: cōsolidat fermē ulcera & uenas, & nihil est quod magis & tutius præseruet ab ortu prægnantē grauidā, R. piperis albi, hyoscyami añ. un. 2. s. opij, terræ sigillatæ añ. un. 1. drag. 2. lapidis hematitis, croci añ. drag. 5. castorei, spicę, euphorbij, pyrethri, margaritarū nō perforatarū, carabæ, zedoariæ, trochiscorum ramichi añ. drag. 1. loco trochiscorū ramichi potest poni tantundē galgę, cāphorę scrup. 1. cōfice cū melle colato, & da drag. 2.

Musa febribus interpollatis prodesse comperta est quotidianis, quartanis, & tertianis ante horā accessionis sumpta, præmissa purgatione, nec debili existente uirtute: sic enim alleuiat rigidos tremores, & frigus, sedat inquietudines febrium acutarum, & sedat paroxysmos, præsertim si eger calefiat in thermis, aut sudauerit in balneis concoctionis foliorū lauri, saluiæ, anethi, camomillę, serpylli, & similibus redolentium, aut hordei concoctione fomentatus, tectus undiq; pannis, & inungat sibi uenas pulsatiles, & tempora cum musa, & circiter drag. 1. s. sorbeat cū uino ueteri in febribus frigidis & in calidis cū aqua buglossæ: quod si æger sudabit, euadet, secus plures moriuntur. Præterea musa inflationes stomachi & hydropisim detumescere facit, & cōfert splenetis & phthificis qui expuunt saniem, & sedat dolores & torsiones intestinorum, R. thuris, myrrhæ, gentianę, hyoscyami añ. drag. 6. opij un. s. croci drag. 5. s. euphorbij, aristolochiæ longæ & rotundę, mandragorę añ. drag. 1. piperis albi scrup. 1. confice cum melle spumato.

Electuarium archigenis opiatum præsidio est fluxibus uentris, præfocionibus matricis, paralyfi, uellicæ, rigidis frigoribus febrium, & ualet contra uenena; sed potissimum medetur tussi, ulceribus, & sputis sanguineis, & abster-

git putridas materias crassas, & sanioſas pectoris, & curat phthiſim, R. caſto-  
rei, piperis longi & nigri, ſtyracis, ſpicæ, coſti, opij, galbani añ. drag. i. croci  
un. s. confice cum melle ſpumato, & da drag. i. s. cum aqua mellis.

De trochiſcis.

Cap. VII.



Allia muſcata cor & cerebrum cōfortat, ſyncopim arcet, & in uul-  
ua retenta reducit ſubleuatam matricem in priſtinum locum, & ſe-  
dat præfocationem eius, ſed ore ſumpta corpus & anhelitū redo-  
lere facit, & fit ex ea optimū ſuffumigiū, & ingrediē plures medicinas, R. ligni  
aloës dra. 2. s. ambre dra. i. s. muſci drag. s. fac troch. cū dragātō & aqua roſ.

Trochiſci diarhodon conferunt febribus phlegmaticis longis & mixtis,  
quæ non ſeruant ordinem in acceſſionibus, & remouent oppilationes & pal-  
lorem faciei, abſtergunt humiditates ſtomachi, & ſedant dolores eius, R. roſa  
rū rub. drag. 6. ſpicæ, ligni aloës añ. drag. 2. liquiritiæ drag. 3. maſtichis drag.  
i. ſcrup. i. ſpodij drag. i. croci drag. s. fac troch. ſingulos drag. i. cū uino albo.

Trochiſci ex roſis iuuant ſtomachū & epar, & abſtergunt inteſtina, & mu-  
niunt præcordia, prohibent ortum malorum humorū, & curant febres phle-  
gmaticas, R. roſ. rub. un. i. liquiritiæ un. s. ſpicæ drag. 2. confice cum uino al-  
bo: quod ſi ſolutiuos facere uoles, adde diagridij drag. s.

Trochiſci exeupatorio ſunt probati contra cronicas febres & mixtas, ape-  
riunt oppilationes epatis, delent icteritiam, & ſedant dolores, R. ſucci eupato-  
rij un. i. drag. 2. roſarum rub. un. i. rheumbarbari un. s. liquiritiæ drag. 3. s. ſpi-  
cæ drag. 3. ſpodij drag. i. s. fac trochiſcos cum manna & uino.

Trochiſci ramichi profunt ſtomacho, epati, cordi, & inteſtinis debilibus, ſi-  
ſtunt fluxum uentris, uomitum cholericum, & ſanguinem fluentem ex nari-  
bus, uulneribus, uiſceribus, & menſtruum, conſtipant lubrica inteſtina, corro-  
borant membra debilia, & compescūt acutā cholera & furioſam, R. ſucci her-  
bæ acetofæ lib. i. un. 4. bulliat cū granorū myrti un. 2. roſ. un. i. coletur, & cū  
eo miſce gallarū recentium humidarum recte contuſarum un. 3. & iterū bul-  
liant, & coletur, & colaturæ adde hæc ſubtiliter trita, R. ſucci granorum myr-  
ti un. 4. gummi arabici un. i. s. ſandali citrini un. i. drag. 2. roſ. rub. ſpodij, ſu-  
mac añ. drag. i. ſucci agreſtæ un. 7. ligni aloës, gariophylorum, macis, nucis  
muſ. añ. un. s. miſce expanſa in patina, & ſiccantur in umbra. Rurſus ſubtili-  
ter terantur & cum drag. i. s. camphoræ & ſufficienti aqua roſ. fac trochiſcos.

Trochiſci camphoræ refrigerat ſtomachū & epar calefactū, ſitim, inflama-  
tionē cholere, febres incenſiuas, & ſanguinem feruentē, & cōferunt ictericis,  
phthiſicis, & hecticis, R. roſ. un. s. ſacchari albi, manne añ. drag. 3. ſandali citri-  
ni dra. 2. s. ſpodij, liquiritiæ añ. drag. 2. croci, ſeminū melonis, citrulli, cucumer-  
ris, cucurbitæ, dragātī, gūmi arabici, ſpicæ añ. drag. i. ligni aloës, cardamomi,  
amyli, cāphoræ añ. ſcrup. 2. cōfice cū mucilagine pſyllij & aqua roſ. & da dra. i.

Trochiſci ſpodij apprime mitigant febres ardentes, & inflammationē ſto-  
machi.



machi, epatis, & sitim, R. ros. rub. drag. 7. spodij un. s. seminis portulacę, succi liquiritię añ. dra. 2. seminũ melonis, citrulli, cucumeris, cucurbitę, gũmi arab. dragati, croci añ. dra. 1. s. cõfice cũ mucilagine psyllij, & siccentur in umbra.

Trochisci ex semine acetosę, mitigant febres cholericas & sitim, refrigerant ardorem stomachi & epatis, & sistunt fluxum cholericum, R. rosarũ rub. drag. 6. seminis acetosę, spody añ. un. s. seminis portulacę, choriandrorũ præparatorum, adustorũ sumach añ. drag. 2. s. amyli, balauftiarum, berberis añ. dra. 2. gũmi arab. adusti drag. 1. s. cõfice cũ sirupo agrestę uel sapa, & da dra. 1.

Trochisci berberis extinguunt ardores febrium & sitim, & mitigat anxietatem, angustiam, & estum præcordiorum, R. ros. rub. drag. 6. berberis, succi liquiritię, spodij, seminum portulacę, citrulli añ. drag. 5. spice, croci, amyli, draganti añ. drag. 1. camphorę drag. s. confice cum manna & aqua ros. & exicentur in umbra, & da drag. 1. cum sirupo endiuie.

Trochisci sandalorũ corrigunt cõplexionẽ calidã stomachi & epatis, refrigerant febres acutas, sitim, & tollunt oppilationes, R. trium sandalorũ añ. un. s. rosarũ drag. 5. berberis drag. 2. s. spodij, seminũ cucumeris, cucurbitę, melonis, citrulli, portulacę, boli armeni añ. drag. 2. confice cum aqua portulacę.

Trochisci uiolarũ sunt solutiui, & purgant humores pectoris, phlegmaticos, uiscosos, & putridos, molliunt uentrem, & remittunt difficultatẽ anhelitus, R. uiolarũ passarũ, id est, in umbra mediocriter siccarũ drag. 6. turbith un. s. succi liquiritię, mãņę, diagridij añ. drag. 2. fac trochiscos cũ sirupo uiolato.

Trochisci ex agnocasto conferunt ægritudinibus splenis, & resoluunt duritiem eius, desiccant sperma, & compescunt libidinem, R. seminis agnicasti, seminis tamariscis añ. drag. 5. seminis endiuie, portulacę, añ. drag. 2. s. fac trochiscos cum sirupo acetoso.

Trochisci ex carabę opiatu inuenti sunt ad constringendum sanguinẽ undecunq; fluentem, menstrua, sputum, fluxum sanguineum & hæmorrhoidalem, & consolidat ulcera pectoris & pulmonis, R. carabę drag. 6. cornu cerui adusti, gummi arabici adusti, corallorum adustorum, draganti, acatię, hypocistidos, balauftiarum, mastichis, papaueris nigri adusti añ. drag. 2. thuris, croci, opij añ. drag. 1. s. fac trochiscos cum mucilagine psyllij.

Trochisci ex solatro refrigerant & mitigant ardorem urinę, abstergunt & consolidant ulcera renum, & uesicę, R. boli armeni, gummi arabici, thuris, sanguinis draconis, papaueris albi, amygdalarum amararum, succi liquiritię, draganti, amyli, granorum pini añ. drag. 6. seminum citrulli, melonis, cucumeris, cucurbitę añ. drag. 5. s. granorum rub. quę sicut cerasa nascuntur in solatro cum folliculis drag 5. seminis apij, carabę, hyoscyami, opij añ. drag. 2. fiant trochisci cum aqua mellis.

Tro. ex hyoscyamo opiatu plurimũ ualẽt cõtra colicã, calculos, et dolores uesicę, R. sem. hyoscyami, apij añ. un. s. sem. malug, cardui, opij, croci añ. dra. 2.

feminis citrulli, auellanarū, amygdalarū amararū añ. dra. .i. fac trochiscos cū melle.

Trochisci ex rheubarbaro conferunt febribus longis, oppilationibus, apostematibus, doloribus epatis, & morbis eius inueteratis, icteritiæ, hydropisii, & ceruleo pallori, R. rheubarbari un. .i. drag. 2. ros. rub. amygdalarum amararum añ. un. s. succi eupatorij drag. 3. spice, anisi, rubeæ tinctorum, feminis apij, absinthij, azari añ. drag. .i. fac trochiscos cum succo eupatorij.

Trochisci ex absinthio inuenti sunt ad reducendum gustum, & confortandum stomachū, iecur, & digestiuam, sedant dolores, remouent oppilationes & febres phlegmaticas, R. absinthij, ros. anisi añ. drag. 2. succi eupatorij, rheubarbari, azari, apij, amygdalarum amararū, spice, mastichis, macis añ. drag. .i. fac trochiscos cum succo endiuia, & siccentur in umbra.

Trochisci ex manna exhibentur contra febres phlegmaticas, cronicas, & frigidos rigores, icteritiam, hydropisim, & oppilationes sanant, & plurimum conferunt epati infirmo, & spleni, R. manne, succi eupatorij añ. un. .i. rosarum un. s. spice, spodij añ. drag. 3. rheubarbari, azari, añ. drag. 2. s. fac trochiscos cum sirupo de radicibus.

Trochisci aloës sanant febres cronicas, oppilationes, & ægritudines epatis, R. aloës, anisi, eupatorij añ. drag. 2. feminis apij, anethi, amygd. amararū, spice, mastichis, macis, absinthij, azari añ. drag. s. confice cū succo absinthij.

Trochisci ex aniso medentur febribus longæuis, quotidianis, continuis, & quartanis, remouent oppilationes icteritiam, & restituit pristinum colorem & sanitatem, R. anisi, succi eupatorij añ. un. s. aloës drag. 2. amygdalarū amararum drag. .i. s. mastichis, spice, apij, absinthij, azari, macis añ. drag. .i. fac trochiscos cum succo absinthij.

Trochisci ex lacca sunt ualde aperitiui, & curāt icteritiā, hydropisim, & omnem uitium epatis & splenis, R. lacce electæ, succi liquiritiæ, absinthij, berberis, succi eupatorij, rheubarbari, aristolochiæ longæ, costi, azari, amygd. amararum, rubeæ tinctorū, anisi, apij, squinanti, añ. drag. .i. fac troch. cū succo apij.

Trochisci ex capparibus resoluūt tumorem & duritiem splenis, oppilationes, & uentositates, calefaciunt complexionem, & sanāt febrem quartanam, R. corticū radicum capparū, feminis agnicasti añ. drag. 3. harmoniaci drag. 2. nigellæ, calamēthi, succi eupatorij, acori, amygd. amararū, nasturtij, foliorū rutæ, aristolochiæ rotundæ añ. drag. .i. cyperi, scolopendriæ añ. drag. s. dissolue harmoniacū cū aceto, & fac troch. & da drag. .i. cum concoctione tamarisci.

Trochisci ex myrrha prouocant menstrua, & sedant passiones quæ ex retentione menstruorum proueniunt, R. myrrhæ drag. 3. farine lupinorū drag. 5. foliorum rutæ, mentastri, pullegij, cymini, rubeæ tinctorum, assæ foetida, serapini, opoponacis añ. drag. 2. fac trochiscos cum succo ciclamini, id est, panis porcini, & da drag. 2. cum concoctione feminis iuniperi.

Trochisci ex agarico ponuntur in medicinis pro agarico correcto, & purgant

gant ex cerebro & capite phlegma crassum cum cholera mixtū, & præcipue educunt ex pectore crassos humores, putridos, & uiscosos, R. agarici electi un. i. salis gemæ drag. 2. zingib. drag. i. infundant in oxymelle, & fac troch.

Trochisci colocynthæ corrigunt malitiam, & augent uirtutem colocynthæ in purgando à totius corporis partibus propinquis & remotis humores phlegmaticos, uiscosos: pro colocyntha ergo ponuntur in medicinis hi trochisci, R. pulpæ, colocynthæ albæ, lenis, sine granis un. 2. s. incidantur cū cultello, & ungetur cum olei ros. drag. 2. deinde recipe dragati, gummi arabici, bdellij añ. drag. i. infundantur in aqua ros. dies 4. & ex his fac troch. qui exiccantur in umbra, postea conterantur iterum, & fiant trochisci iterum.

Trochisci autem cuiuscunq; generis prædicti debent in umbra exiccari, & possunt cum melle ad formam electuarij, & cum saccharo ad formam confectionis reduci, sed utilius cum aliquo liquore dissoluti capiuntur.

Pomum ex laudano aromaticum est, & suavis odoris, præferuat à peste, & eius odor resistit putredini, aëri pestifero, & malis qualitatibus, ne obsint spiritui & cordi, R. florum buglossæ, florum nenufaris, rosarum, mastichis, gariophylorum añ. drag. i. sandalorum omnium, coralli utriusq; ligni aloës, nucis muscatæ, calami aromatici añ. drag. s. spodij, spice, boli armeni, styracis, calaminthæ, myrrhæ, thuris, camphoræ añ. scrup. i. gummi arabici dissoluti cū aceto un. s. laudani un. 2. terebenthinæ lotæ cum aqua ros. quod sufficit, & circū circa pomum gariophyli ponantur infixi.

Laudanum suavis odoris quod præferuat à peste & ab aëre nocuo odorantem, syncopim remouet, spiritus excitat, & cōfortat cerebrum & præcordia, R. gariophylorum drag. i. trium sandalorum, amborū corallorū, ligni aloës, nucis muscatæ, calami aromatici, corticum citri, myrrhæ, styracis liquide, camphoræ, ambræ añ. scrup. i. laudani un. 2. aquæ rosatæ quod sufficit, uini parū.

De speciebus aromaticis, pulueribus, & epithimatibus.

Cap. VII.

**S**pecies stomachica proficua est stomacho & uirtuti digestiue resoluit uentositates, & sedat dolores, R. anisi un. i. fœniculi drag. i. s. liquiritiæ, zingib. añ. dra. 2. garioph. macis, cinnamomi, galangæ añ. drag. i. scrup. i. lig. aloës, corticū citri añ. drag. i. musci gra. 5. sacchari un. 2. s.

Species aromatica delicata & suavis in ferculis, quæ cōfortat cor, spiritum, & digestiuam, R. cinnamomi, piperis añ. un. s. piperis longi, zingiberis, gariophylorū, nucis muscatæ, cardamomi, galangæ, cubebæ, liquiritiæ añ. drag. s. croci scrup. s. sacchari un. i. misce.

Species odorifere & suaues, quibus cōdunt fercula, & quæ cōfortat calorem naturalē, & uires cordis augēt, R. piperis un. s. garioph. zingib. añ. dra. 2. cinnamomi, ligni aloës, macis, añ. dra. i. nucis musc. dra. s. croci, spice añ. scrup. s.

Puluis cordialis restaurat debilem uirtutem, corroborat spiritum, confortat digestiuam, & omnes uirtutes naturales, R. cinnamomi drag. i. corallorū

alborum rub. lignis aloës, carabę, spodij añ. drag. s. quinq; lapidũ preciosorũ, margaritarum, limaturæ auri, argenti, ossis de corde cerui an scrup. i. croci, scrup. s. sacch. albi. un. i. & da. drag. i. cum uino mane & sero. Aut recipe prædictorum puluerum sine sacch. drag. 2. s. saccharorum cordialium añ. drag. 6. misce & da. drag. 2. ter uel quater in die.

Farina fœnogræci cum modico pipere sumpta facit digerere cibum, resoluit uentositates, & excitat coitum, R. farinæ fœnogræci un. i. s. piperis drag. i. da drag. 5. mane & sero cum aliquo liquore.

Cyminum cum tepido uino potum ante, cibum cauet & curat colicã, resoluit uentositatem, & sedat dolores, qui mulieribus post partũ accidere solent. Puluis ex semine sclareę facit digerere, legumina pisces, cibos frigidos, et difficiles, discutit uentositates, aperit oppilationes, cõseruat & acuit uisum, & debilem restaurat, R. seminis sclareę, piperis, fœnugræci, liquiritię añ. un. s. fileris montani, euphragię añ. drag. 2. apij, cardui, ameos añ. drag. i.

Cinis cancerorum contra morsum canis rabidi efficacissimus, R. cineris cancerorum fluuiialium un. i. drag. 2. gentianę drag. i. misce & da drag. 2. s. mane & sero cum uino. Aut, R. cineris cancerorum fluuiialium un. i. radices gentianæ, myrrhæ añ. un. s. & da drag. 2.

Puluis contra bocium qui in ore retentus & quotidie sepius & paulatim sumptus optime resoluit durum apostema extrinsecum gulę, quod bocium & nostri gauaccium appellant, R. spongię marine, ossis sepiæ, piperis longi, nigri, zingiberis, cinnamomi, salis gemmę, pyrethri, gallarum, spongię, quę nascitur in rubis, & quę dicitur spina rosarum añ. drag. 2. comburantur spongia & palea marina in olla in furno simul cũ spongia rubi, donec nigrescant. Est autem palea marina sicut borra globata leuis & rotunda, uel sicut pila quę in uentre hędi solet reperiri, & multi eam uocant spumam maris, sed spina rosarum nascitur in frutice qui dicitur rubus canis.

Puluis ex spongia contra bocium probatus, R. spongię adustę drag. 6. tur bith. drag. 5. zing. drag. i. & da dra. i. quotidie cum uino. Puluis optimus contra ardorẽ uringę, R. succi liquiritię, draganti, gummi arabici, uiol. amyli, spodij, boli armeni añ. drag. 2. seminum cucumeris, citrulli, melonis, cucur bitæ, portulacæ, maluæ, papaueris albi añ. drag. i. sacchari. 2.

Puluis ex menta datur contra inuoluntarium exitũ spermatis & phlegmatis paulatim mincti, R. mentæ sicçę drag. 5. seminis agnicasti, seminis lactucæ añ. drag. 2. ireos, seminis rutę añ. drag. i. sacch. albi. un. i.

Puluis ex filere calefacit, resoluit, aperit, & potenter prouocat menstrua, & confert omnibus ægritudinibus, uentosis, & matricis frigidis, R. fileris montani drag. 2. calami aromatici, carpobalsami, cassię, serapini, zing. cymini, piperis, cardamomi, seïs petroselini, seminis hyosc. seminis lini, seïs rutę, dauici, anethi syluestris, anisi, apij, fœniculi añ. drag. i. pyrethri, castorei, anacardi, euphorbij

euphorbii, cornucervi adusti añ. scrup. i. da drag. s. cum uino albo, uel fac pilulas cum duplo aloës, aut fac electuarium cum melle spumato.

Puluis cassiæ, qui sedat dolores post partum, educit secūdinam, & liberat mulieres enixas, R. corticum cassiæ fistulæ, cassiæ lignæ, cinnamomi, capilli ueneris añ. drag. i. feminis apij, cymini añ. drag. i. s. da drag. 2. cum uino.

Puluis crystalli aperitiuus & prouocatiuus menstruorū, R. seminū pastinacæ, napi, raphani, anisi, foeniculi, apij, anethi añ. drag. 2. rutæ, farinæ cicerum, cinnamomi, sinapi albi añ. drag. i. crystalli un. s. salis gemmæ drag. 3. sacchari unciam unam.

Puluis sanguinis constrictiuis undecunq; emanantis, & maxime ex uulneribus, R. boli armeni, sanguinis draconis, thuris, mastichis, aloës, pilorum leporis adustorum, gallarum añ. drag. i. terantur subtiliter, & contra fluxū uentris sanguineum ponantur drag. 2. in clystere, sed ad constringendum sanguinem uulnerum, misceatur cum albumine oui uel succo plantaginis.

Puluis ex thure carnem gignit, & cooperit ossa denudata, post digestionē & abstersionem saniei, & maxime ualet in fractura cranei, R. thuris sarcocollæ, ireos, sanguinis draconis, myrrhæ, aristolochiæ longæ añ. drag. i.

Puluis ex sarcacolla proficiuus & saluberrimus cōtra uulnera & ulcera, qui constringit sanguinem, prohibet ortum saniei, restaurat ossa fracta, & gignit carnem super ipsa, & consolidat uulnera & ulcera, & sanat fracturam cranei, R. sarcocollæ, thuris, sanguinis draconis, myrrhæ añ. drag. i. mastichis, boli armeni, ireos, aristolochiæ longæ añ. drag. s. fiat puluis.

Sacculus uernicis, qui cōfortat cerebrum, & prohibet frigidum catarrhū, R. pullegij, calamenthi, corticum citri, maioranæ, stichados, betonicæ, sandarachæ, gariophylorum añ. drag. 2. terantur & mittantur in sacculum sericum, & feratur in uertice: aut fiat cerotum eiusmodi, R. prædicti pulueris drag. 2. mastichis drag. 6. olei nardini quod sufficit, & adæquetur cōmissuræ coronali.

Sacculus adusto cymino uel sale semiplenus calidus, confert capiti contuso & tumido, sine fractura, & resoluit sanguinem collisum. Itidem facit cera noua cum cymino trito mixta. Si uero sacculus prædictus salis, cymini aut milij applicetur occipiti, sedat dolores dentium, & curat spasmus, tetanum, torturam oris, paralytim, & neruorum ægri tudines.

Sacculus tapsi sedat premitū crebræ & difficilis egestionis mucosæ, & constringit fluxum, R. radicum tapsi barbati un. i. s. radicum mori un. i. balaustrarum, corticum granatorum, foliorum myrti, sumac, hypocistidos añ. un. s. origani, camomillæ añ. manip. s. feminis ros. drag. 2. bulliant in uino rubro, & mittantur in sacculum, super quem calidum sedeat infirmus, aut fomentetur anus cum eorum concoctione, aut cum eadem fiat clystere.

Puluis cōtra exitū intestini & matricis, R. mastichis, thuris, nūcis cypressi, balaustrarū, corticū granatorū, copularū gladiū añ. drag. i. fiat puluis, sed pri

mo cum concoctione pomorum pini uel balauftiarum, uel cypressi, tepida lau-  
uetur intestinum uel matrix egressa, & exiccetur cum panno lini, postea con-  
spargatur super ipsum puluis prædictus, & reducatur intus.

Epithima cordiale temperatum cōseruat sanum, & fouet cor & spiritum,  
& reducit ad temperamentum qualitates accidentales, excessiuas, nocuasq̃,  
& uenenosas corrigit, R. aquæ rosarum lib. s. aquarum buglossæ, melissæ, uini  
optimi añ. un. 4. aceti un. s. sandalorum alb. rub. ros. florum boraginis, floru  
roris marini, corticum citri añ. drag. i. spodij, corallorum rub. alborum, been  
utriusq̃, gariophylorum, cinnamomi, ligni aloës, offis de corde cerui, serici  
purpurei adusti añ. drag. s. croci, ambre añ. scrup. i. bulliant leuiter in olla no-  
ua uitreata, & infundatur in eam lang purpureæ pannus tinctus, & exprimat,  
& tepidus ponatur super mamillam sinistram, panno lineo subtili & raro in-  
terposito ne infundatur caro, & sæpius reiteretur.

Epithima cordiale calidum quod confortat cor, facit fortiorem spiritum, &  
repellit à corde, & discutit putridos uapores phlegmaticos, R. aquæ melissæ  
un. 8. uini ueteris optimi lib. s. aquarum rosarum, buglossæ añ. un. 4. aceti un.  
i. sandalorum citrinorum alb. rub. ros. corallorum alb. rub. spodij, foliorum  
myrti, florum boraginis añ. drag. i. been alb. rub. corticum citri, nucis musca-  
te, serici combusti, spice, ruberæ tinctorum, foliorum lauri, gariophylorum, ze-  
doariæ, ligni aloës seminis basiliconis, gariophylati, florum roris marini, cu-  
babarum, melissæ añ. drag. s. offis de corde cerui, camphoræ añ. scrup. i. con-  
tundantur & bulliant, & cum panno purpureo fiat epithima ad cor: aut pul-  
ueres prædictarum rerum in sericum sacculum missi ponantur super cor.

Epithima cordiale frigidum quod refrigerat cor inflammatum, uapores  
cholericos, & sedat inquietudinem, R. quatuor aquarum cordialiū, uini odo-  
riferi añ. un. 4. aceti un. s. florum buglossæ & boraginis, rosarum añ. drag. 2.  
s. corticum citri, foliorum myrti, amborum corallorum, coriandrorum præ-  
paratorum, sandalorum alb. rub. añ. drag. i. s. camphoræ drag. s. fiat epithi-  
ma, aut sine aquis ponantur in sacculum super cor.

Epithima quod refrigerat epar inflammatum, R. aquæ endiuie lib. i. aquæ  
ros. un. 4. aceti un. i. sandalorum omnium añ. drag. 2. s. rosarum, coralloru,  
spodij añ. dra. i. fiat epithima cū pāno purpureæ lang à parte dextra super epar.

De ungentis & cerotis.

Cap. IX.

**U**ngentum album refrigerat febres ardentes, calorem epatis, & se-  
dat dolores capitis, circum tempora super epar & per spinam dorli  
linitum, R. ceræ albæ un. i. olei rosati un. 4. fiat ungentum ad ignē  
quod sæpissime lauetur cum aqua frigidissima, demum conquassetur cum mo-  
dico aceto albo, & conseruetur.

Vngentum sandalinum mitigat estiuos calores & inflammationes, & se-  
dat dolores, inquietudines, & febres super epar & stomachum linitū, & pro-  
hibet

hibet ortum apostematum, R. rosarum un. i. s. sandalorum rub. un. i. drag. 2. boli armeni drag. 7. sandalorum alb. citrinorum añ. drag. 6. spodij un. s. camphorę drag. 2. cereę albę lotę un. 4. olei ros. loti lib. i. fiat ungentum.

Vngentum populeum ualde refrigerat febres ardentes, epar & præcordia inflammata, sedat capitis dolores, & somnum inducit, repellit humores, qui concurrunt ad apostemandum, extinguit ardorem cholereę, & mitigat dolores renum & uessicę calidos, R. oculorum seu gemmarum pullulantiũ arborum, quę dicuntur populi lib. i. s. foliorum papaueris rubei, foliorum mandragoreę, cimaram rubi tenerarũ, foliorũ hyoscyami, solatri, uermicularis, lactucę, semperuiuę, uiolarum, umbilici ueneris, quę dicitur cymbalaria añ. un. 3. axungię recentis porcine sine sale lib. 3. Gemmę populi seorsum quàm bene contundantur, & cum axungia amplius contusi in globum coaceruentur, & sic duos dies dimittantur, & tertio die collige suprascriptas herbas, & recte eas contunde, contusisq; misce prædictum globum, & simul omnia amplius contunde, & dimittantur globata nouem dies macerari, demum cum lib. 2. optimi uini in lebetae manibus dissoluta igni admoueantur, & bulliant ad consumptionem uini, postea in sacculum missa exprime torculari, & colaturam pro ungento referua.

Vngentum rosatum plurimum ualet in principio apostematum, repercutit enim materiam, sedat dolores eorũ, & capitis febricitantis, & inquietudinem, refrigerat febres ardentes, epar, & stomachum calefactum, R. rosarum rub. recentium lib. i. & tantundem axungię porcine recentis cum aqua calida nouies, & toties cum aqua frigida optime lotę, & simul cõtundantur, & septem dies dimittantur macerari, postea leuiter coquantur & colentur, & cũ colatura rursus contundantur totidem rosę, & septem alios dies dimittantur: postea adde succi ros. lib. s. olei amygdalarum dulcium un. 2. s. coquantur ad succi consumptionem, & conseruetur. Si uero addatur opij cum aqua rosata dissoluti un. s. croci drag. 2. sedabit quoscunq; acerrimos dolores, & prouocabit somnum.

Vngentum uiolatum proximum est ungento ros. sed tussi calidę & siccę & pleuresi est salubrius, & fit sicut ungentum ros. R. uiol. passarum, id est, in umbra per decem dies siccatarum, axungię, ut supra, lotę añ. lib. i. contundantur, macerentur, coquantur, & colentur, sicut supra diximus, & cum colatura tantundem uiol. contundat, & post septem dies adde succi uiol. lib. s. olei amygdalarum dulcium un. 2. s. coquantur ad succi consumptionem, & ad usum referuetur.

Vngentum croceum pectorale mitigat dolores pectoris & tussim, digerit, maturat, & faciliat sputum, & resoluit pleuresim, R. pinguedinis anatis, gallinę añ. un. i. s. butyri recentis, olei, uiol. añ. un. i. mucilaginis, seminis lini, mucilaginis scenogræci añ. un. s. croci drag. i. cereę albę quod sufficit, fiat ad

P

ignem ungentum.

Vngentum mucilaginum optimum est, & lenit pectus, faciliat sputum, & anhelitum, & curat tussim & pleuresim, R. mucilaginu, psyllij, draganti, gummi arabici, seminis lini, fœnogræci añ. un. i. pinguedinis gallinæ, medullæ uitu li, butyri recentis loti, cum aqua uiol. añ. un. i. s. olei uiol. olei amygdalarum dulcium añ. un. i. ceræ albæ, quod sufficit.

Vngentum pinguedinum lenit pectus, digerit excrementa, faciliat sputum, mollit durities iuncturarum, maturat, aut citius resoluit frigida apostemata, R. pinguedinis anatis, gallinæ, medullæ cruris uaccæ, mucilaginum, seminis lini, fœnogræci, radicum maluæ, hyssopi humidæ añ. un. i. ceræ un. s. olei seminis lini quod sufficit. Sed contra dura apostemata adde uisci quercini dissoluti cum aceto un. 2. & fac ungentum.

Dialthea lenit, humectat, & calefacit pectus, & sedat eius dolores & tussim, resoluit durities & apostemata, & citius maturat, R. radicum maluauisci lib. 2. seminis lini, fœnogræci añ. lib. i. squillæ, resinæ pini, picis græcæ añ. un. 6. terebenthinæ resinæ, gummi, hederæ, galbani añ. un. 2. olei lib. 4. ceræ lib. i. primo radices bene absterse lauentur & cõtundantur cum semine lini, fœnogræci, & squilla, & triduum infundantur in aquæ lib. 7. & quarto die coquantur donec inspissentur, postea paulatim mittantur in sacculum, & cum exprimere uoles superinfunde modicam aquam feruentem, ut facilius exeat succus ille uiscosus: deinde, R. huius expressionis lib. 2. olei lib. 4. bulliant ad succi consumptionem, quod erit quando nihil succi supernabit, & tunc adde ceram, terebenthinam resinam, gummi hederæ contusum, galbanum, picem, & fac ungentum.

Vngentum stomachicum confortat stomachum & epar, & eorum digestiuam, reducit gustum, ualet contra febrem phlegmaticam, & sedat dolores stomachi, R. rosarum mastichis añ. un. 2. s. absinthij sicci un. i. drag. 7. spicæ un. i. drag. 2. ceræ nouæ un. 4. olei rosarum lib. i. s. sed primo sepissime lauetur, cum aqua ros. oleum cum cera mixtum, postea apud ignem dissoluantur, & cum uino ueteri & succo citoniorum & modico aceto lauentur, & cum rebus prædictis subtiliter tritis fiat ungentum.

Vngentū mastichis est maximo presidio stomacho, & uirtuti digestiuæ, calefacit, & sedat dolores stomachi, R. olei mastichis, olei ros. uini citoniorū añ. un. s. garioph. mastichis, cinnamomi, calami aromatici drag. i. aloës drag. s. ceræ quod sufficit.

Vngentū stipticū quod sedat uomitū, fluxū, & omnē lubricitatē, & munit uirtutē retentiuā & digestiuā, R. olei mastichini un. 3. olei citoniorum myrtini añ. un. 2. acatiæ, mastichis, sanguinis draconis, boli armeni, corallorū rub. carabæ añ. drag. i. tunicarū intermediarū, castaneorum drag. 2. limaturæ chalybis præparatæ un. s. resinæ pini drag. 2. s. aceti parum, ceræ quod sufficit.

Vngentum



Vngentū seminis rosarū est ualde stipticū, & potenter cōstringit quoscūq; fluxus & uomitus, cōpescit & refrigerat acuitatē & furorē cholere, R. seminis rosarū, copularū, glandiū añ. drag. 6. sumac, acatię añ. drag. 5. carabę, seminis plātaginis, mastichis, balauftiarū, corticū granatorū, gallarū, nucis cypresis, ros. rub. gūmi arab. myrrhę, myrti, dragāti, terre sigillatę, coriandrorū præparatorū, boli armeni, sandalorū rub. añ. un. s. sanguinis dracōis, thuris, hypocistidos añ. dra. 5. bdellię, spodij, coral. rub. añ. dra. 2. cāphoreę dra. 1. olei ros. lib. 1. olei citoniorū myrtini, mastichini añ. lib. s. cerę quod sufficit, fiat ungentū.

Vngentum hyssopi resoluit dura apostemata, & omnem duritiem, mollit frigidam phlegmaticam, & melancholicam stomachi, epatis, splenis, matricis, & iuncturarum, & sedat dolores eorū, R. hyssopi humidę lib. 1 s. cerę lib. 1. medullę cruris uaccę, adipis anseris añ. un. 2. terebenthinę resinę un. 1. s. mastichis, bdellię, harmoniaci, aloës, styracis liquidę añ. un. 1. croci, un. s. olei nardini, quantum sufficit, dissoluatur bdellium harmonicum, & aloës cum aqua infusionis scenogreci, & camomillę, & fiat ungentum.

Hyssopus humida sic fit, R. lanę ouium succidę lib. 10. uel circa, & infundatur in aquam calidam sufficientem octo horas, postea parum bulliat, exprimat, & coletur, & colatura lento igne in uase æneo stannato bulliat usq; ad modicam spissitudinem, & semper cum cazeola lignea agitetur, ne residentia in fundo aduretur & conseruetur.

Vngentum irinum est resolutiuum sanguinis collisi, iuuatq; membris attritis & contulis in declinatione, citius maturat uel resoluit dura apostemata, & mollit durities iuncturarum, lenit pectus, & confert doloribus splenis, epatis, renum, matricis, & tussi, R. olei irini un. 4. hyssopi humidę un. 2. terebenthinę resinę, cerę nouę añ. un. 1. s. fac ungentum.

Contra attritionem uero & cōtusionem membrorū in principio ceteris remedijs preponant balauftię uel cortices granatorū in uino rubeo coctę, & super membrum attritum posite, statim sedant dolores, & efficaciter iuuant.

Vngentum martium medetur omnibus doloribus frigidis, capitis, pectoris, stomachi, epatis, splenis, laterum, renum uentris, iuncturarum, podagrę, & confert paralyfi & spasmo in origine neruorum unctum, & discutit tumores & durities omnium membrorum, R. olei lib. 8. cerę albę lib. 2. florū saluię, roris marini, foliorū lauri añ. un. 8. rutę un. 7. maioranę, tamarisci añ. 6. fauinę, balsamitę, quę dicitur sisymbrium, seu menta aquatica, saluię, ocimi, gariophylati, polij, calamenti, artemisię, enulę, betonicę, brançę ursinę, spargulę quę appellatur rubea tinctorū, parentarię, pimpinellę, agrimonię, absinthij, herbę paralyfis, quam uocant primulam ueris, herbę sanctę Marię, id est, persicarię, cimaram sambuci, herbę grassulę, millefolij, semperuię, chamędreos, plātaginis, centaureę, flagulę quę gignit flagra, quinq; folij, herbę iudaicę siue orobi añ. un. 4. s. radicū maluauisci, foliorum myrti añ. un. 3.

fœnugræci un. i. s. butyri un. i. dra. 2. adipis gallinæ, adipis urfi, mastichis an. un. i. urticæ, uiolæ papaueris nigri, mentę romanę, mentę hortulanæ odoriferæ, polytrici, acetosę, cardui benedicti, matrissylug, radicis ualerianæ, herbæ muscatę, quæ gignit acus similes rostris ciconiarū, panis cuculi, scolopendrię, crispulę, camphorę, styracis, medullæ cerui, thuris añ. un. s. olei nardini dra. 2. herbę colligantur mense maio & in optimo uino septem dies macerentur, postea lento igne aliquantulum coquantur, & addatur oleum quod diximus, & bulliant quousq; incipiunt minui, & ab igne seposita colentur, & abijciantur herbę, at colatura super ignem reponatur, & cum incipit bullire adde styracem, & paulo post butyrum & adipes, oleum nardinum, mastiche, thus, contusa, & ceram, & semper cum spatula agitentur, & fac unguentum.

Vnguentum aragoniū calidum est, & propeff doloribus frigidis, spasmo, tetano, colicę, podagris, contusionibus, uerberibus, flagellisq; cęsis medetur, quin etiam mitigat frigidos rigores, quartanam quotidianamq; febrem, si spina dorsi per horam ante accessionem paroxysmi ungatur, R. mezereon, id est, laureolę un. 9. nepitę, quæ appellatur calamentum montanum, foliorum cucumeris, asinini añ. un. 6. roris marini, maioranæ, radicis draganteę, serpylli, rute, radicis cucumeris asinini an. un. 4. s. saturęę, hyssopi agrestis añ. un. 4. foliorum lauri, saluiæ, sauię, brionię añ. un. 3. pyrethri, euforbij, zing. piperis, petrolij añ. un. i. mastichis, thuris añ. drag. 7. olei musci un. s. adipis urfi, olei laurini añ. un. 3. colligantur herbę, atq; radices medio maio, & in mortario recte contundantur, & secū misceantur olei cõmunis lib. 5. & dimittantur septem dies macerari, octauo uero die coquantur ad perfectionem, & exprimantur & colatura super ignem ponatur, & cum incipit bullire adde butyri un. 4. cerę lib. i. petroleum, oleum musci, mastichen, thus zing. piper, euphorbium & pyrethrum.

Vnguentum agrippinum resoluuit omnē corporis tumorem, & maxime hydropisim, neruos atritos, & frigore lesos sanat, uentrem lubricum facit, urinam prouocat, & frigidos dolores mitigat, R. brionię quę est cucurbita agrestis lib. 2. radicis cucumeris asinini lib. i. squillę un. 6. ireos un. 3. radicum ebullorum, tribuli marini, radicum filicis añ. un. 2. Hę autem radices ter uel quater bene lauentur, & in pilo marmoreo contundantur, contusisq; adde olei uerustissimi albilib. 4. & post tres uel quatuor dies sic macerata bulliant, quousque quinta pars consumetur, postea exprimatur, & cum colatura ad ignem dissolue cerę albę lib. i. un. 3. & fac unguentum.

Vnguentum ex baccis lauri medetur egritudinibus frigidis, & doloribus stomachi, renum, matricis, laterum & uentris, resoluuit uentositates, tumores, R. granorum lauri un. 2. olibani, mastichis, myrrhę añ. un. i. cyperi, costian. un. s. mellis colati quantum sufficit, & fiat sicut emplastrum durum, si uero addatur cyperi lib. i. s. & stercoreis caprarū uel bouum sicci lib. 2. & fiat emplastrum

plastrum cum melle colato, optime resoluit hydropisim.

Vngentum arthenitū discutit duritiem splenis, apostemata frigida & dura, R. olei irini lib. 2. succi panis porcini scilicet ciclamini, mucilaginis radicū filicis añ. un. 8. succi cimarum tamarisci un. 2. corticum radicis capparum un. 1. hyssopi humidę drag. 5. spicę drag. 5. harmoniaci, bdellij, in aceto dissolutorum añ. drag. 1. s. cerę un. s. fac ungentum.

Vngentum solutiuum quod purgat sicut medicina, si uenter cum eo ungetur, & facit egerere aquam cholericam, flauam, & reliquos malos humores, & discutit hydropisim, & inuentum est pro ijs qui non possunt sumere nec retinere medicinas, & prouocat uomitum, si stomachus ungetur, R. succi arthenitę, id est, ciclamini lib. 3. olei irini lib. 2. succi cucumeris asinini, butyri uaccini añ. lib. 1. polypodij un. 6. colocynthę un. 5. euphorbij un. s. terenda tere, & simul cum succis & oleo mixta mitte in uas uitreum, & obtura orificium, & dimittatur octo dies, postea bulliant parumper, & colentur, & super colaturam mitte serapini dissoluti in aceto un. 1. myrrhę cum aceto dissolutę drag. 5. & iterum coquantur semper cum spatula agitando usq; ad consumptionem ferę succorum, & tunc adde cerę un. 5. fellis uaccini un. 1. & quando liquefacta fuerit cera, adde scamoneę, aloës, mezereon, colocynthę, turbith añ. un. 1. falis gemmę un. s. euphorbij, piperis longi, zingiberis, camomillę añ. drag. 5. & fac ungentum.

Vngentū Erasistrati ualde calefacit & resoluit omnes ægri tudines frigidas uentosas, durities, tumores, hydropisim, apostemata, & sedat frigidos dolores stomachi, epatis, splenis, & uentris, R. colophonię, quę est pix gręca un. 7. terebenthinę un. 6. axungię porcine recentis, adipis anseris, medullę cruris uacę añ. un. 4. harmoniaci un. 5. bdellij, myrrhę, olibani, styracis opoponacis, aloës, mastichis añ. un. 1. s. aluminis de pluma quę dicitur uulgo scagliola un. 1. macis calami aromatici, euphorbij granorū lauri añ. drag. 7. spicę drag. 6. cerę un. 2. olei irini lib. 1. olei nardini, uini optimi añ. quātū sufficit, & fiat ung.

Vngentum ex meliloto mollit & discutit tumores, & durities stomachi, epatis, splenis, & uentris, sedat eorum dolores & confortat, R. meliloti, quę est corona regia, lib. s. resinę pini un. 2. s. terebenthinę un. 1. s. carycarum 12. harmoniaci un. 1. styracis, calaminthę, bdellij añ. drag. 5. florum camomillę, scenogręci, granorum lauri, radicum maluauiſci, absinthij, maioranę añ. dra. 5. seminis apij, chordumeni, quod uocatur carda, seu libisticum campestre, ireos, cyperi, ameos, spicę, cassię añ. drag. 1. s. cerę lib. s. olei maioranę, nardini añ. quod sufficit, coquantur melilotum, camomilla, scenogręcum in aqua sufficienti, & fiat ungentum.

Emplastrū phœnicū cōfortat uirtutem nutritiuā, digestiuā, & membra principalia, constringit fluxū stomachicū, epaticum, intestinale uomitū, cholericam passionem, & cuiusq; generis fluxū, & iuuat p̄cordia & intestina debi-

lia, R. dactylorum sine nucleis un. 5. citrinorum in uino coctorum un. 1. s. panis adusti un. 1. styracis, calamite, mastichis, laudani, acatiæ, succi agrestæ, florum lambruscæ, quæ dicitur uua agrestis, rosarum, sandalorum citrinorū, myrrhæ, ligni aloës, trochiscorū, ramichi añ. un. s. ceræ un. 4. olei ros. lib. 1. un. 3. uini acris quod sufficit, extendatur super pannum lineum, & calidum uentri supponatur.

Unguentum maturatiuū lenit & mollit durities, & tumores, & partim resoluit, citiusq; maturat dolentia apostemata calida, R. mucilaginis, althæe, mucilaginis scænogræci, mucilaginis seminis lini añ. un. 3. lithargyrj auri lib. 1. terebenthinæ, resinæ, medullæ cruris uaccæ añ. un. 1. s. ceræ un. 2. ireos un. 6. olei seminis lini lib. 1. fiat unguentum.

Diaquilonium citius maturat apostemata & mollit durities, partim resoluit & partim digerit, abstergitq; sanië ruptorum apostematū, & sanat phlegmones, R. lithargyrj lib. 1. olei, ireos, camomillini, anethini añ. un. 8. terebenthinæ un. 3. resinæ pini, ceræ añ. un. 2. mucilaginum, seminis lini, mucilaginum carycarum, mucilaginis scænogræci, mucilaginis passularum, hyssopi humidæ, succi ireos, succi squillæ, uisci quercini añ. un. 1. s. & pro uisco potest poni tantundem colle piscium. Si uero uelles resolvere uel saltem citius maturare apostemata, phlegmatica uel melancholica, uel mixta ex humoribus calidis & frigidis, adde prædicto ceroto harmoniaci, serapini, bdellij triduo in aceto infusorum añ. lib. s. & habebis diaquilonium cum gummis.

Cerotum ex harmoniaco potentissime resoluit quodcunq; apostema durum, inueteratum, phlegmaticum uel melancholicū, uel saltem maturat, nec ullum aliud præstantius reperitur, R. harmoniaci un. s. bdellij, galbani, serapini añ. drag. 2. triduo uel diutius in aceto infusa mollescant, & super corio extendantur, & si addideris sulphuris drag. s. delebit scrophulas.

Cerotum ausonium quod cerebrum & mentem confortat, remouet frigidum catarrhū, sensus acuit, & neruis motiuis opitulat, R. resinæ pini un. 1. galbani, mastichis, sandarachæ añ. un. s. laudani drag. 2. gariophylorum drag. 1. s. thuris, nucis mus. macis añ. drag. s. rosarum, maioranæ, stichados, pullegij añ. scrup. 1. fiat massa cū oleo nardino, & quando oportet extendat in quantitate dra. 2. uel circa, super coriū, et applicet commissuræ coronali, abrafo capite.

Cerotum Eugenij contra frigidum catarrhū, quod sanos conseruat qui à catarrhis solent infestari, R. sandarachæ, id est, uernicis, thuris, pullegij, nucis mus. maioranæ, ros. añ. scrup. 1. spicæ scrup. s. mastichis un. 1. olei nardini quod sufficit extendatur super corium & aplicetur commissuræ coronali.

Cerotum sandarachæ quod sistit calidum catarrhum, R. sandarachæ, uernicis scriptorum, thuris, myrti, sandali, rosarū, salis añ. scrup. 1. spicæ scrup. s. resinæ pini, picis uel mastichis un. 1. olei nardini quod sufficit, fiat cerotum: aut res prædictæ perter resinam, picem, mastichem & oleū, trite in sacco serico misce

missæ, & triplicatæ ferantur super commissuram.

Cerotum pro capite cōtuso & fracto, R. laudani, gummi arabici uernicis, olibani, styracis liquidæ, calamitæ, resinæ pini, myrrhæ an. drag. 2. olei rosarū quod sufficit, fiat cerotum.

Cerotū elemi, quod cōsolidat craneū fractū, R. gummi elemi, resinæ pini, terebēthine, olei ros. añ. un. s. harmoniaci dra. 2. cerę quātū sufficit, fiat cerot.

Oxycroceū maximū pręsidium, pręstat membris contusis & ossibus fractis, resoluit dura apostemata, & sanguinem collisum, qui cōcurrit ad partem lesam apostemandā: sed peculiariter medetur ossibus fractis & contusis, sedat enim dolores, & citius restaurat, R. croci, picis naualis, picis gręcę, cerę añ. un. cias 4. terebenthinæ, galbani, harmoniaci, myrrhæ, olibani, mastichis añ. un. 1. drag. 3. infunde galbanū & harmoniacū in aceto, & sequenti die ad ignem liquefacta colentur, & iterum coquant ad consumptionē aceti: postea addat pix naualis colata, cera, pix gręca, terebenthina, & paulo post mastiche, olibanum, & successiue myrrha semper cū spatula agitādo, deinde cū fuerit coctū infundat in aquā frigidā, & extractū exprimat, & sup marmor oleo laurino linicum cū croco trito malexet, & fac pastillos teretes, singulos un. 2. uel circa.

Cerotū piceū attrahit, resoluit, & sedat dolores pectoris, & dorsi frigidos, resoluit & mollit duritiem splenis, epatis, & quæq; apostemata dura, tollit dolores laterum & uentris uentosos & frigidos, hydropisimq; optime discutit, & sanat frigidam matricis egritudines submissum in uulū & super pecten adequatū: sed prius digesta materia purgetur, ne tenuis resoluatur, & crassa indurascat, R. picis naualis colatę, cerę añ. un. 2. s. serapini un. 2. harmoniaci, terebenthine, croci añ. un. 1. opoponacis galbani, styracis, calamitæ, mastichis, fœnogręci, aluminis añ. drag. 6. colophonię, id est, picis gręcę, bdellij añ. un. s. olibani, myrrhæ, aloës añ. un. 3. lithargyrij drag. 1. s. infunde serapinum, galbanum, harmoniacum & opoponacem cōtusa in sufficienti uino, quanto cooperiuntur, & post duodecim horas bulliant ad cōsumptionē medietatis uini, & addat pix colata, deinde cera, cōsequēter colophonia, nec unquā aliud mitas quin pręmissum sit dissolutū, & cū alijs mixtū, deinde in cacabū stanneatū paulatim projicias styracem cum pistello calido contusam, postea mastiche, olibanum, myrrham, & bdelliū, & paulo post terebenthinā, alumen, & lithargyriū, demū fœnogręcū: & cū fuerit recte coctū, cōspergat aqua, & manib; exprimat & ducat super marmor oleo laurino unctum, & cū aloë trito, & postea cum croco malaxetur, & conseruetur in pastillis singulis un. 2. uel circa.

Cerotū attractiuū quod habet uim extrahendī spinas, astellas, clauos, sagittas, & similia corpori infixā, discutit tumores & inflationes, & citius maturat apostemata, attenuat & rumpit cutim, attrahit & abstergit saniem, & delet cicatrices, sedat dolores renū capitis cōtusi, et neruorū, R. lithargyrij, harmoniaci, calamitę añ. lib. s. cerę rub. colophonię añ. un. 2. cerę, uisci quercini añ. un. 1.

masticis, olibani, mummię añ. un. s. terebenthinę, galbani, bdellij, myrrhę, æris usti, squamarū eris, sarcocolle, dictamni, aristolochię, rotundę, prassij uiridis, opoponacis añ. drag. 3. Contunde aliquantulum opoponacem, harmoniacū, & galbanū, quę 12. horas infundantur in tanto uino quanto cooperiuntur, postea apud ignem dissoluant, & cum cazola colentur, & coquantur ad uini consumptionem, & addatur lithargyriū cum sufficienti oleo dissolutum, postea cera, deinde colophonia, mastiche, mummia, olibanū, & myrrha: & paulo post bdellium, uiscus, & terebenthina resina, quę quā primū fuerint liquefacta, remoueantur ab igne, & paulatim supradictę gummi cum illis misceantur, postea igni admoueantur iterum, & cum spatula semper agitando aliquantulum bulliant, & immittat sarcocolle, calamita, & paulo post æs ustū, squamę eris bene tritę, & biduo in aceto infusę, & continue simul omnia misceantur, donec rubescant, addito dictamno & aristolochia, postremo infundantur in aqua frigida, & manibus expressa fiant pastilli teretes.

Emplastrū ex fermento extrahit spinas, sagittas, frustra cranei, & fractorū ossium, & quęq; corpori infixas, R. ueteris fermenti, mellis añ. un. 3. uisci querucini un. s. harmoniaci dissoluti in cōcoctione fœnogreçi dra. 3. fiat emplastrū.

Emplastrum ex sinapi ualde attrahit, rubefacit, & resoluit malos humores, uentositatē, hydropisim, & duritiem splenis, sedat dolores profundos, & confert doloribus iuncturarum & morbis frigidis, R. sinapi un. 2. s. granorū lauri un. 1. s. seminis nasturtij un. s. carycarum 2. stercoris caprarū lib. s. mellis lib. 1. contere sinapi, nasturtium, & grana lauri quā bene cum aceto, & postea carycas pridie in aqua tepida infusas, & expressas, deinde cum illis stercus caprinum cum melle misce, & fac emplastrum cum reliquis supradictis.

Vngentū lenitiuū quod resoluit & mollit duritiem, uel saltem mollit dura apostemata, & præcipue quę auribus adiacēt, & sedat dolores, tussim, & faciliat sputum, R. adipis caprini, pinguedinis gallinę, butyri loti, olei liliorū, hyssopi humidę, mellis, cere, singulorum partes equales, & fiat unguentum.

Emplastra quę maturāt apostemata, & sedant dolores eorum, sunt eiusmodi, R. farinę hordei un. 1. maluę manip. 1. radicū liliorum un. s. coquantur, & fiat emplastrum cum oleo rosato uel axungia.

Aliud, R. farinæ hordei, fœnogreçi, seminis lini, florum camomillę añ. manip. 1. coquatur, & cum pinguedine gallinę uel oleo camomillino, aut anethino fiat emplastrum.

Aliud recipe radicū maluauisci, radicū liliorum añ. un. 1. s. coquantur & contendantur cum axungia, & fiat emplastrum.

Crocus autem inter apostema & emplastrum positus sedat dolorem. Lentes cum aceto coctę emplastrate resoluunt apostemata frigida.

Poma granata siue punica cū granis & corticibus cocta cum uino, & cōtusa & super neruos & membra attrita posita, apprime cōferunt, & sedant dolo-

res

res eorum, & nihil est quod citius & melius iuuet cōbustionem ignis uel aquæ feruidæ quàm poma granata, eius cortices, uel balauitæ, in aceto cocta, & super combustionem posita: quin etiam optime refrigerant & extinguunt ardo rem & inflammationem acutorum humorum corrodentium, qui ulcerat & faciunt ignem perficum uel sacrum, & mitigant seuos dolores apostematum & ulcerum quæ comburere uidentur.

Rupteriorum plura sunt genera siue cauteriorum potentialium, quæ frangunt & aperiunt apostemata saniosa, & quæ mortificant carbunculos, & consumunt carnem ulcerum mortuam & excrescentem, & corroduunt labia fistularum callosa, & quandoquæ cū eis ulceramus partem sanā, ut aliūde diuertamus humores. Fiunt autē ruptoria cum alleo cōtuso, uite alba, sapone, semine urticæ cum flore eius, cum sale trito, & modica axungia mixta.

Item fit cauterium cum farina hordei, cum stercore columbino, & terebenthina resina simul mixta, aut, R. fimi colūbini drag. 2. sinapis triti drag. 1. olei ros. drag. 3. aceti drag. 1. misce. Fortius autem & citius rumpunt cantharides cum axungia uel resina pini mixtæ. Sed alumen rocchi adustū, carnem ulcerū superantē cōsumit, & fortius aqua mercurij sublimati quæ dicitur ardens, & quæ ulcerosam morbi gallici scabiem apprime delet, & integerrime sanat, sed acutissime dolet, R. aluminis rocchi un. 1. arsenici sublimati un. s. aquæ rosatæ un. 6. bulliant & utere.

Item cinis uitis cum oleo coctus, mortificat carbunculos. Vel, R. cinerem cerri, & fac cum aqua lixiuium, & bulliat quousque penitus exicccetur, & conferuetur in uase obtusi orificij, ne exhalet. Sed acutissimum ruptorium, quod cōburit sicut ignis sic fit, R. aquæ saponis uel lixiuij, quo fit sapo, uel alterius acuti lixiuij lib. 15. uel circa, & bulliat usque ad spissitudinem donec eruptiones ebullitionis crepitent, & tunc super ipsum proijce salis harmoniaci, uitrioli, aluminis rocchi, salis alcali quo fit uitrū añ. un. 1. & dimittat bullire donec condensentur, & sup marmor frigidū positū fiat magis durū, & ponat in furno ad exiccādū, ut amplius indurescat, & fiet sicut sal uel lapis, & cōseruet in uase quàm bene obtusi orificij nē exhalet, & habebis potētissimū cauteriū. Rursus mortificat carbunculus cū cera ignita fluenti ex accensa candela, uel cereo præcipiti cōuerso, & abstergat caro cōbusta cū butyro biduo uel triduo linito, uel cum axungia, malua, uel apio concoctis & emplastratis, aut cum solo succo apij.

Fæx ueteris uini ualde combusta & subtiliter trita, comburit carnem superfluam & mortuam ulcerum, & detegit uiuam, & eius acuitas contemperatur cum albumine oui, & sanat difficillima ulcera.

Psylotru quod pilos euellit, sume calcis uiuæ un. 4. aquæ lib. 3. bulliant, postea adde auripigmenti un. 1. & simul iterū coquantur tamdiu donec penna immissa leuiter digitis expiletur. Sed si uis ut euulsi pili non amplius renascantur, unge locum auripigmento, cum succo hyoscyami dissoluto.

Mel autem ad lambelicū destillatum, & in cute capitis ad solem linitum, facit capillos longos & flauos, imò facit renasci capillos in capite expilato & caluo, & super cicatrices.

Cerotum contra morsum canis rabidi, lupi, asini, uel aliorum animalium, R. picis un. i. opoponacis dissoluti cum aceto drag. i. fiat cerotum cum aceto. Si uero morsus esset animalis non rabidi ungetur cū hoc ungento, R. lithargyrii un. s. aceti un. i. s. olei ros. un. i. cere quod sufficit, aut his moribus supponatur faba masticata.

Digestiuum uulnerum quod in primis septem diebus uulneratis cōducit, & prohibet putredinem, abstergit saniem, & consolidat, R. mellis ros. terebenthinæ añ un. i. uitelli oui quartam partem, farinæ hordei drag. i. s. myrrhæ drag. i. misce: sed alij addunt farinæ fœnogræci drag. i. s. olei ros. añ. un. i.

Vngentum resinum optime sanat uulnera & ulcera recentia, citius generat carnem & consolidat, R. terebenthinæ resinæ, olei communis añ. lib. s. cere nouæ, resinæ pini añ. un. 4. gummi elemi. un. s. fac ungentum.

Vngentū salubre quod incarnat & sanat quæcūq; uulnera & ulcera putrida, inueterata & difficilia, R. olibani, masticis, sarcocolle, lithargyrii, cerussæ añ. drag. 2. resinæ pini, picis græcæ terebenthinæ añ. un. s. cere un. i. olei qd̄ sufficit.

Vngentū basilicū inuentū est ad uulnera & ulcera neruorū calefacta, nā refrigerat, abstergit, incarnat, & consolidat ea, R. ceræ albæ, resinæ pini, adipis uaccini, picis naualis, terebenthinæ, olibani, myrrhæ añ. un. s. olei qd̄ sufficit.

Vngentū ex cerussa simplex opitulatur ulceratis combustis, & coctis aqua feruida uel igne, & excoriatis à calciamentis, scalpellatione, uel ab alia causa, R. cerussæ un. s. olei ros. un. 2. ceræ quod sufficit. Si uero conficiatur cum aceto, & tantundē olei rosati, longe melius & citius confert in principio combustionis & ardoribus inchoantium apostematum; nam refrigerat, & oblitit ne mali humores concurrant ad apostemandum.

Vngentū ex cerussa cōpositū sanat uulnera & ulcera magna & profunda, inflammata, & refrigerat ardorem & dolorē eorū, R. cerussæ drag. 5 lithargyrii drag. 2. scorix argēti. drag. i. s. draganti drag. i. cere albæ un. i. olei ros. un. 3. liquefiat cera cū oleo rosato, postea in mortario fiat ungentum.

Vngentum ex myrrha prohibet saniem & putredinem, generat carnem, & cito consolidat plagas, R. myrrhæ, aloës, thuris, sarcocolle añ. un. s. mellis spumati un. 4. uini albi boni un. 2. coquantur cum facilitate usq; ad spissitudinem: sed si uelles consumere carnem superflua eminentem uel mortuam, adde uitrioli drag. 2.

Vngentum ex lithargyrio simplex apprime sanat plagas, contere lithargyrium alternis uicibus, modo modico aceto, & modo cū modico olei uetustioris usque ad spissitudinem ungenti. Sed ungentum ex lithargyrio compositum optime sanat uulnera & ulcera, & sedat dolorem & inflammationem eorum



eorū, R. lithargyrii un. i. ceruffe drag. 2. uel un. s. aceti, olei ros. añ. qđ sufficit.

Vngentū phœnicum sanat ulcera difficilia, sanguinolenta, quę fiunt à phlegmate falso, & à diuersis humoribus mixtis, uirulentis, & pestiferis, ceu anguinam, antraces, & fistulas, R. lithargyrii un. 2. myrrhę, aloës añ. un. s. uitrioli drag. 2. recte conterantur seorsum, deinde diutius cum olei uetusti un. 3. similiter malexentur, postea adde ueteris axungię colatę, adipis uituli colati añ. un. i. s. & fiat ungentum.

Vngentum gratū inuentum est ad uulnera & ulcera sananda, & mollit duritiem eorum circumstantem, labia fistularum callosa, & resoluit apostemata dura, uel saltē maturat, R. lithargyrii, olei communis añ. lib. i. s. terebenthinę lib. s. harmoniaci, bdellij añ. un. 2. galbani, opoponacis, uiridis æris, thuris, aristolochiæ longę, mastichis, myrrhę añ. un. i. gummi abietis un. s. adamantis, calamitę, lapidis hematitis añ. drag. i. cerę un. 8. harmoniacum, bdellium, galbanum, & opoponax triduo in aceto infusa dissoluantur, & unā cum alijs fiat ungentum.

Vngentum sulphureum quā primū sanat ulcerosam scabiem, saniosam, & siccam, duris amplisq; crustis obductam, & consolidat quęq; ulcera, facit ad phlegma falsum in tibijs & reliquis corporis partibus, R. terebenthinę un. 3. sulphuris triti drag. i. s. misce. Sed sicca scabies alternis uicibus modo cū hoc ungento, modo cum malua & axungia simul contusa ungatur, uel sepius laetur concoctione axungię & maluę. Pręterea aqua sulphurea uel sulphur cum oleo ros. dissolutum statim desiccatur aquosas uomicas, quę in capitibus infantium quandoq; nascuntur.

Vngentū scabiei quo bis uel ter scabies linita deletur, sed premittatur corporis purgatio, ne materia scabiei repulsa uomicam concipiat, R. lithargyrii un. i. s. ceruffe un. i. sulphuris argenti uiui extincti añ. drag. i. succi plantaginis, succi lapatij añ. un. 2. terebenthinę lotę cum aqua rosata, axungię, porcinę añ. un. 3. aceti parum, olei ros. quod sufficit, fiat ungentum.

Vngentum ex elleboro est peculiare tinearum remedium, capite prius ad rubedinem & sanguinem perfricato cum panno aspero, atq; omnem capitis scabiem crustosam & ulcerosam delet, R. butyri, terebenthinę añ. un. i. ellebori albi, lithargyrii añ. drag. i. myrrhę drag. s. cerę drag. 2. olei laurini quod sufficit.

Vngentum ex staphisagria optime remouet squamosam capitū scabiem, humidam, & tineam siccam, si singulis hebdomadis bis caput lauetur cū concoctione maluę & axungię, & continuetur pluribus mensibus. Atque idem ungentum perimit pediculos, lininos, pulices, & potissimum fugat piactolas seu rodulas, quę inguinibus & palpebris sordidorum hominum solent inhærere, R. pinguedinis gallinę, olei uiolati añ. un. i. ellebori albi drag. i. staphisagrię, argenti uiui extincti añ. drag. s. cerę parum, fac ungentum.

Item argentum uiuum cum axungia, uel potius cum pomis flaccidis mixtum fugat cimices, si thorum seu leſtica circumcirca tanquam linea circularis ex eo liniatur.

Vngentum argentinum sanat ulcera tibiarum, & scabiem amplam, squamosam, que fiunt à phlegmate falso, R. ceruffæ, lithargyrj añ. drag. 6. plumbi adusti, scorix argēti añ. un. s. mastichis, olibani añ. drag. 2. s. olei rosarum, aceti añ. quantum sufficit, fiat ungentum in mortario, & quidam addunt uiridis æris drag. 2.

Vngentum apostolorum est efficax contra uulnera & ulcera difficilia & fistulas, consumit carnem mortuam, & consumptam restaurat, duram mollit, & plagas sanat, R. harmoniaci, terebenthinæ resinę, pini, ceræ albæ añ. un. 1. drag. 6. lithargyrj un. 1. drag. 1. aristolochiæ longe, thuris, bdellij añ. drag. 6. myrrhæ, galbani añ. un. s. opoponacis, uiridis æris añ. drag. 2. infundantur harmoniacum, galbanū, bdellium, opoponax, triduo in aceto & ad ignem rite fiat ungentum in æstate cum duobus, & in hyeme cum tribus libris olei.

Vngentum Aegyptiacū medetur uulneribus & ulceribus inueteratis, & fistulis, consumit carnem mortuam & callosam, abstergit saniem, & in breui sanat, R. uiridis æris drag. 2. s. olibani drag. 1. aceti un. s. mellis drag. 7. coque ad spissitudinem.

Vngentum ex minio ualde desiccatur & curat uulnera & ulcera, & prohibet abundantiam saniei, R. minij un. 1. olei myrtini uel rosarum un. 2. coquantur lento igne semper cum spatula agitando donec inspissetur.

Vngentum opiferum desiccatur & minuit saniem, & consolidat ulcera putrida, R. minij un. 3. lithargyrj un. 2. ceruffæ un. 1. s. camphoræ drag. 1. s. ceræ un. 1. aceti un. s. olei rosarum quod sufficit, fac ungentum cum pistillo & mortario plumbeo.

Vngentum ex uitriolo corrodit & cōsumit carnem superantem & superfluam, duram & putridam, corruptam, & sanat ulcera antiqua, maligna, & fistulas, R. uitrioli, lithargyrj albi añ. un. 2. uiridis æris un. 1. terantur subtiliter, postea addas modicum acetum, & conteras quousq; exiccetur. Rursus infundas parum aceti alternis uicibus tota die sub sole æstiuo, conteras continue quousq; exiccetur, postea paulatim addas acetum, demum in sero mittatur in uas uitreum, & cooperiatur os eius & quadraginta dies dimittatur sub fimo sepultum, deinde extrahatur, & ad usum referuetur.

Vngentum ex clymia medetur fistulis & ulceribus profundis, grauibus, & uirulentis, R. clymię adustę uel uitrioli adusti un. 1. ceruffæ, lithargyrj añ. un. 2. terantur subtiliter, & fiat ungentum cum oleo myrtino, & tantundē aceti.

Vngentum ex plumbo medetur apostematibus & ulceribus uirulentis, malignis, melancholicis, cholericis, corrosiuis, ambulatiuis, serpentibus, cancris, & fistulis, R. plumbi adusti cum sulphure un. 2. lithargyrj tantundem, ceruffæ,

ruffæ, anthimonij añ. un. .i. olei ros. quod sufficit & fac ung. molle.

Vnguentū uernicis restaurat & gignit carnem in plagis & consolidat, R. uernicis. ʒ. .i. sandarachæ, sarcocollę, thuris añ un. .i. mastichis un. s. ceræ albe un. ʒ. terbenthing, resing, lotæ un. ʒ. tere subtiliter, & cū aceto acri diutius teratur, & fiat unguentum.

Vnguentum ex draganto conglutinatum est, & gignit deficientem carnem in concavitatibus ulcerū, & cito sanat, R. draganti cum aqua calida dissoluti un. .i. thuris drag. 2. sarcocollæ, mastichis añ. dra. .i. s. terebenthing quod sufficit, fiat unguentum.

Vnguentum ex centaurea ad uulnera & ulcera noua & uetera corrosiua, profunda, uel uirulenta cuiusq; generis, & in quacunq; corporis parte fuerint orta, secundum Galenum, ualet. Coque centauream minorem in sufficienti aqua, & coctam exprime & cum eadem concoctione aliam centauream simili liter minorem coque, & post expressionem, R. huius concoctionis lib. ʒ. sape .i. rob. uini lib. .i. coque ad spissitudinem & serua in uase, obstructo orificio, aut loco concoctionis ponas tantundē succi centaureę, & erit longe melius. Verum quia nō inueni eam uirtutem in hoc unguento quam Galenus asserit in libro de centaurea, ideo addidi, lithargyrij, sarcocollę añ. dra. 2 thuris, cerussę añ. drag. .i. terebenthing quod sufficit, & est optimum unguentum.

Vnguentum aloës quod perimit uermes, & præseruat pueros à uermibus, R. olei absinthij, olei amygdalarū amararum añ. un. .i. succi foliorum persici, succi absinthij añ. un. s. aloës drag. 2. fellis tauri drag. .i. s. ros. corallorum, farina lupinorum, cornu cerui adusti añ. drag. .i. aceti parum, cerę quod sufficit, & ungetur uenter.

Vnguentum quod corrodit & paulatim cadere facit hæmorrhoides exterius eminentes & pendentes, cristis gallorum similes. Recipe aluminis rochi, aluminis saccharini uel uitrioli añ. un. .i. olei ros. drag. ʒ. uitelli oui quod sufficit, & cum eo ungetur hæmorrhoides, sed alternis uicibus ponatur super eas dimidium cepe, cum media uncia theriacę coctum, & sepe sæpius itidem renouetur.

Vnguentum quod sedat dolores hæmorrhoidarum, R. sumach, carbonis quercini añ. drag. 2. adipis hirci castrati un. .i. olei anethini quod sufficit.

Item concoctio camomille, anethi, fœnogręci & meliloti, sedat dolores hæmorrhoidarum & quoscunq; dolores, si fiat balneum tepidum.

De Oleis. Cap. X.

**L**eum ex amygdalis dulcibus contulis & parum calefactis extrahitur cum torculari, & lenit asperitates pectoris, gutturis, & pulmonis, duritiem & siccitatem iuncturarum, est suaue in cibis & confert hecticis & phthificis, impinguat, auget sperma, sedat tussim, & ardorē urinæ uesicę & uulę excoriatę, cum fistula iniectum.

Q

Oleum ex amygdalis amaris, contusis & calefactis exprimitur cū torculari, & aperit oppilationes, & discutit uentositates & uapores, sed potissimum medetur surditati, sibillo & dolori aurium, lenit duritiem neruorum, & delet maculas faciei.

Oleum ex amygdalis persicorum proximum est oleo ex amygdalis amaris, atq; eodem modo fit, & est calidum aperitiuum, & opitulatur auribus surdis, perimit uermes, & sedat dolores uentris, ani & hæmorrhoidarū, linitum, sed sunt magis efficaces amygdalę persicorū commestę contra dolorem uentris & uermes.

Oleū carthami fit sicut oleum ex amygdalis, sed est calidius, magis aperitiuum & resolutiuū, remouet oppilationes pectoris, faciliat anhelitum, medetur icteritię, & sedat dolorem stomachi & colicam.

Oleum quod exprimitur ex semine lini probatū est plurimum ualere contra ægri tudines ani, hæmorrhoides ragadios, apostemata & dolores eorum, medetur spasmo, & lenit asperitates neruorum & iuncturarum.

Oleum sesaminū impinguat, auget sperma, lenit guttur, & omnem asperitatem & duritiem, & clarificat uocem, R. sesamum syncerum electū, & rotetur desuper aqua cum modico sale, & manibus fricetur, rursus perfricando lauetur, & postea dimittatur expansus exiccari, deinde parum torrefiat & cum panno aspero à corticibus excoriatur, & teratur cū mola, & extrahatur oleum sicut ex amygdalis.

Oleum laurinum calidum est & aperitiuum mittigat colicam, & frigidos dolores uentris, stomachi, capitis, epatis, splenis, renū, matricis, neruorum, iuncturarum deniq; omnibus ægri tudinibus frigidis cōfert, collige grana lauri matura, & post quatuor uel quinque dies ubi fuerint aliquantulum passa bulliant, in cacabo cum aqua & exprimantur cum torculari, & collige oleū quod supernatat in aqua.

Oleum rosatum plurimum confortat membra debilia, digestiuam & calorem naturalem, & refrigerat calorem accidentalem, febrilem & acuitatem cholere stipticat lubrica intestina, & corroborat retentiua, & in principio repellit malos humores, qui concurrunt ad apostemandum, & mitigat dolores capitis, & prohibet phrenesim. Fit autem oleum rosatum pluribus modis, sed melius sic fit. Collige rosas priusquam complicita folia penitus expandantur, & ponantur in umbra sex uel octo dies, quousq; fiant modicum passę, et euelantur folia rosarum à suis stirpis, & contundantur, postea habeas oleum ex oliuis immaturis quod dicitur omphacinum, quod cum aqua fontium frigida sepius lauetur & in qualibet eius libra pone rosarum drag. 8. in uase uitreo obtuso ore & soli quotidie in hebdomoda exponat, deinde in balneo Marię tres horas bulliat ad summum. Est autē balneum Marię cacabum feruidę aquę  
in cuius

in cuius medio est amphiala uel aliud uas uitreū, in quo coquit pullus & queuis destillare. Prædictas ergo rosas sic coctas exprime, & expressas abijce, & cum eodem oleo alias rosas cōmisce, & soli septem alijs diebus expone, & postea iterum coque in balneo Mariæ, & permuta iterum rosas, & adde infusionis rosarum un. ʒ. & quā bene cooperiatur orificium uasis, & exponatur soli quadraginta diebus. Deinde oleū extractis rosis quotidie ad solis radios ponatur. Infusionem autem rosarum habes in primo capite, ubi docuimus iulebros. sed pleriq; oleum rosarum sic faciunt in qualibet libra olei sepius loti ponunt rosarum recentium contusarum un. ʒ. & coquunt in balneo Mariæ ad consumptionem duarum partium, & cum torculari exprimitur.

Oleū camomillæ est saluberrimū, & ad plurima ualet, aperit poros, resoluit uapores, sistit fluentes humores, corrigit malas qualitates, sed potissimum confert neruis & membris neruosis, & apprime mitigat dolores, fit autem sicut oleum rosatum, sed cum oleo maturarum oliuarum.

Oleum uiolatum refrigerat, humectat, & lenit pectus, & pulmonem, sedat tussim, & febres puerorum, & plurimum ualet contra pleuresim & hecticam, & iuuat apostemata, & fit sicut oleum rosatum cum oleo communi.

Oleum anethinum est ualde proficuum ad sedādos dolores, aperit poros, & resoluit uapores & apostemata, tumores & durities, mitigat dolores & rigores febrium, prouocat somnum & sudorem, & fit cum oleo communi sicut oleum camomillinum.

Oleum papaueris facit dormire, refrigerat febres & inflammationem, sedat dolores capitis, humectat & in frigidat, & pleriq; extrahunt hoc oleum ex semine papaueris cum torculari, sed plures mittunt in uas uitreum seminū papaueris, foliorum & florum eius añ. un. ʒ. olei communis loti un. ʒ. & exponunt soli hebdomada, postea coquunt, & expressa reijciunt papauera cocta, & admittunt recentia: & sicut antea soli exponunt, coquunt, & iterum permittunt, sicut oleum rosatum.

Oleū flauæ uiolæ est calidum resolutiuum, & sedat dolores iuncturarū, neruorum, pectoris, renum, & uessicæ, & fit sicut oleum camomillæ & uiolarum.

Oleū nenupharis frigidū est, & refrigerat febres ardentes, & calidos dolores, et inducit somnū, R. florū nenupharis cōtusorū un. ʒ. olei omphacini lib. ʒ. exponant soli octo uel decem diebus, & cōmutentur flores, & exponantur soli quadraginta diebus, aut fiat sicut oleum ros. quod erit melius.

Oleum liliorum alborum sedat frigidos dolores pectoris, renum, matricis, uessicæ, & colicam, est enim calidum, resolutiuum, mitigat tussim, & efficaciter resoluit, uel citius maturat apostemata: simplex autē sic fit, R. olei cōmunis lib. ʒ. liliorū alb. un. ʒ. dimittant simul donec oleū uirtutem liliorum excipiat, postea cole. Sed oleū liliorū compositū est longe calidius & magis resolutiuum, R. florum liliorum un. ʒ. mastichis, calami aromatici, costi, carpo-

balsami añ. un. i. garioph. cinnamomi añ. un. s. croci dra. ʒ. infundant omnia præter flores liliorum in sufficienti aqua, & sequenti die mediocriter coquantur, & cocta mittantur in uas uitreum unà cum prædictis lilijs, & olei communis lib. 2. & post dies quadraginta coletur & conseruetur.

Oleum irinū proximum est oleo liliorum alborum, sed est calidius & magis resolutiuum, attenuat, resoluit, maturat, & digerit malos humores, phlegmaticos pectoris & pulmonis, faciliat sputum & anhelitum, sedat tussim & frigidos dolores epatis, splenis, & maxime matricis, resoluit dura apostemata, & mollit durities, & confert spasmō, doloribus iuncturarum, aurium, & feutori narium. Hoc autem lilium purpureum fuscum, dicitur iris, ad similitudinem iris cœlestis arcus, qui mille trahit uarios aduerso sole colores, R. radicū ireos un. 2. florum eius un. 4. aquæ concoctæ cum eius radicibus lib. i. olei cōmunis lib. ʒ. coquantur in duabus ollis, hoc est, in balneo Mariæ, & commuta flores & radices cum recentibus, sicut diximus de oleo ros.

Oleum citoniorum est optimum contra debilitatem stomachi, uomitū, & fluxum, sistit sudorem, restaurat resolutionē, lapsas uires, corroborat neruos & uires, confortat digestiuam, & reducit gustum, R. citoniorum incisorum cum cortice & succi eorum añ. lib. i. olei omphacini lib. 2. mittantur in uas uitreum, & quindecim diebus exponantur soli, postea coquantur in balneo Mariæ quatuor horas, & permuta citonia, & coque, sicut fecisti, bis uel ter, & colaturam serua.

Oleum myrtinum frigidum est & stipticum, & ualde cōfortat stomachū, cor, & neruos, sistit uomitum & fluxum, & fit sicut oleum citoniorum.

Oleum rutę est calidum aperitiuum, resolutiuum, & mitigatiuum dolorū, calefacit renes, uessicam, matricem, & sedat dolores eorum, & maxime colicam, si uenter ungetur, & fiat ex eo solo clystere: præterea opitulatur neruis, confert spasmō, & expellit frigidos rigores, & fit sicut oleum cotoniorum, R. foliorum rutę & succi eius añ. lib. i. olei communis quod sufficit, mittantur in uas uitreum cooperto ore quindecim diebus ad solem, postea bulliant quatuor horas in balneo Marię, & permuta succum & folia: & sic iterum atque iterum facias, & colaturam serua.

Oleum nardinum siue de spica nardi est optimum & salutiferum, & cōfortat calorem naturalem & membra debilia, & maxime stomachum & eius digestiuam, & cōfert epati, spleni, renibus, matrici, & uessicę, & medetur hemigranę, & reliquis capitis doloribus, si nuca ungetur & tempora: sed si fiat caputpurgium, confert surditati & uentositati aurium, & facit pulchrum colorem, & bonū odorem, & habet quàm plures alias uirtutes, R. spicę nardi un. ʒ. uini & aq. uę añ. un. 2. s. olei sesamini, uel olei communis lib. s. coquatur in balneo Marię, lento igne quatuor horas, & continue moueatur.

Oleum mastichinum proximum est nardino, quod est parum calidius, sed  
mastichinū

inasticchinum est magis stipticum & ualde confortat stomachū & uirtutem digestiuā, neruos, epar, iuncturas & membra lapsa, debilia, sedat dolores, & lenit dura apostemata, R. mastichis un. 3. olei ros. lib. 1. uini un. 2. coque in duplici uase ad consumptionem uini & ad usum conferua.

Oleum costinum utilissimum est contra frigiditatem, nam calefacit, resoluit malos humores, aperit oppilationes, opitulatur neruis infirmis & lacertis, & maxime stomacho & epati, & apprime sedat dolores frigidi catarrhi & iuncturarum, tardat canitiem, confirmat casuros capillos, facit pulchrum colorem, & bonum odorem, R. costi amari un. 2. cassiæ lignæ un. 1. maioranæ un. 2. infundantur in sufficienti uino duos dies ad macerandum, postea cum olei cōmunis lib. 3. coquantur in duplici uase sex horis, sicut oleum nardinū.

Oleum euphorbij est calidissimum & peculiariter medetur paralyfi, spasmus, ægritudinibus & doloribus neruorum, & iuncturarum frigidis, & confert epati, spleni, & oppilationibus eorum, & caputpurgium ex eo factum curat hemicraneam, lethargum, & reliquos capitis dolores frigidos: fit autem dupliciter, sed simplex est huiusmodi, R. euphorbij un. 1. olei cheiri, uini añ. un. 5. coque ad uini consumptionem. At compositum est longe calidius, & fit sic, R. calamenthi montani un. 1. s. costi drag. 1. un. 2. pyrethri drag. 6. castorei drag. 5. staphis agriæ, ellebori nigri añ. un. s. infundantur duos dies in boni uini lib. 5. s. & coquantur ad consumptionem medietatis uini, & fortiter manibus perficientur & colentur, & cum colatura misce olei cheiri lib. 1. s. & iterū coque ad consumptionem residui uini postmodum adde euphorbij subtiliter triti un. 4. & coquantur simul & construentur.

Oleum uulpinum compertum est mirabilem habere uirtutē contra dolores dorsū, dolores genuum, podagræ, & omnium iuncturarū, R. uulpem excoriatā & euisceratam, hoc est, sine intestinis & sine capite, aquæ fontis, aquæ marinæ añ. lib. 3. un. 4. olei ueteris lib. 4. un. 2. falis un. 5. & lento igne coquantur ad cōsumptionē aquæ, deinde, R. anethi, hyssopi syluestris añ. manipulū 1, & coquantur cum aquæ lib. 12. R. huius concoctionis lib. 10. hyssopi syluestris, anethi añ. lib. 1. bulliant cum uulpe & oleo prædicto ad consumptionē aquæ, coletur oleum quod remanet & conseruetur. Quidam autē pro hyssopo syluestri ponunt serpyllū, id est, thymū. Præterea si fiat balneū cum simili concoctione uulpis, anethi & thymi, maximo præsidio est his morbis quos diximus.

Oleum scorpionum attenuat & dissoluit arenulas & calculos cōgestos in renibus & uestica; & dissolutos cum urina expellit, super femur inunctum, & cum fistula per mentulam iniectum. Mitte in ampullam uel amphyalam quot scorpiones uoueris, & totidē uncias olei amygdalarum amararū, & triginta diebus soli exponatur, postea coletur, & oleum conseruetur. Sed plures recipiunt aristolochiæ rotundæ gentianæ, cyperi, corticum radice capparidis añ. un. 1. olei amygdalarum amararū lib. 1. s. & ponunt ad solem uiginti diebus;

deinde addunt circiter duodecim scorpiones, & triginta diebus soli exponit cooperto orificio, postea colant & ad usum referuant.

Oleum quod manat ex frumento duabus lameis ferreis parum ignitis cōpresso, lenit cutim & faciem quàm pulchram facit.

Oleum ex sinapi multi cum torculari exprimunt, sicut oleum ex amygdalis, sed plures sicut frumentum exprimunt sinapi cum duabus lameis ferreis ignitis, & oleum quod emanat confert lethargo, obliuioni, paralyfi, spafmo, & ceteris capitis malis.

Oleum iuniperi delet omnes cutis infectiones, pruritū, serpiginem, & sanat ulcera tibiaram maligna, & quæ carne mortua teguntur & cancrum. Imple urnam seu urceolum quàm paruis frustis incisorum lignorum uiridiū, iuniperi, & habeas ollam cuius os sit æquale ori urnæ, & ponas ollam in fundo foueæ & cooperi os eius cum lamea subtili ferrea, paruis foraminibus densis, ut cribrum, perforata, & coniunge utrunq; orificium, scilicet ollæ & urne inuersæ, & obstrue quàm bene circum circa coniuncta orificia cum terra figuli, quæ dicitur creta, ne possit exhalare, & in prædicta fouea cooperi inuersum urceolum usq; ad summum, & desuper in superficie terre duas horas accende ardentem ignem: & ex illis lignis iuniperi quæ sunt in urceolo emanabit oleū in ollam, & lamea intermedia retinebit adustos carbones, Similiter fit oleum fraxini, quod confert tumido & duro spleni.

Oleū philosophorū ualde cōmendat in egritudinibus frigidis, est enim calidū penetratiuū, resolutiuū, mollit dura, & discutit tumida, opitulatur qui patiunt epilepsia, uertiginē, obliuionē, paralyfim, spasmū, dolorē dorsi, genuū, podagram, uel alios iuncturarū & neruorū morbos medet spleni, ueslicæ, renibus, & omnibus deniq; morbis frigidis cōfert, R. lateres uetustissimos, uel saltem nouos, qui nunquam fuerint alluti, & comminue eos in frustra singula unius uncie uel minora, & adurant quousque candescant, & extinguantur in oleo ueteri: & postquàm fuerint imbuti, extrahantur & dimittantur exiccari, & conterant, & puluis mittat in bocciam, & sublimetur uel destilletur ad lambelicum, secundū artem archimistarū, cum igne prunarū. Consimilis uirtutis perhibetur esse oleum de saxo appellatum napta, quod manat ex quibusdā saxis, & maxime ex scopulis insularū, quorū alterū est flauū, clarum, odoriferū & alterum nigrū, crassum, fœtidissimum, quod appellatur oleum petroleum.

Oleum balsami non portatur in Italiam, sed pro eo ponit hoc, R. terebenthinæ lib. i. thuris albi, granorum lauri añ. un. 4. mastichis, galange, garioph. cinnamomi, zedoarię, nucis musc. cubebę, ligni aloës añ. un. i. gummi elemi drag. 6. terantur, & ad lambelicum destillentur, sicut aqua ros.

Terebenthina destillata proxima est oleo balsami, uel parum calidior, & confert omnibus ægritudinibus frigidis, & maxime neruorum.

Oleum capparū ex innata proprietate resoluit & mollit duritiem splenis, & iuuat



& iuuat spleneticos, R. corticum radicum capparum un. 1. ireos, agnicasti, tamarisici añ. un. s. olei communis lib. 2. uini un. 4. bulliant ad consumptionem uini, & coletur, & oleum conferua.

Oleum hypericonis siue perforatę calidū est & siccū, stipticū, & cōsolidat uulnera incisorū neruorū, & cōbustionē ignis, sedat dolores femoris, & uestige, & prouocat urinā, R. cimarū hypericonis un. 3. macerent tres dies in sufficienti uino, deinde bulliant in duplici uase, scilicet balneo Marię, & coctum exprimatur, & in eius colatura ponatur tantundē hypericonis recentis contusi, & dimittatur tres dies, postea addatur terebenthinę un. 3. olei ueteris un. 6. croci scrup. 1. misce & coque in balneo Marię ad consumptionem uini, demū cola & serua in uase uitreo obtusi orificij.

Oleum ex sulphure ualde desiccatur omnem humiditatem aquosam & saniem, delet pruritem & scabiem, & quā primum sanat ulcera phlegmatis falsi, R. sulphuris, terebenthinę añ. un. 3. uini un. 2. olei rosarum lib. 1. bulliant ad consumptionem uini, lento igne, & est optimum contra scabiem.

Oleum castorei calidissimum est, & optimum contra omnes egritudines frigidas, præsertim neruorum & iuncturarū, medetur paralyfi, spasmo, tetano, oblique oris torture, & sedat acerrimos rigores, & frigora februm, si spina dorsi liniatur, R. cyperi, squinanti, piperis longi, sauing, pyrethri, piperis nigri añ. drag. 2. s. castorei, styracis, calamitę, cassię lignę, croci, galbani, euphorbij, opoponacis, carpobalsami, spice, costi añ. drag. 2. olei communis lib. 4. uini lib. 2. bulliant ad cōsumptionem uini, exprimat, coletur, & conferuet.

Oleū sambuci lenit, abstergit, & mūdificat cutim, medet ictericę, & maxime epati infirmo, oppilato, & plurimū cōfert dolorib. iuncturarū: & fit cū floribus sambuci, sicut oleum ros. Aut, R. florū sambuci un. 2. olei lib. 1. exponat soli quinq; diebus, postea coquatur lento igne, & colatum serua.

Oleum tartari est fucandis puellis aptum, facit enim pulcherrimā faciem, R. tartari lib. 1. uel quantū uis, & tritum infundatur in aceto & coletur in pannoliniligatum, & circumuoluatur stuppa abluta, & coquatur sub cineribus calidis, postea amota stuppa, globus ille tres dies suspendatur, & colligatur liquor ruffus qui ex eo emanabit.

Oleum styracis quod optime sedat dolorem uentris puerorū, R. olei anethi, olei camomillę añ. un. 3. olei rute, styracis liquidę añ. un. 1. s. pulueris cymini un. 1. bulliant parum, & utere.

Oleū camomillę cū cymino & ruta coctū & clysterizatū mitigat omnes dolores exuentositate & crasso phlegmate genitos. Clystere cū decoctione camomillę sedat dolores uentris. Item clystere cum decoctione centaureę minoris, sedat dolores iuncturarum & uentris. Itē clystere cum decoctione perforatę, sedat dolores ancarum. Et podagras. clystere cum decoctione rute, uel maxime cum solo oleo rute sedat.

OPERVM CLEMENTII CLEMENTINI FINIS.



# RICHARDI DE SI

GNIS FEBRIVM LIBER.



**F**EBRIS ephamera est difficilis cognitionis, ut dicit Galenus, propter quod ponantur signa eius distincta à putridis. Nam in putridis præcedit aliquis typorū ipsas accessiones, uidelicet horripilatio uel rigor. In ephamera uero non, nisi quando simul accidit cum ipsa corpus esse repletum ualde nauseatiua repletione. Dissoluuntur enim in talibus uapores multi ab humorib. & pungunt membra. Item in principio putridæ fit multa profundatio caloris, & frigiditas extremitatum, ex conuersione caloris naturalis, aut materiei; in ephamera uero non, cum non sit materia, ad quam digerendam profundetur calor. Ex eadem etiã causa fit pigritia corporis in principio putridæ, leuiter enim ad uomitum fit ex deprauatione instrumentorum caloris ad principia; in ephamera uero non est pigritia contraria de causa. Itẽ ex eadem causa fit in putrida in frigidatio membrorum inferiorum, sed ita uidetur in ephamera. Item ex eadem causa addit pulsus in paruitate in putrida, in ephamera uero est pulsus magnitudo, & ut sæpius est æqualis, & hoc raro fallit, sed nunquam est quin sit ordinatus, in principio uero accessionis putridæ, quandoq; est æqualis, quandoq; est inordinatus: in ephamera uero semper est fortis, sed aliquando contingit ipsum esse paruū uel debilem ex actione, quæ est causa ephemeræ, quæ actio grauiat naturã, sicut est tristitia & nauseatiua repletio, timor, & similia. Item in ephamera raro recedit urina ab urina sani: & si quandoq; in calore intendatur, parum tamen intenditur, in quantum etiam posset intendi à calore alio quàm febrili, sicut ieiunio & labore. In substantia uero parum permutatur, licet quandoq; in ipsa appareat nubes uel hypostasis, & idem quandoq; contingit in sano. In ephamera fortior est inspiratio quàm expiratione, cum naturaliter indigeat refrigeratione caloris, nec exigit multam expirationem uaporum superfluum. In putrida uero expiratione est fortior inspiratione, uel utraq; æqualiter magna, propter contrariam necessitatem. Item in declinatione ephemeræ distinguitur: nam ephamera terminatur per sudorem, & ille sudor non peccat in quantitate uel in qualitate, imò temperatus in caliditate, nec multum recedens à sudore sani, si non fuerit multum, dicit Auicenna, quod est signum actionis febris putridæ. Item caute  
la quam

la quam docet Auicenna ad distinguendum inter ephemeram & putridam: Nam si dubitas an sit ephemera in ipsa accessione, colloceſt patiens in balneo aquæ tepidæ, & si non sentit grauamen, sed suauitatem, signū est febris ephemeræ. Si autem adueniat ei in balneo rigor, statim extrahatur ex balneo, hoc enim est signum certum putridæ. Quandoq; enim cōuertitur ephemera in hecticam, quādoq; in putridam, de quo certificaueris si erratum sit, in diæta uel balneo. Si enim tempore debito fuerit diætatus, prout expectat, calor conuertitur ad cibaria, nec trāsfert se ad membra, propterea quia mulcebres fundos à cibus resolutos humectant membra, & imprimit feruorem spirituum. Similiter si fuerit balneatus diu cum expedit, fiet spirituum euaporatio, & maxime in his, in quibus cutis est spissa, & indigens euaporatione. Si uero fuerit denegata, conuertitur ephemera in hecticam, uel putridam; sed quod magis fuerit subiectum præparatum alteri illarū; si enim fuerit habitudinis calidæ & siccæ, magis se habet ut conuertatur in hecticam; si uero calidæ & humidæ, & plurimæ resolutionis, magis se habet ut conuertatur in putridam: & frigidæ cōplexionis non sunt adeo parati. Signa uero permutationis ephemeræ in putridā, uel hecticā generalia sunt hæc, scilicet si terminatur accessio sine sudore, aut cutis humectatione, uel si per sudorem terminata fuerit accessio febris, non tamen fuerit plene eradicata, ideo remanent quedam accidentia praua, ut si remaneat pulsus uelox, uel frequens, uel durus, uel alicuius alterius præter naturam affectionis. Item si maneat post accessionē dolor capitis. Item si fuerit declinatio ephemeræ fortis & difficilis, cum tamen debeat esse facilis & leuis. Signa uero spiritualia permutationis in hecticā sunt hæc, si patiens fuerit multū attenuatus, ex qua etiam ratione magis paratus, si pulsus sit paruus & durus, si calor fortis in loco arteriarum, similiter in uolis manuum & pedum; si tamē ephemera fuerit post moram ualde fortis & prolixa, sicut ira uelox ueniens et longa. Item si calor fuerit equalis sine lucida interpollatione. Item omnis crisis si maior fiat post cibum inflammatio caloris, quod contingit ex irritatione caloris post assumptionem cibariorum, sicut contingit, si aspergatur aqua super fartaginem olei bullientis; uel si post duodecim horas non declinet actio, debet enim ephemera post duodecim horas declinare. Hæc uero sunt signa conuersionis in synocham inflatiuam, scilicet quādo solus sanguis inflammatur, ut dicit Auicenna, sine conuersione innaturalitatis. Primum signū est inflammatio faciei, uenarum repletio & inflammatio. Signa uero cōuersionis ephemeræ in synocham sunt hæc, si ei iungantur signa febris putridæ, sed incipiant cum horripilatione & profundatione caliditatis, & membrorum pigritia, & aggregatione somni: si pulsus addit in paruitate in principio: & si profundatur & fiat simul materialis, & adsint alia signa putridarum febrium,

## De signis tertianæ ueræ.

## Cap. II.



Ignæ tertianæ ueræ sunt urina ruffa, subruffa, subrubea, rubea, & secundum quod particularia magis uel minus conueniunt in caliditate & siccitate, uel secundum quod magis & minus digesta est materia, uel minus accedit urina ad tenuitatem uel spiffitudinem, propterea apparet flammea, lucida; uel adest uomitus cholericus & secessus, & pulsus, ut dicit Galenus, in principio paroxysmi est paruus & profundus, statim tamen post principium accessionis addit in magnitudinem, fortitudinem, & uelocitatem, & frequentiam; nec alio modo addit innaturalitatem uel inordinationem, nec in una percussione, uel pluribus, & ut dicit Galenus, non recedit hic pulsus multum à pulsu sani, qui multum cucurrit. Item adest tinnitus aurium. Item calor est per uniuersum corpus æqualiter diffusus, nec apparet magis in loco pectoris quàm in extremitatibus. Item manu applicata sentitur quasi uapor siccus eleuari à corpore; & si manus aliquandiu moretur super corpus, calor manus uidetur uincere calorem corporis, id est, uidetur calor corporis deficere, & in hoc diuersificatur salua arteria continua periculosa: in ista enim quāto magis moratur manus, tanto magis uidetur crescere calor corporis, & uincere calorem manus. Item in hac febre sitis est uehemens & amaritudo oris, hanc cognoscimus per potum aque frigidæ: quia statim habita aqua frigida, uidetur cadere calor corporis, sicut si aqua frigida infundatur in ollam bullientem: sed postremo calor iterum cōualescit. Item post potum aque frigidæ uidetur ascendere quidam uapor humidus à corpore, tanquam patiens dispositus sit ad sudorem. Item cognoscitur per paroxysmum & horas eius. Item omnes febres consistantur tempora paroxysmorum, ut dicit Galenus, uera tertiana non potest prolongari ultra duodecim horas, licet possit terminari citra, secundum quod materia magis aut minus sit digesta. Tertiana notha potest extendi ad decem & octo horas, & habet signa communia istis signis, sed remissiora & qualis signa permixta quotidianæ.

## De signis febris phlegmaticæ.

## Cap. III.



Ubi autem sint diuersæ species phlegmatis in febribus unaquæque habet signa propria & spiritualia sibi, habent tamen omnes communia signa, & sumuntur à complexione, ætate, habitudine, multo usu quietis & ocij; si autem præcesserit nauſeatiua satietas, & usus multæ diætæ frigidæ & humidæ, ab urina non sumuntur signa communia omnibus, sed secundum diuersas species phlegmatis diuersificantur urinæ. In pulsu uero participant signa cōmunia: quia addit pulsus in omnibus in paruitate & debilitate, & similis pulsu quartanæ, sed non demissus, est tamen similis ei, ut dicit Galenus, quia uix distingui poterit, nisi medicus cognouerit prius, in quo statu fuerit pulsus, dum fuerit sanus. Item pulsus febris phlegmaticæ in augmento & statu paroxysmi augetur, & fit fortior secundum fortitudinem & eleuationem, quam

quàm pulsus tertianæ. Præterea in pulsu quotidianæ manet inæqualitas, & inordinatio in augmento paroxysmi, quod non cōtingit in pulsu tertianæ. Contingit autem inæqualitas & inordinatio pulsus ab eadem causa, à qua contingit caloris expansio, quia in ea est calor unius partis maior, & alterius minor, quod nunquam contingit in tertiana, quia fit ex uiscositate materiæ, quæ non potest equaliter dispergi. Et eadem causa pulsus materiæ uiscosæ, quæ non potest equaliter dispergi, eadem causa pulsus inæqualitas, quandoq; enim maior quantitas uaporis, quandoq; minor decurrit de corde in arterias. Item in quotidiana non fit sitis ex humiditate materiei, nec adest auida attractio aëris frigidi, nec aded fortis exspiratio, nec aër exspiratus aded calidus est, ut inficiatur, in quo est ignitus. Item hæc febris habet 12. horas in summo labore, & sex in falsa quiete, & sex in uera, sed in illis sex nō uenit, nec plene eradicatur febris, ut dicit Auicenna: Hæc sunt signa cōmunia. Signa uero specialia diuersificantur secundum species febriū, primum dicamus de uitreo Signa febris ex phlegmate uitreo. In hac febre, ut dicunt magistri, urina primo apparet tenuis, & postea in gleba humiditatis, & postea in digestionem materiei apparet tenuis & multa. Sed illud non habetur ab Auicenna, nec à Galieno determinatū. In hac febre supra omnes febres est frigus fortissimum, & non incipit subito frigoris ultimitas, sed paulatim, & primo in frigidantur extrema, & postea paulatim crescit frigus, & iterum paulatim decrescit, & sequitur actio caloris paruissima. Item hæc febris quoddā habet speciale præ alijs: in paroxysmis status magis sentitur frigus quam in alijs temporibus, ut in principio & augmento. Item in hac febre quandoq; fit rigor cum frigore, quod est, ut dicit Auicenna: quia rigor est ex eo quod putruit, quasi dicat rigor est ex parte materiæ putrefactæ, quæ est materia febris, & frigus ex dissolutione partis quam adhuc non calefecit calor febrilis: Item quandoq; adducitur in syncopim ex percussione oris stomachi ex materia frigida, adhuc etiam maxima profundatio somni & grauitas corporis ex cerebri in frigidatione. Signa febris ex phlegmate acetoso. Communicant ista, quæ & ipsa quæ est de uitreo in dispositione, quæ disponitur corpus in frigiditate, & assimilatur ei in omnibus etiam in frigiditatis magnitudine, sed non aded magna, & ei assimilatur etiam in caliditatis paruitate. Diuersificatur etiam ab illis in urina: urina enim eius est tenuis, & remissa magis, & quanto materia est magis indigesta, tanto magis tenet tenuitatis, quanto magis digesta, tanto magis inspissatur. Adest multus cibi appetitus, quia frigidus stomachus, & etiam cibo eius assumpto, sed appetitus manet quem tunc & torsio, & acetosa eructuatio excipit. Adde grauitas capitis maxime sinistrae partis, & sapor acetosus in ore. Signa febris ex dulci phlegmate: Vrina subruffa, ruffa, per totum spissa, dolor capitis, & præcipue anterioris partis, & posterioris propter duas materias, quarum utraq; sedem habet propriam in capite, rigor uel frigus in primis ac

cessionibus nullus est, sed post aliquot accessiões uenit typus, qui, ut dicit Auicenna, contingit, quia calor semper conuertit se ad illud, quod est liquidius, uel subdilius, & in materia calidius. Cum igitur in phlegmate dulci sit quoddam subtile calidum, & quoddam grossum, primo dissoluit subtile in uaporē subtilem, sed illa typū non solet facere, quare nec hæc febris in primis accessionibus, postea uero partibus subiectis consumptis, conuertit ad se, ad quod est grossius in materia, à quibus partibus etiā solutis uaporibus grossus fit typus. Eadem etiā causa calor in principio paroxysmorum, & in principio huius febris est acutus & pungitius, sed paulatim post incipit declinare ab acumine suo, item applicata manu supra corpus, quasi uapor roridus sentit per corpus, & si manus ibi diu moretur, apparet ibi quasi acumen & punctura. Sed calor non est æqualis in toto corpore, ideo contingit consimiliter: sicut contingit si cribretur aliquod uiscosum per cribrum, ibi enim partes quę penetrare possunt per foramina cribri transibunt, ubi uero fuerit maior partium uiscositas, & foramina strictiora, non transibunt, & ita contingit hic, quia ubi esset pars materię subtilior, & ampliores sunt pori, sentitur calor fortior: ubi uero pars materię uisiosior, & pori angustiiores, sentitur debiliior. Item in hac febre sentitur dulcedo oris uergens ad insipiditatē. Item solet hæc febris in horis matutinis affligere scilicet in horis sanguinis. Signa uero febris ex phlegmate falso diuersificant à prioribus, eo quod in ea fit urina ruffa, & subito, & quanto magis digeritur materia, tanto magis est spissa: frigus huius febris omniū phlegmaticarū est minor, & calor maximus, sed non attingit quantitatem caliditatis tertianæ, interdum incipit cum horripilatione ex interpositione materię cholericę, ut enim dicit Auicenna, horripilatio fit ex caliditate: contrahitur appetitus cibi, & augetur sitis ex siccitate cholericę imponentis partes suas, adest dolor capitis, & maxime anterioris partis, & dextrę, & tinnitus aurium: cognoscitur autem si conueniant multa particularia cholericę cum multis particularibus phlegmatis, & ecouerso. In sene phlegmatico usus dietę calidæ, & aliorum quę acuunt cholericā. Signa febris de phlegmate naturali, urina in principio discolorata, spissa, turbida, materia uero digesta: intenditur calor, & pulsus in principio fit paruus, rarus, & debilis & mollis, propter frigiditatē multam & profundationem caloris ad locum materię, postea uero calore inualecente aliquantulum addit pulsus in magnitudine & fortitudine, scilicet relative, id est, respectu paroxysmorum motuum, & fit quandoq; pulsus frequens, quod, ut dicit Auicenna, fit propter debilitatem sui, cum fit debilis motus cordis cogitur sæpius moueri, cum non sufficiat aër semel attractus: est etiam pulsus inordinatus, & tanto magis inordinatus quanto debiliior. Item eadem corporis grauitas & frigiditas extremitatum ex profundatione caloris: egestio liquida phlegmatica: adest saliuę abundantia, & maxime in augmento & statu, dolor capitis in parte posteriori, liuiditas oculorū, discoloratio faciei, uer-

gen s

gens in colorem medium inter citrinum & albū. In hac febre non est aliqua liuiditas corporis uel plenitudo in aliqua hora paroxyfmi, sicut in alijs febribus, nec in facie, nec in toto corpore. Itē adest indigestio, unctuositas, acetosa eructuatio, & torsio.

*De signis febris melancholicæ.*

*Caput IIII.*

**M**elancholia quædam se habet ut fex, quædā ut cinis: quæ se habet ut fex dicitur melancholia naturalis, & generat per resolutionē à materia, sicut caseus à lacte, quæ autē habet se ut cinis, generat super accensionē, quæ quādoq; fit ex sanguine, quādoq; ex cholera, quādoq; ex melancholia naturali, quādoq; ex phlegmate falso. Ex melancholia naturali fit quartana uera, ex innaturali uero nota. Quartanę igitur generalia signa sunt hæc, pulsus tardus, rarus, durus, ita ut nō oporteat aliquod signū recurrere, nisi quod in sanitate uel ægritudine pulsus eius detegitur, ut testatur Galenus. Incipit accessio cum frigiditate debili, postea inualefcit, ut propter neruorum constrictionem cogatur dentibus stridere, sentitur dolor in profundo membrorū, ac si ossa debeant constringi, postmodum succedit calor nō fortis, sed in quartana uera pexmixtam habet horripilationem. In speciebus quartanę notę fortior sentitur calor q̄ in quartana uera, oris est acetositas, labiorum liuor, totius faciei discoloratio, ita quod in uera liuescat, & in nota citrinescat, multotiens splen tumescit, & tenditur, quia splen solet esse receptaculum melancholię innaturalis, & etiā naturalis. Signa distinctiua specierū quartanę, partim sunt ex urina, partim sunt ex cōpletionē, partim extempore anni, partim ex rigore, partim ex diætā, partim in urina, quia in quartana ante accessionem urina est alba uel glauca, post accessionē pallida, in quartana de phlegmate falso in die interpollatiōis urina est pallida, uel subpallida, postea citrina, in quartana cholericæ ante accessionem citrina uel subcitrina, postea ruffa uel subruffa, in sanguinea ante accessionē ruffa uel subruffa, postea rubea uel subrubea. Variantur in substantia secundū quod unaquęq; materia magis aut minus accedit ad digestionem. Item cholericæ magis dispositi sunt ad quartanam cholericam, melancholici magis ad quartanam ueram, & ita de alijs. Item in estate generatur magis nota, & in autumno uera, & magis cum ad hyemem coniungitur. Item in regione calida magis generatur nota, in frigida uera. Item ex multo usu diætæ grossæ melancholicæ generatur uera, ex multo usu calidæ diætę intensæ generatur quartana nota.

*De signis febrium continuarum.*

*Cap. V.*

**S**igna interpollatarum febrium signis continuarū proportionaliter se habēt, & hoc intellige de interpollatis ueris, & nō notis. Et nō est inter eas differentia nisi pauca, sed q̄ interpollatę fiāt ex materia extra uasa, cōtinuę uero ex materia intra uasa, & ideo interpollatę incipiunt cū typho, cōtinuę uero nō. Item in interpollatis eradicat quādoq; plene accessio per

R

uomitū uel secessum, in cōtinuis uero nō, nisi in declinatione per crisi. Itē, ut dicit Galenus in cōmento super aphorismo: Tantū operat̄ natura in materiā cōtinuē in uno die, quantū in materia interpollatā in una periodo, uerbi gratia, tantum facit in digestionē materiā tertianā continuā in uno die, quantum in tertiana interpollata in duobus. Et sicut tertiana uera in septem periodis est longissima, ita tertiana cōtinua in septem diebus est longissima. Tamen continuē non habēt interpollatam sibi proportionatā, ut est sinochus, de quo dicit Galenus, quōd habet signa uniuoca, signa sunt febris adurētis, id est, tertianē continuā, dicit enim quōd quando putrescit sanguis, cōuertitur in cholera, ideo de sanguine non continetur febris putrida. Sed contra hoc dictū Galeni inducit Auicenna multas rationes ad probandum, & c. quas ad præsens relinquimus. Contra etiā hoc dictum Galeni est opinio magistrorum, & nos in hac parte assentimus Auicennē. Dicit ergo quōd de sanguine fit putrida, cuius signa sunt hęc, & distinguuntur ab alijs, quia nullam habent lucidā interpollationem uel phlegmaticam quietem inter duos paroxysmos: imō totius febris tempus est, quasi unus paroxysmus, quod contingit eo, quōd putrescit humor amicus nature: in cuius depuratione natura continue uigilat: urina subrubicunda uel rubicunda per totum spissa, liuens usque ad mediū, pulsus uelox, frequēs, & mollis, & magnus, & mollitiē discernitur à febre adurente, in illa mollis, altus, sed strictus, & durus ex siccitate. Item in ea est oculorū rubor & plenitudo uenarum, in ipsis rubor faciei, profundatio somni multa, & de signis eius, ut dicit Auicenna strictura ueniens anhelitus, & illud signū si emerferit, est malum. Et hęc de simplicibus febribus.

*De signis febrium compositarum. Cap. VI.*

**D**E compositis uero dico, quōd signa earū cognoscuntur per simplicium signorū aggregationem, sed ad hanc compositionē simpliciū & aggregationem non deuenit quis, nisi in arte medicine peritus, nec comprehenduntur ab illo, qui putat se scire medicinam in sex mensibus, ut dicit Galenus. De quibus signis, quia facilius est experimento cognoscere quā docere, ideo ad præsens super se deo tractare, & relinquitur ipsorum aggregationis cognitio medici diligentis examini.

*De signis hecticæ Cap. VII.*

**H**ETICÆ communis est calor inflammans membra radicalia, & præcipue cor, dum enim cor distemperatur, consumitur frigida humiditas, quare magis calida, & generat uapores calidos, qui deducti per arterias corpus distemperat, & si calor agat in humiditatē, quę aspersa est per membra quasi ros, qui est ad humectandum membra, & illam consumat, fit prima species hecticæ. Sed si ista humiditate finita, cōuertat se calor ad aliā humiditatem, quę dicitur cambium, & illā consumat, fit secunda species hecticæ. Si uero ista humiditate finita, conuertat se calor ad naturalem humiditatem



tem tollendam, quæ est glutinū & uinculum partiū, quia nullius rei partes possunt coherere, nisi per humidū, fit tertia species, & tunc dissoluitur cor. Signa uero cōmunia febris hecticæ sunt hæc, pulsus paruus, debilis, durus, & hic pulsus semper est consistens & uniformis, nisi quod post cibū assumptū aliquantum fit maior & uelocior. Itē manu applicata corpori, calor non sentitur fortis in principio, sed si diu inoretur supra corpus, sentitur calor magis intēdi, & acutus, & pungitiuus, nec in una hora maior quàm in alia, sicut se habēt febres putridæ, quæ in ceteris horis suos faciūt paroxysmos, imò semper est uniformis, nisi quod post cibū assumptū quacūq; hora sumatur, auget, sicut inflammatur sartago olei bullientis aquæ aspersione. Item non est calor equalis per omnes partes corporis, sed fortior est in loco uenarū & arteriarum. Item urina non multum recedit ab urina sani in colore, intenditur parū secundū statum complexionis ipsius patientis, nec multū intenditur, eo quod non sit peccatum alicuius humoris in uenis. Sed prædictæ species distinguuntur per contenta, quia in primo apparent petaloides resolutiones, in secunda fursureæ, in tertia specie apparent cunoides. Item in prima specie est urinæ pinguedo pauca supernatans, in secunda maior quasi mixta superficiēi uring, in tertia totius uring permiscetur substantiæ. Præter prædicta signa sunt alia spiritualia tertiæ speciei hecticæ, quibus apparentibus certa mors significat, apparent enim oculi concaui, & profundi cum quadam lippitudine sicca, tenditur frons, gracilatur nasus, planantur tempora, quæ omnia sunt ex forti consumptione humiditatis, sequitur aggrauatio superciliarū, & debilitas & impotestas in ipsis eleuandis, sequuntur quedam somnolenta falsa. Item de deterioribus signis huius speciei est, quando apparet supra corpus patientis quasi puluis aspersus: Ad idem multa abundantia pediculorū præter solitum, & his certa est mors. Item si ungues curuent, ita ut medium ipsorū eleuetur, & extrema deprimentur, tunc, ut dicit Auicenna, certum est cartilagine dissolui, & mortem esse propinquam. Et his uisis fuge.

*De signis febris pestilentis.*

Cap. VIII.

**A**usa pestilentis est aër corruptus & putridus. Corruptio autem ista non est ex aëre ipso, sicut enim aqua elementum purum putrefieri non potest propter suam simplicitatē, ita nec aër purus putrefit, ideo ex uaporibus putridis permixtis ipsi aëri per uentos delatis, qui aliquando sunt ex corruptis paludibus, quandoque ex cadaueribus interfectis in bello, quæ quāto magis assimilantur corpori humano, tanto efficaciora sunt ad illud corrupendū, quandoq; fiunt ex aliqua causa sub uisceribus terræ occultata, aliquando ex motu superiorum. Item febres pestilenciales quandoq; sunt ex uaporibus siccis, quandoq; ex humidis, quæ sunt ex siccis, sunt maioris acuitatis, & minoris prolixitatis, quæ ex humidis, minoris sunt acuitatis, & maioris prolixitatis. Dicuntur autē illæ febres pestilenciales, quæ multiplicatur

R 2

in hominibus multis eiusdem habitationis, & in eodē tempore, quandoq; accidit in quibusdā, & in quibusdam non: quia quēdam corpora sunt magis parata ad hoc, quēdam uero minus, corpora enim impura citius corrumpūt. Item quēdam sunt magis debilitata per coitū, uel per frequens balneū, uel alia causa consimili ad hoc magis preparatiua. Signa uero pestilentie sunt hæc, si multiplicentur consimiles passionēs in aëre, uel impressiones, præcipue in autumno. De quibus impressionibus habet sufficienter in lib. Meteororū. Fiunt autē hęc impressiones de materia homogeneę nature, ut habetur ibidem, non est igitur mirū, si ei consimilem habeant rationē. Si in aliquo anno multiplicentur subsolanus & auster signū est pestilentie, quia hic sicut & ille multiplicat uapores. Itē si in magna parte anni fuerit aër turbidus, ita quod appareat pluere & non pluit, sed inuenitur naturaliter siccus, signū est pestilentie. Itē si multiplicentur in anno nebulę, quasi esset puluis, signū est pestilentie, quia est ex uaporibus in aëre sic multiplicatis: Item si in autumno appareat, significat pestilentia hyemis. Si uer sit frigidū, partim pluuiosum, postmodū fiet auster, & turbetur aër, deinde clarificetur per dies aliquod, ut per hebdomodam, & frigus accidit de die, & de nocte calor, tunc expecta omnes febres pestilentiales: In estate similiter, si estas non sit calida, sed perturbata in matutinis horis, & multiplicentur impressiones, & ignis in superioribus, & si cadat aliquando calor, & aliquando frigus significat pestem. Item si multiplicentur rang, mulce & alia genera immundorū animalium, quę generantur ex putrefactionibus, signum est pestilentie. Item si egrediantur de terra mures, & alia animalia terram inhabitantia, & fugiant cauernas suas, & alię aues male, rapaces, ut bubones, & nocticoraces, & similia, relinquunt oua sua, & nemora, signum est pestis. Signa febris pestilentialis sunt hæc, quādo fit pestis ex uaporibus humidis, urina non multū recedit ab urina sani, nec in substantia nec in colore, nisi epar forte nimis debilitetur, & possit perfecte separare urinam à massa pituitaria, & tunc contingit quod urina apparet cū fece multa & terrea, quasi amurca olei, & pulsus fit frequens, paruus & debilis, & non assimilatur pulsui prædictarū febrū continuarū. Item quandoq; fit multus sudor, & fœtidus in hac febre. Item cōmunicatur fluxus uentris, & ut sæpius emuli coloris est, ut citrini ualde, uel nigri, uel quasi amurca olei, & est de signis peioribus in hac febre. Item si applicetur manus supra corpus infirmi, non multū sentiat calorem, licet hoc febre fortius affligat de nocte quā de die, non tamen seruat uerū ordinem paroxysmorum, unde hæc febris à multis medicis negligitur, & putatur esse ephemera. Item quandoq; fit sincopis ex forti infectione cordis. Adest etiā dolor oris stomachi, eo quod cōpatitur os stomachi cordi. In febre phlegmatica ex uaporibus calidis & siccis maior adest inflamatio in corpore, pulsus magis addit in uelocitate & frequentia, fortior est inspiratio, adest fastidium & contorsio appetitus, & nisi reficiantur copiose, ut dicit Auicenna angustiole

si oſe morientur. In utraq; cauſa iam dicta ſentitur quandoq; fœtor anhelitus, & ſi eueniat, certum eſt ſignum mortis, ſignificat enim corruptionem iam factam in corde, & in alijs membris ſpiritualibus.

*De ſignis bonis in acutis febribus* Cap. IX.

**S**igna bona ſunt fortitudo patientis, egritudinem ſuã ſine nimia difficultate ſuſtinens. Item leuitas ad motũ, quod eſt ex continentia ſpirituũ, & paucitate ſuperfluitatũ. Item quod ſibi ſano ſimilis ſit. Item perfectio operationũ animalĩũ, ſcilicet ut bene uideat, audiat, ratiocinet, &c. Item perfectio operationum ſpiritualium, ut inſpiret, & reſpiret ordinate, & ſine difficultate. Item ſi dormiat nocte, uel mane, uel tempore conſueto, & ſit ſomnus ſuauiſ, & poſt ſomnum ſentiat ſe leuiorem. Item ſi pulſus ſit fortis, æqualiter ordinatus, poſt hæc de ſignis melioribus, ſunt ſigna digeſtiõis, de quibus dictum eſt. Item equalitas coloris in toto corpore. Item rigor quem ſequitur purgatio, bonũ ſignũ eſt. Item figura naturalis optimũ ſignum eſt. Si hæc omnia conueniãt, breuis erit egritudo, & determinabilis ad bonũ. Si aut conueniant, paucitate exiſtente debili, determinabitur ad bonum, licet tardius.

*De ſignis malis in febribus acutis* Cap. X.

**S**igna mala quedam ſunt mala in ſummo, quedam non in ſummo, mala autẽ in ſummo ſignificãt mortem. Signa mala in ſummo cũ fortitudine patientis, morietur quidem patiens tempore remotiori, ſi cum debilitate, morietur cito. Signa autem mala non in ſummo cum alijs malis ſignis & fortibus ſignificant mortem. Si autem in talibus appareant ſigna bona, poterit euadere, inter quibus optimũ ſignũ eſt fortitudo patientis, hoc enim equiualeat multis ſignis malis in fortitudine ſignificata. Fortitudo in hoc loco dicitur robur, & uigor patientis, fortitudinem autẽ patientis poterit percipi non per magna opera, qualia competunt ſanis, ſed ſi manum tuam ei tradas ad ſtringendum. Cum igitur ad egrum acceſſeris, primum ſignum ſumes ab habituſine faciei, ſi enim ſibi ſano ſimilis ſit, bonũ eſt. Si autem diſſimilis, & ex toto apparet cutis arida, & tenſa in facie, applanantẽ tẽpora, pulpe auriũ frigide ſunt & diuerſe, & ſi apparet in cute quali puluis citri trapinati, item ſi conuertit color cutis in colore citrinũ, uel uiridem plumbeum, uel nigrum, ſed cum iſtis apparentibus conſiderandum eſt, utrum ueniat ex egritudinis malicia, uel ex cauſa extrinſeca, ſicut ex ieiunio, uel uigilijs, uel uentris ſolutione, quia huiuſmodi ex talibus cauſis prouenientia, non ſunt multum timenda, cito enim redit patiens, ſi debite regatur ad debitam conſiſtentiam. Hoc ſit uerbum generale in omnibus ſignis malis, quę ſumuntur à quocunq; membro. Signa ſumpta ab oculis, ſunt profundatio oculorũ, & contractio non ex cauſa extrinſeca. Item ſi alba oculorum cõuertuntur in nimiam tenebroſitatẽ, aut nimiũ rubent, aut in colorem liuidum, qualis eſt color penarum pauonis, ſignũ eſt malum. Item minoratio oculorũ, & eorum tenebro

brofitas, malū, tamen si eorū tenebrofitas non apparet, est adeò signū leſionis cerebri, ſcilicet ut ſi nō fuerit aliquis neruus ſpasmatus, niſi ſoli nerui oculorū, non eſt signū malum ualde. Itē ſi ad hoc conuertat̄ patiens ut non uideat, debili exiſtente corpore, mortale eſt. Item ſi uideatur patienti uidere lampadā præteruolantem oculos, signū eſt fluxus ſanguinis de naribus. Si autem appareat ſplendor quidam quaſi declinans ad nigredinē, hoc etiam potius eſt signū uomitus futuri. Item ſi fluant lacrymę inuoluntarię, uel adſit lippitudo ſicca, malum. Item ſi lumen effugiant oculi, peſſimū. Item ſi cum æger aperuerit oculos, & aggeneratur ſupra pupillam quiddam quaſi tela aranea, quod poſtea redit ad palpebram, mortale. Item ſi dormiat ſubcluſis palpebris in febre acuta, mortale. Vel ſi aliquid tale præceſſerit, mortale. Item dicitur quòd ſi oculo adnaſcatur quaſi piſa alba, mortale.

#### De ſignis narium.

Nari cōtorſio ſignificat ſpasmum inanitionis iam inchoatū, & ita mortale. Item ſi in febre acuta ſit ſolū expiratio ex naribus, mortale, calor enim naturalis iam extinguitur. Item ſi aër respiratus repręſentet odorem piſciū, aut butyri, uel quaſi luti, uicina eſt mors. Item ſternutatorio appoſito naribus ſi nō ſternutat, mortale, deficit enim ſenſus. Item ſi ſepe ponit manus ad nares purgandum, cum ibi nihil fuerit, uel contineatur, mortale. Item ſi poſt frequentem raſeationē nihil exeat, mortale.

#### De ſignis dentium.

Limofitas circa dentes plurimū in febre acuta, ſignificat fortitudinē caloris, & materię uiſcoſitatem. Item cōmotio dentiū eſt ſignum malum. Si omni hora mundat dentes abſq; cōſuetudine, malum. Item ſtridor dentiū abſq; cōſuetudine, nec à principio, mania ſignificat, uel ſpasmū inanitionis, uel calorē plurimum, qui ſi frendeat cum infania, mors eſt uicina.

#### De ſignis linguę.

Linguę deſiccatio & denigratio, & ſaluię diminutio in febre acuta ad malum declinat. Dicit tamen Auic. quòd ſi poſt deſiccetur lingua, & exaſperetur in ſtatu ægri tudinis, deinde denigretur circa decimum quartū diem, mortale. Item dicitur, quòd ſi creſcit ſupra linguā quaſi cicer, ſignum eſt mortis uenturę, & præceſſit deſiderium rerum multarum.

#### De ſignis oris.

Veniens fœtor oris in acutis, mortale, quia ſignificat omniū humorū corruptionem. Item furfura labiorum fortem ſignificat incenſionem. Item ſubleuatio alterius labij, malum. Item contractio & inſrigidatio labiorum, malum. Item ſi continue maneat os apertum, malum.

#### De ſignis aurium.

Pulpe aurium inuerſatio, & contractio, & inſrigidatio, mortale. Item dicitur quòd ſi ſordes aurium in dulcem ſaporem conuertitur, mortale. Item dolor auris fortis conſtitutus in iuuentute, uel adoleſcentia, in acuta febre, mortale,

tale, quia non possunt sustinere acumen tantū, propter loci sensibilitatem nimiam, constitutum in senectute, non est signum mortale per se, possunt enim sustinere per moram, quia materia in illis non est multum acuta.

#### De signis iacendi.

Omne schema non naturale, neque consuetum in sanitate, est malum, ut iaceat supinus, uel pronus infantie præter consuetudinem. Eodem modo si aliquis sit pinguis multum, & grauis corpore, non est multum malum, si iacet supinus, uel pronus in facie præter consuetudinem, in alijs est malum generaliter. Vt enim ait Auic. resupinatio uel est ex humoribus prauis abundantibus in intestinis, uel ex siccitate nimia, uel ex humoribus acutis resolutis, lacertos debilitantibus, uel ex lacertis nimium debilitatis, quod si aliquis iaceat in facie pronus, uel est ex alienatione, uel ex nimio dolore. Item, si quis desiderat operi pedes, & alia extrema, signum est nimie incensionis in interioribus. Item, si infirmus non sit contentus iacere, sed cupit sedere erectus, signū est afflictionis spiritualium. Item, si conuertit faciem ab hominibus uersus parietem, & fugit aspectus hominum, malum.

#### De signis cutis.

Si extendatur cutis, & non recurrat ad locum debitum, malum. Item, si sentiatur quasi ros calidus exiens à corpore, & aer quem expirat iam frigescat, signum est extinctionis caloris naturalis in corde.

#### De signis uentris.

Inflatio uentris cum diminutione circa nutritiua præcipue cum fluxu uentris, mortale, & ad hoc certius signū est, si appareat in corpore pustula magna fusci coloris. Item tensio hypochondriorū & eorum inequalitas in frigiditate, caliditate, duritie, mollitie, eminentia & depressione, malum. Item contractio uirge uirilis & testiculorum in febre acuta malum, significat enim spasmū de inanitione, & dolorem immensitatis in testiculis. Item pollutiones in principio ægritudinis morbi prolixitatem significat, uersus uero finem, magis laudabilis est.

#### De signis extremitatum.

In febribus acutis frigiditas extremitatum, malum, si sit perseverans, scilicet postquam non succedit calor. Perseuerans dico, quia de consuetudine est in quibusdam acutis, ut frigescant extrema in principio paroxysmi, & postea caleant. In febribus autem cronicis hoc signum est malum. Frigiditas extremitatū, ut dicit Auicenna, febribus acutis, aut est ex apostemate ignito in interioribus, uel ex defectu caloris naturalis in corde. Item obfuscatio manuum & pedum, digitorum & unguium in febre acuta, mortale. Item rubor uultus cum subita alteratione, mortale, & si cum istis adsit membrorum grauitas, tunc mors est uicina, quia obfuscatio significat defectionem caloris naturalis, rubor uero plurimā humoris corruptionem in toto corpore, grauitas uero de-

fectionē uirtutis, nigredo uero prædictorū membrorū est timenda, sicut obfuscatio, uel rubor, quia si nigrescunt extrema, tamen cū alijs bonis signis euadet patiens.

De signis somni.

Somnus nocturnus bonus, diurnus uero malus, qui est à principio diei usq; ad tertiam melior, non dormire autē pessimum. Item omnis somnus alleuiationem præstans patienti, laudabilis est, omnis autē somnus post quem patiens sentit se magis grauatū & afflictum illaudabilis. Item Auicenna: Multa somni profundatio cum debilitate pulsus, malum: præcipue si adsit rationis permixtio. Item si præcesserit alleuiatio, & insequenti sequitur somnus profundus, cum extremitatum frigiditate, malum.

De signis doloris.

In febre acuta dolor fortis circa uiscera uel significat nimiam incensionē, uel forte apostema in interioribus, & utrunque est malum. Item dolor fortis in quocunq; membro, si subito recedat sine manifesta euacuatione, malū, iuxta illud, non secundum rationem alleuiatis, &c.

De signis loquele.

Vox fortis & ordinata, bonum, cōtrarium uero malum. Item uerbositas in crisi multa, bonū. Item multa taciturnitas, innaturalis garrulatio, uel est signū lætæ inagnitionis, quæ est princeps sermonis, uel nimie relaxationis uentriculorum, & debilitatis uocalium neruorū. Item innaturalis taciturnitas, uel multa uerbositas, signum est futuræ alienationis.

De signis inquietudinis.

Nimia corporis inquietudo cum mentis permixtione significat multitudinem uaporum ad caput ascendentium, quod si fiant antequam appareant signa digestionis manifesta, modo in die critico, pessimum signum est. Si autē in die critico & post signa digestionis, bonum. Item si se reijciat à capite lecti ad pedem & repente, signū est alienationis, uel nimie constrictionis meatuum inspirandi, quod est pessimum, & hoc plurimum significat peripneumoniā. Vnde dicit Hippocrates q̄ hoc signū in peripneumonia pessimum signum est, in alijs uero malum, sed non adeò, quia in alijs significat alienationē, potest tamen in peripneumonia contingere ex alienatione.

De signis rigoris.

Rigores in febre acuta, malum, quia significat naturaliter debilitatem uel materie grossitiem, prouenit tamen quandoq; ex superflua pororum constrictione, quod est ualde timendum. Tremor in acutis, malū generaliter, nisi sequat̄ crisis laudabilis.

De signis appetitus.

Deuagatio appetitus in cronicis, pessimum, in acutis malū, sed non tantū. Generaliter enim uel prouenit ex multitudine humorū corruptorū in corpore uel ex mortificatione uirtutis sensibilis uel appetitiue naturalis, quæ duo ultima sunt mortalia. Itē defectus sitis in acutis, & præcipue cū magnitudine, signum est mortale, &c.

ANTONID  
DUS PRINCIPIS A HIO L A

tu multitudine

De signis somni, p. 200. e. p. 200.

**N**imiam incensionem, uel forte apostema in interioribus, & utrunque est malum. Item dolor fortis in quocunq; membro, si subito recedat sine manifesta euacuatione, malū, iuxta illud, non secundum rationem alleuiatis, &c.

De signis loquele. Vox fortis & ordinata, bonum, cōtrarium uero malum. Item uerbositas in crisi multa, bonū. Item multa taciturnitas, innaturalis garrulatio, uel est signū lætæ inagnitionis, quæ est princeps sermonis, uel nimie relaxationis uentriculorum, & debilitatis uocalium neruorū. Item innaturalis taciturnitas, uel multa uerbositas, signum est futuræ alienationis.

De signis inquietudinis. Nimia corporis inquietudo cum mentis permixtione significat multitudinem uaporum ad caput ascendentium, quod si fiant antequam appareant signa digestionis manifesta, modo in die critico, pessimum signum est. Si autē in die critico & post signa digestionis, bonum. Item si se reijciat à capite lecti ad pedem & repente, signū est alienationis, uel nimie constrictionis meatuum inspirandi, quod est pessimum, & hoc plurimum significat peripneumoniā. Vnde dicit Hippocrates q̄ hoc signū in peripneumonia pessimum signum est, in alijs uero malum, sed non adeò, quia in alijs significat alienationē, potest tamen in peripneumonia contingere ex alienatione.

De signis rigoris. Rigores in febre acuta, malum, quia significat naturaliter debilitatem uel materie grossitiem, prouenit tamen quandoq; ex superflua pororum constrictione, quod est ualde timendum. Tremor in acutis, malū generaliter, nisi sequat̄ crisis laudabilis.

De signis appetitus. Deuagatio appetitus in cronicis, pessimum, in acutis malū, sed non tantū. Generaliter enim uel prouenit ex multitudine humorū corruptorū in corpore uel ex mortificatione uirtutis sensibilis uel appetitiue naturalis, quæ duo ultima sunt mortalia. Itē defectus sitis in acutis, & præcipue cū magnitudine, signum est mortale, &c.



# ANTONII DE GRA-

DIS PRINCIPIS MEDIOLANENSIS DVCA  
tus medici de Febris liber.

De diffinitione febris, & eius diuisione, & febre ephemera, Caput I.

**D**E aegritudinibus cōmunibus, & primo de febris aliquid sumarij ualde dicā, solum ut focij habeant aliqualem ingressum ad opus practicū: Vnde febris est calor innaturalis cursum excedens naturæ, procedens à corde in arterias, suoq; ledens effectū. Et propter hoc quod dicitur calor, separatur ab alijs dispositionibus præternaturalibus, quæ non sunt febriles, sunt solutiones apostematum, perinnaturalis separatur à calore naturali, similiter procedente à corde ad alia membra, ideo subiungitur cursum supergrediens naturæ, id est, mouet temperiē naturalis caloris, quia quacunq; causa distemperetur calor, nec uitio spiritus uitalis distemperet febris, tūc nō poterit esse febris, licet fiat alia aegritudo, ideo dicitur suoq; ledens effectū, id est, sensibiliter lēsiōē inducens. Sunt autē cōsequenter genera tria febrū, unū fit à uitio spiritus, & dicitur ephemera, aliud fit à uitio humoris, & dicitur cōmuni nomine putrida, aliud fit ex principali uitio membrorū, & hectica nuncupatur, & hæc tria genera comparant tribus causis repertis in balneo. Auic. ponit primo capite primæ quarti. Incipiendum tamen ab ephemera ideo quod facilius fit, & facilius recedit, & aliarū feb. sepe est causa. Ephemera itaq; est febris ex distemperantia spiritū procedens, &c. Ephemera saltē uera uix ultra unū diē extendit, sed tamen modico non interueniēte, aut nimia grossitudine materie, aut nimia oppilatione intrinseca seu extrinseca, ad tertiu uel ad quartū diē durat. Quæ si ulterius protrahitur in putridā, uel hecticā cōuertitur, nam ephemera est morbus per se, ut cum ex calore, aut est accidens insequens alias aegritudines, ut quādo cum bubonibus superuenit, & hoc secundū Auic. Cause febris ephemeræ sunt multe, quæ tamen oēs ad quatuor reduci possunt. Prima causa sumit ex causis extrinsecis actu uel potētia calefaciētibus uel oppilationibus poros, ut caliditas solis, uel ignis, balnei sulphurei, aut stuffæ cū rebus calidis, aut aqua frigida, & breuiter omne quod claudit poros, retinet uapores. Et nota q; secundū diuersitātē uaporū retentorū diuersæ febres retinent, nā si uapores retenti sint calidi, similiter & corpus fit calidū, & sic facilius fit ephemera, si hūores seu uapores

qui retinentur, sint calidi & humidi, similiter corpus, fit putrida, si calidi & sicci, similiter & corpus, fit ephemera, & de ipsa faciliter fit tertiana, & de tertiana sepe fit hectica. Secunda causa ephemeræ sunt cibi & potus, & medicina calida actu & potentia, ut uinū & piper. Tertia causa motus animalis & corporeus, ut exercitiū, ira, tristitia, uigilia, & motus qui uidet corpori ex motu temperato, & accidētibus animæ, & c. Quarta causa sunt ægritudines materiales superueniētes corpori, ut apostema membrorū nobilium, ut inguinū, & ascellarum. Signa generalia ephemeræ primo sunt nō de quantitate, s̄ ue de humore, non à causis antecedentibus, sed primitiuis, & ut plurimum non fit cū horripilatione, neq; cū rigore, nisi sit ephemera facta ex oppilatione à materia humoralis, quia est media inter ephemeram ueram, putridam, appropinquans tamen putridæ: Item calor non est acutus, pungens, nec mordicans ad tactum, sed est lenis, & suauis, & cum peruenit ad statum, nullam aut modicam facit angustia, & ut plurimū curatur cū sudore humoroso naturali, & per hoc differt à putrida, unde dicitur Auicē. si ponatur æger in balneo, & ei non adueniat aliqua horripilatio, nec aliqua dispositio à sua dispositione, tūc est signum ephemeræ, & si sic, significatur putrida. Itē in ephemera pulsus & urina parū à sanis & naturalibus differunt, differt etiam ab hectica, quia causa esse est ex paruo tempore & simul parū durat, & c. Signa spiritualia causarū primitiuarū sumuntur ex relatione ægri, ut si ex mora in sole, caput & cor & facies sunt calida, & si tangatur pulsus declinat ad uelocitatem, si ex frigidityte, color cutis & faciei est obscurus aut liuidus. Si ex uigilijs & uigilię antecesserint, adest grauitas capitis & oculorum rubedo, sæpe cum lacrymis, & lassitudo in capite, & in alijs membris, pulsus est frequens cū eius debilitate & durtiē arterię. Si ex solitudine facies declinat ad citrinitatem, pulsus secundum plurimum diuersificatur in dilatatione & constrictione penes diuersitatem solitudinis. Si ex labore, antecessit labor cum calefactione, præcipue iuncturarum, cum lassitudine & siccitate corporis, pulsus uero debilis & paruus, aliquantulum durus, urina semper citrina propter motum. Si ex catarrho uel corriza calidis, est rubedo faciei & oculorum, inordinatio sentitur in gutture, acuitas cum aduersione gutturis. Si ex catarrho, qui descendit est frigidius cum uentositate & oppilatione, & quod spuitur est uiscosum. Si ex somno præcessit somnus profundus, adest inflatio oculorum, rauedo uocis cum oppilatione in naso, grauitas & pigritia totius corporis, cū debilitate memoriæ. Si ex uitio spiritualiū, ut ex ira præcedente, adest uelox anhelitus, & frequens rubedo oculorū, & maxillarum, & tremor quidem, & sic de alijs. Si ex tristitia, urina est ignea, acuta propter siccitatem, facies declinat ad citrinitatem, pulsus est debilis cum durtiæ, oculi submersi & resoluti cum quiete. Si ex obmissione balnei consueti, aggregatur sudor, & superfluitas in cute & toto corpore, urina est spissa, turbida, coloratur cū grauitate anhelitus, & lassitudine totius corporis, aliquādo diminuitur



diminuitur appetitus, quia superfluitates consuete non expelluntur. Si ex balneo & aquis therimarū balnea precesserint, est asperitas cutis cū quadā nigredine, additio caloris post tēpus, pulsus est debilis & uelox, similiter anhelitus est magnus & spissus: sitis eque melius sedatur ex attractione aëris frigidi q̄ ex potu, omnia mēbra sunt cū rubedine et maxime facies, & cū grauitate & lassitudine. Si ex spiritibus naturalibus & maxime ex fame, pulsus est debilis & paruus, & aliquando durus, urina tincta cū ardore, aliquando destruit appetitus post famem cū eructatione fœtida & amaritudine oris, & cōmotio oris stomachi, & grauitas totius corporis & membrorū. Si ex fluxu uentris, est pauca urina cum multis uigilijs & siti, pulsus est paruus, spissus, & durus. Si ex potu uini puri, urina est multa, dolor capitis, obumbratio oculorū, grauitas stomachi, et aliquando uomitus. Si ex cibis calidis, pulsus est uelox, spissus, cum amaritudine oris, sitis cū manifesta calefactiōe stomachi & membrorū, urina est tincta. Si ex fastidio, eructuatio est acetosa, fumosa urina, cruda aut aquosa, palpebrarum grauitas, inflatio & grauitas stomachi, & aliorum nutritiuorū. Si ex siti, urina est pauca colorata, & cum punctura, pulsus uelox, & frequens cum debilitate, desinat potare rem frigidam fluxibilem. Si ex aliquo contento in stomacho, quod enumerari non possit, est grauitas stomachi cū eructationibus, postquam aliquid emittitur, aquositas fastidium & nausea, oculorum tenebrositas, commotio labij inferioris, & comestio rei lenitiue, ut medicinæ & cibi. Si à cibo multi nutrimenti, grossi & duri inflammatur stomachus, additur eructuatio unctiosa cum grauitate membrorū, & cum comedit aduenit somnus cum suffocatione anhelitus, & pigritia ad motum. Si ex cibo subtili, in stomacho est caliditas, eructuatio fumosa, calida, oris amaritudo, urina est colorata, tenuis, sæpe est dolor capitis in sincipite, & sic de alijs. Pronosticatio. Ephemera est difficilis cognitionis, & curationis facilis, & bene uelocis terminationis, quia non transit diem naturalem, & terminatur per sudorem, ut supra, propter tamen malitiam regiminis transit ad secundum diem, & aliquando ultra quartū, & efficitur putrida, aut hectica, quod scitur si post statū egritudo non cōmouerit, pulsus sit diuersus, & urina indigesta, & maxime si fœterēt egrediētia ex corpore. Item si corpus sit aridū in tactu, timendū est de hectica, non ita negligatur ephemera, quia sæpe malas facit egritudines: Cura igitur perficiatur ne transeat in aliā dispositionē deteriore. Si sanguis sit in abundantia in egro, etate, cōsuetudine, & alijs particularibus permittentibus, fiat phlebotomia, ne transeat in synocham, si cholera abundat, suauiter purgetur, ne incidat in caufonē: utatur in super cibis facilis digestionis, ut succo hordei, & præcipue in declinatione harū febrīū competit, nisi sint parati ad putridas ut crapulati, oppilati, patientes catarrhū, nisi catarrhus esset adustus, quia tales possent balneari, ut Aui. utiliter dicit, cognita causa cōtraria causis cōtrarijs curatur, Si igitur ex uigilia fuerit, iaceat in molli lecto, ungantur nares, &

frons cum oleo uiol. tepido, uel oleo nenufaris fundatur super caput aqua decoctionis camomille, rose, hyssopi, & cum cessauerit aliquantulum calor, intret balneum conuenienter. Si ex mora in sole, inungatur caput ex oleo ros. uiol. & aceti parum, & renouetur, & hoc fiat sepius, deinde balneetur cū aqua decoctionis ros. uiol. & solatri. Si ex solitudine, inungatur totū corpus oleo rosaceo, utat uino odorifero, lymphato in rebus humidis, lauet, ut supra. Si ex labore, quiescat, inungat loca læsa, & præcipue spina oleo rosaceo uiol. post febrim balneetur in decoctione ros. & uiol. cibaria sint facilis digestionis, dormiat pro posse. Si ex catharrho, purgetur cū turbit, aut cū cochijis, aut cum alio conuenienti, comedat ptisanam hordei cū lacte amygdalarum, bibat brodium, cicerum, uel iulep, uel sir. uiol. uel de nenufare, cum aqua decoctionis liquiritiæ, iuiubarum, & passularū. Si ex longo somno, fricentur extrema, aspergatur facies aqua ros. in estate, & hyeme cum aniso: fiat clystere lenitiuum, si non assellauerit illa die, in declinatione febris balneetur in decoctione camomille, & absynthij. Si ex ira, balneetur pectus cum sandalis, rosis, camphora: bibat aquam rosarum, cum uino de granatis, utatur lactucis, &c. intret balneum uiol. foliorum salicis. Si ex tristitia, curetur ut supra de solitudine, & ultra confortetur cor cum odoriferis frigidis, ut sandalis, &c. Si ex aëre frigido, fricentur extrema, & totum corpus suauiter cum oleo de spica, uel de aneto, intret stoffam siccam, ut sudet, postea comedat cibaria digestibilia. Si ex dimissione balnei, intret balneum consuetū. Si ex longa mora in balneo, aspergatur corpus aqua, quasi frigida, & epithimetur cor, ut supra, dormiat pro posse. Si ex fame, cum incipit laxari, comedat ptisanam frumenti cū saccharo & succo granatorum, uel agresta, & si adsit febris cum sir. uiol. ros. nenufari paulatim deglutiendo curetur, balneetur, ut supra. Si ex fluxu uentris, utatur citonijis decoctis in igne, & lentibus excorticatis cum uitellis ouorum, bibat uinum nigrum cum decoctione sumac, uel aqua cisternæ, parū moretur in balneo, & postea bibat sir. de citonijis. Si ex potu uini, uomat, pro posse dormiat, postea intret balneum ros. & sudet, utatur frigidis, ut aqua frigida, cum succo de granatis. Si ex cibis calidis, bibat agrestā, aut oxysaccharam cū aqua frigida, purgetur cum tamarindis, prunis, & manna, & balneetur, ut supra. Si ex siti, bibat aquam frigidam cum syr. roseo uel uiol. nenuf. aut cum uino de granatis, uel de agresta, comedat acetosa. Si ex aliquo contento in stomacho, fiat uomitus, deinde clysterizetur. Si ex multo nutrimento, &c. dormiat & abstineat à cibo & potu, utatur uino odorifero, penetratiuo, perficiente digestionē. Si ex cibo subtili, abstineat ab eo, & utat uino de granatis, lactucis, &c. & abstineat à motu, & intentio sit rectificare stomachū. Si propter apostema, quod scitur ex antecessiōe eius, cura est, ut in principio, phlebotomia, aut purgetur subtiliter & non bibat uinum, sed succum de granatis cū aqua: pro agresta, comedat succum ordeï, & si apostema possit etiam percuti repercutiatur, sicut

sicut decet, in augmento & statu utatur maturatiuis & resolutiuis, quod requirit tale apostema resolui, uel alio modo terminari, in frigidetur aliquali- ter uia quæ est inter cor & apostema, non tamen sic, quod deducatur aposte- ma ad scirrhum; condiantur cibaria cum agresta & uino granatorum.

De quibusdam generalibus ad febres putridas.

Cap. II.

**D**E febre putrida sequitur determinare. Febris putrida fit ex principa- li uitio humoris, uel humorum putrescentium coarctatorum in mem- bro, sic quod non expirant libere, & tunc calefit & putrefit, & mit- tit fumum putridum ad cor, & fit putrida febris. Cause huius in genere sunt tres primitiue, ut aer, cibus, &c. antecedentes, ut humorum multitudo, grossi- ties, eorum uiscositas, inanitiones & resolutiones, ut retentio fumositatum, et constrictio pororum, & sic de alijs. Et illæ duæ cause ultime sunt potentes ad cau- sandum putredinem, nam retentio fumositatum corruptentium humores, & dissoluentium sua ebullitione calorem naturalem alterant: Cause coniuncte, ut putredo in febre, & sicut aquositas in hydropisi, & materia aggregata in apostemate. Quomodo autem differant istæ cause, ut putredo in febre, & cætera, habetur supra. Et harum putridarum una est continua, alia interpollata, continua, fit de materia corrupta & putrefacta in uasis, si extra uasa, inter- pollata dicitur. Item febris interpollata est triplex, cholericæ, phlegmaticæ, & melancholicæ. Et continuarum quatuor sunt species secundum quod quatuor sunt humores potentes peccare in uenis, & quia continuæ sunt molestiores, ideo ab eis inchoandum. Nota tamen quod tam continua quam interpollata, alia est continua simplex, alia continua composita: simplex est quando febris non est coniuncta cum alia ægitudine, ut cum alia febre: composita tripliciter dicitur, pri- mo quando componitur cum alia specie febris eiusdem generis, uel diuersorum & de ista dicitur infra. Secundo quando componitur cum alia ægitudine, ut cum hydropi- si, aut cum apostemate, & de illa dictum fuit aliquali- ter in fine antecedentis capi- tuli. Tertio, ratione materie compositæ, ut in tertiana nota, & sic de alijs. Con- tinua igitur febris est, quæ fit de humoribus putrefactis intra uenas continue af- fligens usque ad creticam declinationem. Et cause huius principaliter sunt tres, putredo continua, effumatio putredinis ad cor, & defectus nutrimenti, & cor- ruptio sanguinis, quem non regit natura, & ideo eius fumus uenenosus effu- mat ad cor. Et ideo in synocha, in qua istæ cause omnes continuantes concu- runt, minus est requies, in alijs autem continuis, in quibus duæ cause tantum continuant, contingit quod aliqua sit requies. Et si cholera, phlegma, melanco- lia qualitate putredinali afficiunt ex adustione sanguinis calidi & humidissimi, pu- trefacti, in quibusdam horis plus, & in quibusdam horis minus. Et quia conti- nuarum febrium aliæ sunt simplices, quæ ex una tantum materia fiant in uasis putrescente, ut synocha. Aliæ continuæ sunt, quæ fiunt ex una materia putre- scente intus tantum & extra, ut hemitritei, Primo præmittendo dicentur de

S

simplicibus quedam utilia. Primo considerandus est gradus discrasie febrilis, eo quod cura curatiua debet esse pportionalis discrasie, ut patet tertio Tegni. Sed quia in acutis ægri tudinibus maxime affigitur natura, & laborat intenta ualde circa morbi digestionē, ideo diæta tenuis est exhibenda, ne grossus grauetur cibus. In longis uero & cronicis grossa diæta debet exhiberi, eo quod uirtus est conseruanda, etiã potest digerere, cum à principio non nimium molestetur. In statu uero semper sit subtilis, respectu principij, & quanto remotior est status, tanto grossius diætetur in principio, & contra. Virtus etiam ægri est consideranda, nam si ægri tudo erit acutissima, status erit propinquus, & tunc si uirtus est fortis, stabis cum tenui diæta usq; ad statum, ubi uero uirtus sit debilis, grossior diæta offeratur, ut stet usq; ad statũ. Item in accessionibus per tres horas ad minus, uel per plures, si est possibile nihil est dandum, quia tunc corumpitur cibus in stomacho, nisi in casu, in quo non flueret materia ad os stomachi, aut in alio consimili. Similiter in crisi nihil detur. Consideretur complexio ægri, tempus, regio, ætas, aër, consuetudo, & sic de alijs partibus, nam puerilia corpora maiori refectione indigent, iuuenes minori, senes saltem primi quasi minus. Etas, aër, regio calida frequenti indigent refectione, & e contra si ista sint frigida, quia tunc indigent maiori diæta continua, & non discreta. Item consueti multum comedere, plus de cibo requirũt, & si e contra, fiat e contra, ideo Hyopocratis dicit: Et enim ætati & regioni, &c. Phlebotomia si conuenit, quanto citius, tanto melius, dum ægri tudo est in principio, dum natura non est debilitata multũ & afflicta, post quartũ diẽ raro phlebotomet, & cum magna cautela, & in die non cretico, & cum sint contraria, ut supra, etas, tempus, &c. quia hoc prohibet phlebotomiam, præcipue si uirtus fuerit debilis, & si aliquo modo fuerit fortis, & phlebotomia sit necessaria ualde, parum extrahatur de sanguine. Nam præceteris est seruanda uirtus, nam si omnia alia indicarent de phlebotomia, & uirtus dissentiat, nullo modo fiat, & tunc in tali casu fiant scarificationes, aliquando sudet in balneo, & ubi ad hoc fieri non possit, cibus minoretur, & assiduet motum & scarificationem, aut fiat purgatio, non tamen in die cretico, & in interpollatis, fiat in die quietis ante tempus accessionis. Si tamen humores furiosi sint in uena currente de membro ad membrum, subito à principio sua uiter purgetur, ne materia ad aliquod nobilium membrorũ currat. Item symptomata in febre interdum fiunt aded magna quod cogitur medicus obmissa febre ipsa repellere. Si igitur cum febre adsit symptoma quod curam ad se trahat, curet illico, ut in pleuretico, & sanguine, utiliter fit phlebotomia ad caloris repressionem & sedationem doloris, & si contra, quia symptoma aliquo modo febricitariatur, & si magis, eam intende ad symptoma, non ex toto negligendo febrem, quia frigida negatur in febribus cum apostemate, & in spleneticis, &c. Et etiam in his, qui naturaliter habent pectus strictum, macilentum, eo quod si ante digestionē de-

cur

tur induratur pectus & splen, & percutiet etiam spiritualia. Scilicet post digestionem materiei sine predictis, concedi potest, quod præ nimio calore febris uarijs angustijs, & nimia siti angustiatu eger. Etiam caute ante digestionem humorum danda est aqua frigida, si tamen predicta non adsint, tunc concedi potest cum saccharo aut alio conuenienti. Dolore etiam capitis precedente, nihil fiat, nisi forte sit maior quam febris. Custodiatur igitur uirtus principalium membrorum & aliorum, ut stomachi, splenis & matricis, &c.

*De febre sanguinea.*

*Caput. III.*

**D**escendendo igitur dico, quod si sanguis in multitudine abundat, & præcipue in spiritualibus, facit synocham inflatiuam ephemeram similem à principio proportionaliter. Et dicitur synocha putrida, et quedam non est putrida, quia in hac febre urina non foetet, & pulsus est fortis, in putrida autem est per oppositum, & causæ sunt, quia cum aliquis consuetus est exercitari, & dimisit exercitiu, aut quia usus est multipliciter sanguine aquoso, ut sanguis generatus ex fructibus, & alijs similibus cibis, eo quod talis sanguis cito putrescit ex indebita transpiratione, & tunc generat synocham putredinalem, quæ habet tres species, & prima dicitur augmastica, & procedit semper augmentando, & semper uidetur quod si in augmento, quia putrefactio est maior resolutione. Secunda dicitur epimastica, eo quod incipit fortiter, & semper diminuitur, & est alijs salubrior, quia resolutio est maior putrefactione. Tertia est homotena, ubi omnia sunt equalia, & uidetur tota quasi status, eo quod resolutio est æqualis putrefactioni. Et si queratur, quare istæ species non fiunt in alijs humoribus. Respondetur, quod tales modi resolutionis cum putrefactione non bene reperiuntur in alijs humoribus aut subtilitate materiarum, aut econtra, scilicet uiscositate. Signa antecedentia sunt membrorum grauitas, reflexio spatularum, repletio uenarum & plenitudo earum, rubor & calor, & flagellatio totius. Signa concomitantia sunt aperitio lampadarum ardentium, phrenesis, turbatio mentis, tenebrositas oculorum, plenitudo pulsus, undositas, non tamen cum multa diuersitate ut in causone, dulcedo oris, urina rubicunda, spissa in substantia siue obumbrata & liuida, hæc enim synocham de solo sanguine significant. Sed si urina sit rubea magis tenuis in substantia quam spissa, obumbrata, & superius tenuis, liuens, causonem significat. Signa subsequencia sunt, tumor faciei, mollities totius corporis, & aliquando sunt morbilli, & uarioli, & carbunculi, & sunt signa ualde mala, quæ consueuerunt in temporibus pestilentialibus aduenire, & hæc omnia sunt remissa in synocha inflatiua, quæ ephemeræ proportionat, ut supra. Differt tamen augmastica ab alijs eo quod uenter de die in diem magis constringitur, urina in primis est rustia, postea rub. pulsus est spissus, inæqualis. Pronosticatio. Si apparent pustule liuidæ, aut nigrae mortem significant, similiter si in uentre audiatur sonus, seu rugitus, ut tympana, aut tonitrua, quæ non remouentur ex solutione uentris,

S 2

significat mortem. Item dicit Auicenna lacrymæ si apparent propter malitiã morbi, difficultas anhelitus, præfocatio, & apostematio in uijs anhelitus, & si post somnũ sentiat se grauatam, similiter hæc significant mortẽ. Item si permittatur ad causonem, aliquando ad phrenesim, aliquando cum in frigidatione superueniente ad lethargũ, operatio etiam uelox uel tarda digestionis, significat crism breuem uel longam, salutem uel mortem, relata ad uirtutem omnia in omni morbo. Ita duo conueniant si cupis bene prognosticari. Cura generalis consistet in euacuatione primo, & in alteratione secundum paroxysmum ad alias febres. Cura igitur synochę febris tota consistit ex phlebotomia, quę debet fieri usq; ad syncopim, si corpus fuerit forte, dicit ita Galenus nono de ingenio sanitatis. Syncopis autẽ in frigidat complexionem fortem, & potus aque frigidę quandoque excusat ab alia in frigidatione, multi enim ab hac febre hoc modo curant. Ita Auic. capitulo proprio: Phlebotomet de uena media, uel de basilica dextri brachij, si nihil obstat, credo tamen quod melius sit phlebotomare in pluribus uicibus, quia signa fortitudinis uirtutis aliquando fallunt, & si particulariter non consentiunt de phlebotomia uentose intra spatulas. Si sit crapula, fiat fortis abstinentia, fiant fricationes uersus extremitates, clysteria & suppositoria, sicut decet, quia illa multum conferunt, & cum crapula sit digesta, fiat phlebotomia. Mitigetur calor febris cum isto. R. succi granati dulcis un. 3. succi granati, musci un. 2. aque coctę sine saccharo, timore flamme, aut cum modico saccharo, ut magis linias, aut syru. uiola. cum aquis aut decoctionibus conuenientibus. Si uero adsint apostemata, utatur ptisana, purgetur cum ista decoctione, R. tamarindorum un. 2. prunorum, uiolarum añ. manipulum 1. florum boraginis un. 1. bulliant in sufficienti quantitate aque & in un. 5. dissoluatur, un. 1. manne uel loco illius cassię dra. 4. succi granati dulcis un. 1. & sequitur un. 1. granati musc. Vngantur frons & tempora cum oleo uiol. uel nenu. uel populeo, uel fiat ibi epithima ex sandalis, uiol. ros. temperatarum cum aqua ros. & succo semperuiue, lauentur manus & pedes in aqua tepida decoctione maluarum, uiol. ros. & sic de alijs, &c. Cura synochę putredinalis est, ut phlebotometur uel uentosetur, ut supra, deinde utatur syrupo isto, R. uiolarum, lentis, rostri porcini, epaticę añ. manipulum 1. succi lactuce lib. 1. uiol. un. 2. quatuor seminum frigidorum, florum nenupharis añ. un. 1. seminum papaueris albi, lactuce, portulacę añ. un. 5. iuiubarum, sebesten añ. nume. 12. sacch. lib. 2. fiat syr. quo utatur mane & sero cum un. 4. decoctionis uariolarum, & prunorum, aromatizetur cum sandalis. Deinde purgetur cum ista decoctione mundificante sanguinẽ. R. florum uiola. nenupharis añ. un. 3. prunorum damasc. nu. uigintiquattuor seminum frigidorum mundatorum añ. un. 1. tamarindorum drag. 6. decoquantur in lib. s. aque, & in colatura addatur cassię mundę un. 1. & detur in aurora. Aut mundificentur cum his, quę colaturam euacuant, ita Auicenna

prima

prima quarti capitulo de cura huius. Ideo, R. fumiterre un. 1. bulliat in un. 5.  
 aquæ, & in colatura infundantur myrabolanorum citrinorum un. 5. de ma-  
 ne exprimatur, cui addatur un. 1. cassiæ & sacch. parum, hoc enim conuenit,  
 quia myrabolani illi educunt materias cholericas, fumusterre adustum mun-  
 dificat sanguinem. Cassia autē reprimat acuitatem sanguinis, leniendo enim  
 educit materiam cholericam. Alia etiam mundificantia, ut decoctionem ca-  
 pillorum ueneris, misce. Vnctio ad caput & lotio ad pedes fiant prius frican-  
 do crura cum oleo uiol. & hoc confert, quia tunc descendit materia inferius,  
 & alleuiatur caput. Epithimetur quoque cor & epar cum sandalis albis & ru-  
 beis, & oleo ros. & uiol. aqua ros. cum modico camphoræ, & potest addi de  
 rasura cucurbitæ. Epithima cordis est hoc in forma, R. aquæ ros. un. 4. aquæ  
 buglossæ un. 2. ubi sit magna flamma, aquæ nenupharis un. 1. trium sand. añ.  
 scrup. 2. croci scrup. s. misce & in eo infundatur pannus scarlatinus, aut syn-  
 don de Grana, & mamillæ sinistræ applicetur. Epithima epatis, R. aquæ endi-  
 uie un. 4. aquæ solatri, aquæ nenuf. si queris magnam in frigidationē añ. un.  
 1. aquæ ros. un. 3. sand. ru. spodij añ. scrup. 2. aceti un. 1. cum panno lineo epithi-  
 metur hypochondrium dextrum. Vnguentum etiam ex dictis collige. Si autē  
 materia sit digesta & incitetur sitis, & non sit quod prohibeat, bibat quantum  
 potest de aqua clarissima, teneatur in ore aqua psyllij, quæ sic fit, infundatur se-  
 men psyllij in aqua per noctem, & in mane coletur, & addatur parum sacch.  
 Syrupus ad idem, R. aquæ ros. aquæ solatri, uini gran. & citoniorum, & cam-  
 phoræ parum, fiat syr. Et nota quod prædicti syr. possunt dari qualibet hora,  
 & pro potu, & pro medicina. Et si uenter est stipticus, detur cum aqua pluui-  
 ali. Si nigra sit lingua cum limositate, cum canna, & addatur & fricetur cum  
 spongia infusa in aqua. Pro uigiliarum inquietudine lauentur pedes in aqua  
 decoctionis maluarum uiol. capitis papaueris, lactuce, portulacæ, aut lac ipsa-  
 rum & papaueris, misce cum albumine oui, uel cum lacte mulieris cum  
 panno, & applica fronti. Si autem caput sit humidum, sufficiunt solæ  
 fomentationes & fricationes pedum. Si uenter sit stipticus,  
 fiat clystere cōmune, quia hæc ægritudo iuuat ex fluxu  
 sanguinis narium. Si in die cretico differat  
 fluere in præcedentibus signis progno-  
 sticantibus, uel cū fetis apri, pro-  
 uocetur cū spargula, uel cum  
 sanguinarola. Et si soluta  
 febre diutius dura-  
 ret, ligentur  
 extremitates, & aspergat facies aqua  
 frigida uel ros. & sic de alijs.



Causone est febris continua de cholera uel de phlegmate falso putrescente intra uenas propinquas cordi, aut in alijs membris, propinquis, ut ore stomachi, epate, & pulmone, & dicta est à caumate, quod est incendium, &c. Cause huius patent, quia cholera rubea, aut phlegma falsum peccantia in quantitate in locis propinquis cordi, &c. Et in hoc differt à tertiana continua, quia illa est de materia putrefacta in uenis remotis à corde, &c. Signa huius sunt summum incendium, inflammatio in toto corpore, inquietudo cum mala tolerantia, & multis perneccabilibus accidentibus, ut phrenesis, instantia uigiliarum, continua sitis, lingua arida & nigra. Aliquando somnus est profundus, syncopis, icteritia, tremor, fluxus, & aliquando retentio egestionum adest, pulsus est paruus & uelocissimus, urina rubea & subtilis, tamen multipliciter diuersificatur, quia aliquando est à principio cruda propter multitudinem oppilationis, aliquando tincta propter resolutionem cholerae, aliquando liuens & turbata propter multam putrefactionem. Urina tamen in causone de colatura rubea, communiter est ignea & tenuis in substantia. Si ex phlegmate falso, urina tunc est ruffa cum substantia decinante ad spissitudinem, quia phlegma falsum fit quando altera pars phlegmatis aduritur, & inficitur cholera, & intensio in calore datur à cholera, & substantia à phlegmate, & tunc os est salsum & pruritus in toto corpore, & eger aliquando est somniculosus, & breuiter omnia accidentia sunt remissiora quàm in causone cholericò. Prognosticatio. Hæc egritudo est ualde breuis, & terribilibus accidentibus, & si omnia signa bona apparent in principio morbi liberabitur in die quarta, aut infra aliquando. Aliquando autem extendit se usque ad septimum & ulterius non prolongatur, quia natura non suffert prolongationem accidentium. Item à causone habito rigore superueniente solutio fit in quarto aphorismorum, intelligitur de rigore frigido, sequente ex fortitudine expulsiuæ. Item semibus raro accidit causone, & si accidit pereunt, sed in iuuenibus & pueris accidit plurimum, & in infantibus est leuior, & facilius euacuatur propter humiditatem eorum. Cura consistit in tribus, scilicet in contrarietate cause morbi, temporū ipsius, & natura accidentium, quia in causa morbi est putrefactio cum forti oppilatione. Primo remoueatur oppilatio longis & leuibus fricationibus, fricando pectus & latera, & partem magis dolentem, cum aceto, oleo camomelino, & aqua ros. Sed circa morbum oportet primo extinguere flammam, & inducere materiam ad mediocrietatem, cum huiusmodi, R. ungule caballinae, lentiginis, lactuce, epaticæ añ. manipulum i. succi cucumeris, cucurbite, melonis indi, aquæ endiuia añ. un. i. sand. alb. & rub. añ. drag. i. seminum frigidorum mundatorum, semi. papaueris al. añ. un. sem. camphore scrup. s. cum sufficienti quantitate aqua saccha. & syrupizetur, & detur un. 2. cum aqua conuenienti.



uenienti. Aliud ad idem, R. succi pomi citri, uel citranguli un. 4. bulliant cum un. 2. de berberis, & cum saccha. fiat syrupus, & in fine decoctionis adde camphoræ scrup. sem. uel fac manere in ipso psyllium ligatum in pecia subtili. Aliqui etiam decoquunt cucurbitam excorticatam, & in partes diminitas in pasta dimissa, & succo expresso, addunt partem saccha. uel coclearia duo, syr. & in omni hora ægro tribuatur, hoc enim extinguit calorem, prouocat somnum, & confortat stomachum. Deinde purgetur cum isto, quod etiã dari potest in principio caufonis, & maxime cholericis, cum est exiccatio fecũ. R. syr. uiol. dragm. 3. mucilaginis psyllij drag. 2. aut seminis citoniorum, aqua decoctionis prunorum, aut uiol. drag. 5. Et si uis fortius operari, adde in decoctione tama. drag. 6. & in colatura prædicta un. 1. cassiæ, & si fortis fuerit æger infundatur in dicta decoctione myra. citrini drag. 5. & plus secundum quod tibi uideat conuenire. Et si ex phlegmate salso fuerit, addatur in digestiuis de radicibus aperitiuis, ut de brusco, asparago, & similibus, in laxatiuo de chebulis. Syrupus euacuatius, qui potest competere utrique caufone. R. myra. citrin. mundatorum un. 4. chebulis un. 2. terantur saccha. lib. 2. succi marratri lib. 1. aquæ ros. lib. s. fiat syr. de quo datur plus & minus, secundum tenorem uirtutis, & quantitatem materiæ peccantis. Item secundum tempora curetur, si timetur infra quartam, paucus uel nullus cibus detur si uirtus tolerare queat, & si non, detur cibus in mane, quia tunc uidetur esse aliqualis remissio iuxta cõuenientiam particularium. Inter alia igitur sunt mica panis ter in aqua lota cum saccha. succus gran. acetosorũ, aut eius syr. quia feruorem reprimit, sitim mitigat, & materiã digerit, ptifana ordeis, aqua eius, lac amyg. brodium cicerum, aliquando paruę pullę alteratę cum lactuca, portulaca, &c. aqua frigida cum syrupo de papauere, aut nenupharino, si nutritiua sint absque oppilatione, & interiora sine apostemate. Si autem natura moueret ad materiã euacuandam lente minue ipsam cum syrupis, ut supra, aperiendis, aperiendo nares scilicet uenas ipsius omnes, si ad stomachũ, cum uomitu, si ad uias urinales, cum diureticis & fricationibus circa illas partes, si ad intestina cum clysteribus & suppositorijs, si ad totum corpus, cum temperate calidis. Phlebotomia nunquam fiat, & si sic, hoc est, de raro contingentibus, deratione acuitatis, aut oppilationis, aut aliquorum particulariũ, ut quia sit carnosus, & sanguine plenus. Ad sitim, dolorem capitis, ariditatem lingue, & ad uigilias, fiãt que dicta sunt in capitulo supra. Sed quia consueuit phrenesis aduenire, ideo si alienare incipiunt, radatur caput & super commissura usq; ad oculos, ponantur petiẽ intinctę in succo lactuce, solatri, aque ros. aceti parum, & sint actu tepida. Si uero alienatio remansit propter incinerationem materiæ fomentetur caput cũ decoctione camomille, & meliloti, ordeis, uiola, &c. Et si ex uaporibus ascendentibus, fricentur extrema, & ligentur dolorose, epithimentur etiam spiritualia, & os stomachi die ac nocte cum puluere san-

dalorum, ros. papaueris, camphoræ parum, misce cum aqua ros. uel succo semperuiuæ, solatri aut acetosæ, uel endiuie. Camera etiam sit lata cum fenestris septentrionalibus declinans ad frigiditatem, in qua aut fiat cursus aquæ cum aliquo instrumento, & aspergantur frondes salicum, uiolæ, &c. Similiter frondes uitium, & quercuum, & sepe mutantur, & breuiter cura huius est cura tertianæ, continuæ purg, sed ista alteratiua sint fortiora.

De tertiana continua. Caput V.

**T**ertiana continua est illa, quæ fit ex cholera putrefacta in uenis remotis à corde, & propter hoc differt à causone, ideoq; symptomata tertianæ continuæ debiliora sunt symptomatibus causonis. Intensa tamen sunt maligniora quàm in tertiana interpollata, & propter hoc non negligatur. Signa igitur sunt media inter causonem & tertianam interpollatam, unde est dolor capitis continuus, sitis continua, instantia uigiliarum, constipatio uentris, arefactio lingue cum nigredine uel citrinitate, & tunc est deterior. Sed si apparent alba est melior, & non est rigor, neque frigus. Pulsus est uelox, spissus cum diuersitate maiori, quia expiratio est maior satis inspiratione. Item urina citrina tenuis obumbrata in puero tertianam continuam significat. Urina aliquando est intensa, rubea, uel subrufa cum quadam liuiditate, & est tenuis in substantia. Cura potest esse eadem cum causone cholericæ, nisi quòd in tertiana continua minus frigidis expedituri, & minus tenui diætâ. Ponam tamen aliquid propter ordinare receptas. Auicenna dicit quòd non oportet, ut cum fortibus primo operetur, ut curetur, sed cum leuibus. Recepta prima sit. R. endiuie, scariolæ, rostri porcini, añ. drag. i. s. uini granatorum drag. ʒ. saccha. quantum sufficit. Aliud ad idem, R. endi. scariolæ, lingue ceruinæ, capillorum ueneris, polytrici, adianthos, añ. manipulum i. uiol. un. 2. quatuor seminum fratrorum, se. lactu. portulacæ, sacriolæ añ. un. s. prunorum dammascenorum 20. saccha. lib. 2. fiat syr. de ista detur mane & sero, & in nonis, si expedit un. i. s. cum aquis conuenientibus, aut syrupo acetoso, uel detur oxifacchara cum syrupo de prunis. Solutiuum ad idem, R. florum boraginis, buglossæ añ. un. i. prunorum damascenorum 10. liquiritiæ rasæ, passularum enucletarum un. s. corticum myrab. citrinorum. drag. s. infusorum per noctem in prædictis decoctionibus un. i. uel minus prout uidebitur, fricentur de mane, cui addatur cassiæ mundæ un. i. electuarij de succo ros. drag. i. uel plus si apparet, spicæ nardi parū, nisi esset malitia epatis. Vbi no. q; si cum hac feb. sint uermes, sicut plurimū contingit in pueris, emplastretur uenter cum isto emplastro, quod interficit uermes, & frequenter mitigat febrē, R. farine ordeï un. i. succi grassule minoris, lib. s. aceti un. i. fiat emplastrum. Item stude quòd semper habeat uentrem lenem, unde clysteria fiant cum decoctione malug, satis hoc enim iuuat ad interficiendum

dum uermes. Dieta & alia accidentia curentur ut supra de cura caufonis, & infra de tertiana.

De febre quotidiana continua.

Caput. VI.



**F**ebbris quotidiana cōtinua fit de phlegmate putrefacto inter uasa. Fit aut, ut plurimū in hyeme, & in hominibus omnibus quietis, & in regionibus frigidis, & locis humidis, & specialiter in utentibus rebus uiscosis & frigidis, quia hæc coarctant calorem naturalem in epate, quare multiplicant materiam humidam, uiscosam in nutritiuis, & uenis, unde cum natura non euacuat ipsam materiam, putrescit & facit febrim continuam lentam. Signa. Primo, est absque frigore & interpollatione, in hora uero phlegmatis, hoc est, circa occasum solis, citius affigit, facies est tumida, inflata, sitis modica aut nulla, nausea, destructio appetitus, uomitus phlegmaticus, pulsus paruus, mollis, tardus, & inæqualis, quia quandoq; fortis, & quandoque debilis. Expiratio est maior inspiratione. Sístole in pulsibus est uelocior diástole, lente affligit cum pauca quiete, ideo est longi spacij multum abscondita, ideo latens ab aliquibus dicitur. Sed quia continue calefacit, corpora exiccat, nam ex modo afflictionis uidetur conuenire cum hectica. Pulsus est subtilis & strictus, in phlegmatica continua est paruus & mollis cum quadam latitudine. Item, quasi semper est unius tenoris, quamuis post cibum inflammetur æger fortius, quàm ante. Latens uero in principio noctis siue sumpsit cibum, siue non, semper magis incipit infestare. Item urina in principio spissa, discolorata est cū quadam liuiditate in augmento & statu ruffa, & in ea multum uariatur urina in colore & substantia. In hectica uero semper est quasi unius coloris, & est in substantia & colore quasi similis urinæ sani, oleagina tamen in superficie. Item pellis faciei & hypocundriorum in hectica densatur & est arida, in latente non, imò est mollis absque asperitate. Verum istæ duæ species sæpe adinuicem componuntur, & sunt tunc male coniunctæ, & quasi imparis curæ, eo quòd latens ex natura seu materia requirit extoto contrariū illius, quod conueniret hectice pro eius cura. Dixi supra quòd in febre latente uariatur multū urina. Pro quo notandum, quòd urina lactea subtilis in substantia, pauca in quantitate in principio quotidiane continue, cum alijs malis signis, ut alienatione, insomnietate, debilitate appetitus, difficili respiratione, cum uirtute debili, mortem propinquam significat, si uero uirtus sit fortis, significat longitudinem ægritudinis. Si uero urina sit lactea, & mutetur de subtili ad mediocrem spissitudinem, & sit multa in quantitate, apparens in statu uel ante, cum alijs bonis signis, significat salutem. Cura. Primo digeratur materia cum syrupo acetoso composito, aut cum oxymelle, aut cum melleroseo, cum aquis radicum, dentur un. 2. pro uice aquis conuenientibus in aurora, & ante cœnam, purgetur sæpe usque à principio cum aliquo ex medicaminibus deturbith, superius dictis, deinde

confortetur stomachos cum saccharo, & dyarhodon Abbatis, & bibat post illud aquam decoctionis hyssopi, & radi. fenic. uuarum passarum, & utatur à principio diæta confortante naturam, antequam uirtus debilitetur, bibat uinum album lymphatum debile. Et breuiter in cura huius febris monitio est, primo confortare stomachum, ne stomachus deficiat, quia eius abstinentia significat mortem, ut supra. Secundo attendendū est ad digerendum, & euacuandum materiam, cum remedijs quibus melius fieri potest, ut cum electuarijs confortantibus, & sic de alijs conuenientibus, & ubi timeas ne cōuertatur in hecticam aut componatur cum ea, misce medicamina intendendo plus aut magis infestantem, non negligendo aliam. Confortatur autem stomachus cum pane infuso in aceto, & etiam ungantur palmę manus, & plantę pedum cū succo mentę, cum quo bulliant ros. mastichis & sic de alijs.

De quartana continua.

Caput VII.

**Q**uartana cōtinua fit de humore melancholico coartato & putrefacto intra uenas. Differt tamen ab interpollatis, dato quod fiant ab eadē materia, quia in cōtinua nō fit interpollatio, neq; frigus sine rigore, & sine horripilatione, sed de quarto in quartū, & omni die hora octaua diei magis affligit. Signa igit sunt eius, caliditas accidentalis, & siccitas lingue cū asperitate & siti maiori. Pulsus est apertior q̄ in interpollata, & magis uelox & spissus, urina est ruffa, aut rubea, subtilis plus spissa. Cura si urina fuerit ruffa spissa aut rubea & alia particularia consentiant, phlebotometur: Ita uult Auicenna prima quarti capite de quartana. Continuæ enim semper conuenit in omni ægitudine phlebotomia uti quæ est de materia coniuncta in uenis, uel currens per uenas, præcipue quando materia peccans nō est seperata à sanguine, & fiat phlebotomia lata. Sed nota quod in quartana continua debet medicus plus declinare ad infrigidationē quàm in interpollata, in qua plus debet attendere ad siccitatē, nō negligat tamen humectare, quia humectatio calore quartanę obtundit, & siccitatē melancholię destruit. Intentio igit in continua est prouocare secessum cum suppositorijs, aut cum medicinis lenibus, tamen materia digeratur cum syrupo facto ex polypodio, sene, lapide lazuli, prunis centaurea, &c. decoctio eorum syrupizetur cum saccharo, aut cum alio conuenienti, ut patet supra in prima parte de ægitudinibus particularibus de melancholia, & de passionibus splenis. Et post undecimum diem purgetur cum drag. i. pillularum de lapide lazuli, aut cū isto infundantur un. s. myra. indorum i. un. s. decoctionis polypodij, epithymi, lapidis lazuli, sene, centaureæ minoris, agarici, clysterizetur sepe cum isto in aurora, aut in alia hora conueniēti, R. aqua decoctionis siclę, & epithymi lib. i. olei uiu. un. s. salis un. s. uel drag. 2. mellis un. 2. In cibis autem & potibus, & etiam in alijs fiat, ut dicitur infra de cura quartanæ interpollatę, quia idē est regimen, nisi quia in ista  
melior

meliior & subtilior requiritur consideratio propter continuam afflictionem,

*De quibusdam uniuersalibus & de febre interpolata. Cap. VIII.*

**I**nterpollata febris est illa, quæ fit de materia putrescente extra uenas. Causæ diuersitatis interpolatæ sunt humiditates & repugnantiæ humoris, ad putredinem uelocitas materiei, uel tarditas fluentis ad locum putredinis, uelox uel tarda putrescentium humorum consumptio. Interpollatarum febrü alię sunt, quę fiunt ex uno solo humore, tamen in uno loco putrefacto fiunt, compositę uero sunt reliquę febres. Sed simpliciu quædam fiunt ex cholera, & dicuntur tertianę, quędam ex phlegmatę, & dicuntur quotidianę, quędã ex melancholia, & dicuntur quartanę. Tertianã sepe fit in iuuenibus cholericis macilentis, æstate, & regione calida, & sicca, & sic de alijs. Quotidiana sepius fit in pueris, uel in senibus ultimis, pinguibus & ociosis, etiam in hyeme & regione frigida & humida, & sic de alijs. Quartana uero frequentius nascitur in primis senibus & macilentis, & in autumnis, & in regione frigida & sicca, & sic de alijs. Item interpollatarü febrü, alię sunt uerę, alię sunt nothę. Verę sunt in quibus omnia similia uel plura conueniunt: Nothę per oppositum. Primo de similibus interpollatis tam ueris quàm non ueris dicitur, & primo de tertiana uera.

*De tertiana uera interpolata. Cap. IX.*

**T**ertiana uera est febris trium dierum tenens, hinc, aut quia cholera rubea ab hora tertia diei usque ad nonam durat & mouetur. Fit igitur tertiana ex cholera rubea multiplicata extra uenas in aliqua parte corporis, ut in stomacho, uel in alia parte corporis materia morat, & causæ putrefactionis principaliter præualēt, quia nō antecedenter, sed putrefiunt in loco, in quo natura non euentat, & eius putrefactio expirat ad cor, & febrem causant tertianã. Causæ speciales possunt esse plures, ut cibus calidus, aut dis-temperatus, aut in nimia quantitate, aut in pauca cum reperit in ieiunio, quia tunc permutat in stomacho & epate ad calidū & siccū, aut quia operatio fellis impedit, ut nō attrahat cholera, aut ex aëre, aut à rebus calidis, aut nimio exercitio, aut accedētibus animę, ut uigilia, ira & feruore, comitate cordis, & sic de alijs, & etiã alia causa nō minima, uidelicet oppilatio pororū cutis, p quos ostendit euaporare. Calor aliquando, aut cōplexio radicalis ad hoc preparat. Cuius febris hæc sunt signa. Intentio sitis magne, dolor capitis fit cū rigore sepius, & tardius cū frigore, rigor enim fit ex fumositate calida & acuta, pungitiua sensibilium membrorū, uel ex nimio acumine cholere rubeæ spasmantis quasi interiora, quamobrem sanè cum spiritu ad interiora currēte in frigidantur extrema quousq; materia calefiat, cuius calor per totum corpus diuidatur. Incipit igitur cum forti rigore, qui assimilatur puncturis acuum, & est cū pauco frigore, ita qd spaciu rigoris plus est spacio frigoris. Aliquãdo accidit uomitus cholere hora paroxysmi & ante & post, adest sepe alienatio & estuatio, &

soluitur uenter, & curatur per hoc, aut per uomitum cholericum, aut per sudorem naturalem, ipsa febris in uno paroxysmo, & quādoq; apparet cholera in omnibus istis mundificantibus. Pulsus in statu paroxysmi est regularis & uelox & spissus, non multum diuersus, sed in principio paroxysmi est paruus, non omnino spissus & tardus, non habens diuersitatem sensibilem. Urina est subtilis, clara inferius, obumbrata superius, in iuvene cholericō, cū alijs particularibus signis, tertianam ueram & simplicem de cholera rubea significat, nam causa rubedinis est calor cordis cū subtilitate, et est siccitas cholerae, & hec urina à principio hypostasim non habet, quia calor impeditus est super digestionem humoris, &c. Et si urina rubea subtilis obumbrat in superficie, in iuvene phlegmatico, aut melancholico duas tertianas significat, & ita in senē, sed in puero significat tertianā continuam. Item eius paroxysmus non transit 12. horas, uel secundum plurimū 8. & consumitur tota febris semper quasi in quarto paroxysmo, & nunquā transit 7. quia sic nō esset tertiana uera. Finitur etiam paroxysmus cū sudore subtili manifesto. Sumuntur igitur signa principaliter à tribus, aut à naturalibus, ut quia iuuenis cholericus, & sic de alijs, aut nō naturalibus, ut estas, aut quia comedat calida, &c. & affligitur 12. horis, & sic de alijs. Prognosticatio. Tertiana uera in septē periodis iudicatur longissima. Item si uideris urinā ægri tendentem ad rubedinem tinctā, aut rubedinem claram æqualis spissitudinis, deinde uideris quod ueniat in ea nubes alba, natans in summo eius, aut pendens in medio, & nō sciueris tunc iudicare, quòd hec sit tertiana pura, & q̄ non transit quartū periodum, alijs signis supra consideratis, quin finiatur, in consortium medicorū non debes poni. Item si urina fuerit multum citrina, & non appareat in prima periodo nubes in medio nec in summo: prognosticari debes, quòd hæc prolongabit usq; in septimū, & sic de alijs. Cura cōsistit primo circa digestionē. Secundo circa euacuationē. Tertio circa remotionem discrasie febris. Quarto circa remotionem accidentium. Quinto circa regimen sex rerum non naturalium. Circa primum fit syrupus. R. syr. acetosi un. 2. syrupi uiu. un. s. misce cum aquis conuenientibus, aromatizetur cum puluere sanda, rube. & detur in tribus uicibus. Primus datur ad aperiendum oppilationē. Secundo, ad alterandum materiā & laxandum. Conuenit in principio syrupus acetosus, nō tamen est multū usualis. Syrupus iste sic fit, R. end. nouelle, scariose, rostri porcini, utriusq; epatie, summatum papaueris añ. manip. 1. quatuor semi. frigi. mundatorū añ. un. 1. sand. utriusque añ. drag. 1. aceti albi, uini granatorum añ. un. 1. florum uiolarum, nenupharis añ. un. s. sacch. albi lib. 1. fiat syrupus de isto. Pro delicatis fiat iste syrupus, R. aque cucurbite aque endiuie añ. un. 2. aque nenu. un. 1. s. uini granatorum, aceti añ. un. 1. sacch. quantū sufficit, & in isto sufficit sola disspumatio absq; ulla clarificatione. Syrupus etiā usualis simplex competit. Et si quæris aliqualem confortationem cordis & unionem, ualet syrupus ro. uel de acetositate

acetositate citri pro parte, uel iulep ro, & sic de alijs multis, de succo acetose sy-  
rupus de agresta. Syrupus Gentilis de Fulgineo. R. endiuie nouæ non lotæ,  
hec enim infrigidat, & leuiter aperit, sit noua, ne moueat antiquitate: nõ lota,  
si queris aperitione, quia per lotionem abluunt partes subtiles aperitiue lactuce.  
Conuenit ppter idem potus, cuius est linire, alterare, & lubricare, scariole cuius  
est alterare lentigines, aque currentis propter idem, rostri porci ppter idem, capil-  
lorum ueneris, propter lenitatis apertione & alteratione añ. manipulum i. quat.  
sem. communiu frigidorum minoru scilicet endiuie, scariole, lactuce, portu-  
lacæ propter idem añ. un. s. spodij drag. i. propter confortare epar, florum  
boraginis uiol. nenupharis añ. un. s. sem. papaueris al. colatura horum deco-  
ctionis syrupizetur cum lib. i. s. uel 2. sacch. Dosis est pro uice un. i. s. cum  
un. s. aque endiuie, & cum un. 2. aquæ cap. ueneris, & si placet un. i. aquæ  
linguæ bouis. Digesta materia transeundum ad secundum, & primo purge-  
tur cum ista decoctione, quæ euacuat materiam leniendo, R. uiol. un. s. pru-  
norum damascenoru 12. fol. boraginis, nenupharis, quat. sem. frigidoru mun-  
datorum añ. un. i. tama. drag. 6. & in un. s. decoctionis distemperetur un. i.  
cassie pinguis, & detur in aurora, & hec cassia euacuat choleram & phlegma.  
Ex hoc tamen non inconuenit, quia semper in hac febre agitatur aliquid phle-  
gmatis, & non ponantur myrabo, quia, ut dicit Auic. capitulo de cura tertia-  
næ; Et non auscultes sermonem eius qui concedit in principio solutiua fortia,  
ut myrabolanos, & his similia. Dicit tamen Rasis, quod in estate & tempore  
ualde calido debet dari dicta decoctio in principio noctis. Vnde post tertium,  
aut quartum, uel quintum nõ inconuenit dare myrabolanos citrinos, & ideo  
aliqui dant cum sero lactis caprini. Potest etiam purgari cum drag. s. Vel, R.  
elect. de succo ros. faciendo bolum cum sacch. rubeo aut albo, ut in decoctio-  
ne antedicta. De phlebotomia dicit Auic. capitulo eodem. Et si est possibile, ut  
phlebotomes, fiat phlebotomia usq; ad tres periodos, & maxime si materia  
sit furiosa. Vnde dicit Auicenna quod si uirtus fuerit fortis, & urina est rubea  
grossa, nõ citrina, ignea, ex qua timeatur propter phlebotomia, est res magis  
conueniens. Phlebotome igitur tunc de basilica, deinde post phlebotomia fa-  
cit sequi solutionem uentris subtilem. Clystere conueniens est duplex, lenitiuum &  
mordicatum, primum primo cõpetens. R. summitatum malue, uel bis malue.  
manipulos s. radicum lilij albi, aut etiam ireos añ. un. s. iuiubarum, sebesten  
añ. un. i. olei uiol. un. s. 4. fiat clystere. Secundum sit hoc: R. succi sicle, uiol.  
añ. un. s. baurac, siue salligemme scrup. 2. cum aqua ordeï fiat clystere. Euacua-  
ta materia transeas ad tertium, uidelicet ad remotionem discrasie, & hoc fit cum  
in frigidantibus intus & extra. Per intra dicit Auic. quod post paroxysmum  
utendum est aqua ordeï, & omni die sacch. uiol. & misce cum aqua de nenu-  
phare aut cum aqua frigida. In uesperis sumat de isto. R. sacch. ros. triafan. añ.  
un. s. misce. Tempore uero paroxysmi sumat syr. uiol. ros. cum aqua fontis

T

bullita & infrigidata. Et ubi patiens desideret aquam, dum non sit impediens, ut apostema, aut aliud, ut supra capitulo de causone, detur quantum potest sumere una uice. Nam dicit Galenus se uidisse multos curari. Ab extra diuersa possunt applicari. Nam si materia in spiritualibus sit, quod scitur ex siti maxima, quę potu mitigari non potest, epithima cordis supra positum cōuenit. Si in stomacho, quod scitur ex amaritudine oris, nauſea, uomitu: prouocetur uomitus cum decoctione seminis atriplicis, & cassę, cum syr. acetoso. Et si non finet uomitū, purgetur cū primo solutio supra descripto. Si uero sit in epate uel cisti fellis, quod scitur, quia urina est ualde rubea, aliquantulum accedens ad spissitudinem, calidior & acutior: euacuetur materia cum rheumbarbo infuso in un. s. aque decoctionis communis, uel cum drag. i. pillularū aggregatiuarum, siue de rheumbarbo. Alteretur epar cum epithimate infrigidatiuo communi, supra in capitulo de causone descripto, & proprie cum morsu diaboli, qui à proprietate curat tertianam epaticam. Vngatur continue spina cum ung. Gal. confortatiuo, aut cum alio frigidiori, aut humidiori, prout tibi uidebitur. Quantum ad quartum, quod erat remotio accidentium scire debes, quod accidētia cōuenientia sunt multa & diuersa, sicut sunt uigilia, dolor capitis, phrenesis, uel alienatio, syncopis, fluxus uentris, icteritia uel adustio, denigratio lingue, pustulatio, & fixura labiorum, & potest addirigor & frigiditas, quę fiunt in principijs paroxysmorum, sudor, uomitus, & casus appetitus, uel debilitas, fluxus sanguinis narium, profunditas somni, uel stupor. Sed quomodo hæc accidētia curentur satis patet ex prædictis in prima parte, & partim supra de siti: si nō sit quod prohibeat, demus de aqua hordeacea, uel de frigida. Item tamarindi masticati & in ore retenti sitim mitigant, item grana granatorum, & si sit tussis granatū dulce, & aqua endiuie sed cum febre cum calore magno epatis sine apostemate, aqua solatri quādo cū apostemate interiori, sed aqua nenupharis plus cum febre pestilentiali, sed aqua plantaginis plus cum abominatione stomachi, caliditate & fluxu uentris. Si isto modo sit colatura prassina, uel eruginosa, uel crySTALLUS & camphora cum mucillagine psyllij facta in aqua ros. item & sacch. ros. uiol. cum cassia munda & mucillagine psyllij, sem. citoniorum prunorum, potest fieri cōfectio quę sitim mitigat, uentrem laxat, & pectus lenit, & potest dari in omni etate, consumptis & pregnantibus, licet sit nigra, nō abominetur tamen, uel ponatur aliquid, quod eius nigredinē remoueat. De uigilijs satis patet, similiter & de dolore capitis, unde dicitur quod succus Verbene fronti appositus & illinitus tollit dolorē capitis à causa calida. Et si frigida, ut in phlegmatica febre uel melancholica betonica, salvia camomilla, ros. præ ceteris ualet in phrenesi nō uera, si sit ex cōmotione antecedente, si natura nihil fiat. Si nō ualent, clystere attractiuū, ligatio extremitatum, & fricatio earū, linitio frontis & temporū cū succo papaueris, lactuce, semperuiue, aque ros. cū lacte mulieris, aceti parū, et sic de alijs. De syncopi dicitur



dicetur infra capitulo de febre syncopali. De fluxu uentris satis patet in prima parte. Notandum tamen quòd in fluxu cholericò ualet decoctio sumach cum cibus. Item grana granatorū, & uuarum passarū si puluerizentur; dosis. drag. 1. nel 2. exploratū est quòd curat dysenteriam cholericam uel epaticam. Confectio ad idem. R. diadraganti, triasandali, sacchari, ros. ueteris añ. un. 1. spodij drag. 2. camphorę parum, confice. Item termentilla, coriandrū, & sanguinaria, siue in puluere, siue in decoctione mixta, siue per se, stringunt omnē fluxum curabilē. Item in cōstipatis uentris fiat clystere cōmune de malua, uiu. mercuriali oleo cōmuni, surfure, & modico salis, & si uis facere mordicationē, ponatur mel, & si bene mordicatiū facere uolueris, ponat de centaurea, abrotano, & absinthio, si mitigatiuum, addatur de camomilla & anetho, si proxiocatiuū urinę, mentrastrū, calamenthū, artemisia, si carminatiuū uentositatis, ruta, semen anethi, &c. si attractiū à capite & stomacho addatur hiera Gale. un. 1. Si uis purgare choleram adde cassiā, si phlegma, adde agaricū, si melancholiam sene. si à renibus in causa frigida, ponatur benedicta, si à causa calida, ponatur electuariū de succo ros. si consolidatiuū, utranq; plantaginem, et bursam pastoris, si mitigatiuū & lenitiuū, adde oleū uiolatū, si nutritiū, quando quis non potest comedere nec bibere, ut in angina, mundifica intestina à fecibus, deinde per clystera immitantur bona brodia, ut gallinarū, &c. De dysenteria patet supra. Super adustione linguę, quę remouent sitim, ualent in hoc. Candi etiam ualent in omni siccitate tali, & aqua calida cum aceto ualet in demigratione linguę. Contra ulcerationē oris & linguę & labiorū, quę si aduenit post signa digestionis, est bonū signum: ualet dragagantū cum rosis, liniendo ulcera, & pustulas, & ita oleū amygdalarū dulcium, mel aut ros. mundificat labia ulcerata, sed saccharū ros. plus ualet in lingua excorticata, deinde puluis boli armeni. Circa uomitū si adueniat in principio paroxysmi, uel post signa digestionis, & maxime si esset à cholera prassina, uel eruginosa, nō restringatur. Sed in alijs casibus potest restringi, cōfortando stomachū cum isto cōmuni. R. mente, absynthij, rosa. panis assi fortiter & aceto aspersi añ. manipulum mediū. Et si uis fortius operari, adde de mastichę, olibano, & zedoaria, & si causa est frigida de calamo aromatico, si causa calida de corallo & sandalis. Ex his etiam potest fieri unguentū cum oleo ros. de citonijs, & cera. Ad extra odoret mentā cum pune aslo aceto asperso. Item ligentur & fricentur extremitates, & sic de alijs. Circa casum appetitus, caueant quę destruūt appetium, ut crocus, sed de puluere calamenthi cum succo mente fiat balsamentum, quo utatur in causa frigida, & in calida cum nuce mus. & agresta. Circa sudorem si superfluat, extinguatur flabello sæpe super ægrum, non abstergatur sudor, quia aperiendo poros maiorem sudorem prouocat. Probatū est, quòd inuoluetur æger in linreamine madefacto aqua frigida, in qua sit de puluere myrtillorum, & rosarum & foliorum quercuū. Si autem uis sudorem prouocare,

aperi poros cum oleo tepido de camomilla, aut uino albo fricando, & tunc cooperiatur bene patiens, & dormiat. Aut R. seminis lini, betonicę, fol. lauri, ebuli, maiorang, hedre terrestris, parenntarie, & uas ligneū repletū istis herbis ponatur ad plantas pedum, & cooperiatur solum corpus, & anhelitum retineat sub pannis, & sudabit. Aut impleantur uesicę aqua calida, uel spongię expressę, & hypochondrijs approximentur, bibat etiam aliquod subtile actu calidum. De fluxu sanguinis narium patet supra. Circa profunditatem somni & stuporem fricentur extremitates, & ligentur, & trahantur capilli & aures, & c. fortiter clamando, fiant uentofationes in spatulis. Clysteria mordicatiua, foetida naribus applicent, ut supra de præfocatione matricis, deinde approxima sternutatoria, & c. Experimentū: Cor uel oculi philomeng sub cervicali positi, nō permittunt dormire, sed felleporis cum uino bibitum dormire facit, & oppositum destruit. Circa regimen sex rerum non naturalium multa possunt dici, sed quia secundum diuersitatem facum oportet ita diuersificare, ideo de ipsis in causis earum dicitur. Vnum tamen notatur, quod semper ante paroxysmū debet cibari æger saltem per quatuor uel quinque horas ante, & quanto leuius tanto melius, solum quod uirtus non deficiat, & si aliter fiat, addit in malitiam maximam, & paroxysmi longitudinem.

De tertiana notha, Caput X.

**T**ertiana notha, est quę secundum aliquos dicitur adulterina siue bastarda. Fit enim ex materia cōposita ex cholera & phlegmate grosso uel subtili in stomacho, uel in alia parte corporis extra uenas, in loco ubi causę putrefactionis ualent. Nam si phlegma grossum admiscetur cholere, fit cholera uitellina, si subtile, aquosum citrina, & alia cholera, quę dicitur prassina, quę generat ex uitellina per aduersionem secundum Auic. sed secundū Gale. prassina eruginosa seu uinaria potest generari & per aduersionem, & per admixtionem melancholię cibis calidis ualde in stomacho calido, & de istis non fit febr. ut dicit Isaac: Sed Auer. secundo colliget asserit quod sic, sed est mortalis. Ideo de his non fit febris salubris, & sic saluetur uterq;. Tertiana igitur notha fit sepe ex cholera citrina, uel uitellina, raro ex prassina, & rarissime ex eruginosa. Sed queritur, quare continua affligit omni die, & interposita de tertio in tertium? Respondetur quod materia putrefacta extra uenas non retinet in loco ita calido, nec fit tanta conculcatio, quin prohibeatur materia putrefacta tempore paroxysmi resolui totaliter. Sed quare aduenit secūsus paroxysmus: hoc est ex aliqua caliditate extranea in loco putrefactionis derelicta forte cum aliquo cineritio materię antecedētis paroxysmi. Sed quia sanguis putrefit continue, & cholera de tertio in tertium. Ratio est, quia sanguis in se habet ambas causas putrefactionis, scilicet caliditatem & humiditatem, & nunquam extra uenas reperitur, ideo in continua putrefactione consistit absq; regimine, sed in phlegmate est multa humiditas, quę est potissima causa ad putrefactionem, ideo est

est quasi in continua putredine, quia multā affinitatē habet cū sanguine, nam conuertitur in sanguinē tempore necessitatis, sed quia est extra uenas, & cum hoc est frigidū, impeditur sua cōtinua putrefactio, & interpollat horis sex, & affligit horis. 18. Cholera uero est sic priuata humiditate, & sic extra uenas, quamuis habeat caliditatē iuuantem ad putrefactionē, attamen tardat suā putrefactionē per horas 36. & affligit per horas 12. ad plus. Melancholia uero est sic extra uenas, & pauca respectu aliorū humorum, & cum hoc habet frigiditatem & siccitatem cōtrariantes putredini, igitur quiescit per horas 48. & affligit per horas 24. Alia ratio est quia mouentur sic formaliter, sicut magnes attrahit ferrum, & scamonea choleram, &c. Signa tertianę nothę sunt ferē eadem cum signis tertianę purę, differunt tamen in aliquibus, quia in ista secundum plurimū paroxysmi extenduntur ultra horas 12. frigus est maius rigore, tardatur eius accessio, longius durat, non est in ea tanta siccitas, nec cauma quemadmodum in pura, non eradicatur cū sudore copioso, lingua non est sic aspera, nigra uel citrina, sicut in pura, similiter nocet manifeste ex potu aquę frigidę, similiter dolor & grauitas capitis, & tertio in uentre maior quàm in pura, & sæpe prolongatur paroxysmus usq; ad horas 30. & plus, & secundum quòd prolongatur ultra horas 12. elongatur plus à tertiana pura, tunc participat plus de phlegmate, & econtra minus. Item urina citrina, non intensa, per totū tenuis uel mediocris accedens ad tenuitatē, ex cholera citrina febre significat. Vrina autem subcitrina, remissa, mediocriter tenuis, magis accedens ad tenuitatem, in superficie minus tenuis, tertianā ex cholera uitellina significat. Item pulsus nō est multum uelox, spissus respectu uerę tertianę. Differt etiam ex parte modi paroxysmandi, quia in tertiana uera primus paroxysmus est debilis, secundus est fortior, tertius est fortissimus, quartus in ultimo, & est status & nequissima accidentia, quintus autem incipit declinare, & sextus plus, septimus est modicus aut nullus. Hoc autem non contingit in tertiana notha, &c. Cura est ut prius fiat clystere lene omni die, aut suppositū, & sumat omni die in aurora un. s. oxymellis compositi, & mellis ros. uel syrupi acetosi compositi, uel de bizantijs cum aqua decoctionis prunorum, radicum petroselini & feniculi. Syrupus in forma. R. brusci & graminis añ. un. s. endiuie non lotę nouelle, scariolę, rostri porcini utriusq; epaticę, scolopendrię, summitatū lupuli añ. manipulum 1. quatuor seminū frigidorum maiorū un. 1. liquiritiæ, uuarū passularum mundatarū añ. un. s. florum borag. uiol. buglossę añ. un. 1. aceti al. un. 1. s. ros. un. 2. sacchari albi quantum sufficit, ut lib. 1. & fiat syrupus. Alius ad idē pro debilitate uel pro delicatis. R. radicis brusci, asparagi, graminis añ. un. 1. s. aque endiuie un. 4. aque nenupharis, aquę capil. ueneris añ. un. 6. aceti albi un. 1. s. sacchari albi lib. 1. Vel sic. R. oxyfaccharę cōpositę, syrupi de endiuia añ. un. s. Dosis eius est un. 1. s. cum aquis conuenientibus, ut endiuie, feniculi, buglossę, capilli ueneris, &c. Introducatur uomitus ante cōenā cum

aqua decoctionis anethi & seminis atriplicis, & oxymelle composito actu calido. Et considera istud quod uomitur, quia si sit citrinus, clarus, purus, generatur in epate, si alterius coloris, ut succus porri, & erugo aeris, fit in stomacho, si fex sit alba provenit à cistis; si eger sit cholericus fit à tota complexione. Materia digesta purgetur, nō expectes tamen ultimam digestionem, quia oportet pluries purgare. R. florum boraginis, buglossę añ. un. 1. prunorum dama. 12. liquiritiæ rasę, passularum mundatarum añ. un. s. zingib. albi scrup. 1. agrici electi drag. 2. corticum myrabo. citrinorum, chebulorū, infusorum per noctem, de mane exprimantur, & un. 5. colaturę addantur, drag. 2. electuarij de succo rosarum, & detur in aurora. Vel sic. R. turbith gummosi & mundi drag. s. dyagridij gran. 2. uel 3. puluerizentur & incorporentur cum melle ros. & detur sic, aut distemperet cum aqua hordei, detur ut supra aut cū isto. R. turbith gummosi, ut supra scrup. 1. dyagridij. zingib añ. scrup. s. uel minus, si apparet, dyadraganti frigidi scrup. 1. sacch. albi drag. 1. puluerizentur & incorporentur cum modico syrapi uiolati in formam nucis fiat bolus & deauretur. Aut purgetur cum turbith & aqua decoctionis prunorum, hyssopi, aut cum drag. 2. dyarob cum turbith. aut cum drag. 1. pillularum aggregatiuarum Mesuę, & sic de alijs solutiuis. Nota tamen unum quòd si cholera superet in corpore, multiplica in solutiuis quæ cholera purgat, & contra si phlegma, & si æqualiter, procede cum medicina quæ purget ambo equaliter, tamen in principio melius poterit purgari cholera quā phlegma, quia habilior ad motum. Sumatur sæpe in die de confectione ista. R. dyarodon abbatis, triasandali añ. un. 4. & bibat post illud uinum gran. cum aqua decoctionis hyssopi, prunorum, uel liquiritiæ mixtum. Et simul cum prolongatur loco istorum sumat rosatam nouellam, aut aliud tale, quia magis destruit materiam frigidam, & stomachum confortat & appetitum. Vngatur stomachus sæpe cum oleo de mastiche, & de citronijs, & ros. & aceti parum. Clysterizetur sæpe, nisi per se semel aut bis assellauerit, & continuentur clysterialenia, ut hoc. R. hyssopi, foliorum siclæ añ. manipulum 1. carchami mundati, sebesten añ. un. 1. turbith gummosi drag. 1. uel. 2. prout tibi uidebitur, florum camomille, uiolarum añ. un. s. olei ozimi un. 3. baurach drag. 1. cassiæ un. 1. fiat clystere. Si uirtus esset debilis, exhibe carnes hœdi & pullorum alteratas cum lactucis & boragine, & condiantur cum agresta, & cum puluere cannelle. Bibat uinum clarum, mixtum cum aqua. Si autem in principio febris usque ad duas uel tres dies habitudo sit carnosam, & uenę sint plene, & sic de alijs, phlebotometur, quia alleuiat egrum, & materiam antecedentem minuit. Et si nullo modo sumere uellet de solutiuis dictis, purgetur cum isto syrupo solutiuo. R. myra. citrinorum un. 1. s. senę un. s. polypodij drag. 2. feminum lactuce, endiuia, ros. añ. drag. 2. coque in libra 1. aque, donec redeat ad lib. s. deinde adde saccha. un. 3. syr. & in fine decoctionis addatur scamoneę suspensę cum

sæ cum filo drag. s. dentur un. 2. prouice. Digesta materia plus uel minus prout operanti uidebitur, & illud plus resistit cholere grosse. Aliud ad idem pro delicatis datur de tertio in tertium. R. uiol. florum boraginis, & buglosæ añ. un. 1. prunorum 20. myrab. citrinorum un. 2. chebulorum un. 1. senæ un. s. seminis endiuie drag. 3. rheubarbari electi drag. 2. decoquantur omnia præter myrabolanos & rheubarbarum quæ debent poni in colatura & stare per diem, & cum syr. deponitur ab igne, ligetur dyagridium in pecia plus & minus considerando uirtutem, & quantitatem materie peccantis. Sumat etiam omni die in aurora unum trochiscum de rosis, uel de stella cum syrupo de rosis, & aqua decoctionis hysopi, & pas. Ad prohibendū aut paroxysmum febris tertianæ, unge pulsus brachiorum & temporum parum ante accessionem cum succo pedis columbini. Emplastrum ad idem siue epithema. R. san. utriusq; drag. 2. ros. uiol. añ. drag. 1. s. farinæ hordei un. 1. alo. un. 2. confice cū succo absynthij, & solatri, & aceti parū, superpone epati ante accessionē. Cōtra tertianā puerorū. R. succi plātaginis, semperuiue, solatri, rute, añ. misce cū farina hordei nō cribrata, & cū albuminibus ouorū fiat emplastrū stomacho.

De duplici tertiana Caput XI.

**D**Vplex tertiana est febris de cholera pura uel non pura, singulis diebus affligens propter materiam in diuersis locis putrefactam. Et differt à quotidiana, quia in duplici tertiana paroxysmus est fortior de tertio in tertium. In quotidiana non intenduntur paroxysmi notabiliter, quia phlegma omni die facit paroxysmum suū, & mouetur equaliter ratione suæ essentiæ, & motus corporis supercælestis. Cholera autē ex natura sua mouetur de tertio in tertium. Et nota quod refert dicere duas tertianas, & duplicem tertianā. Nam in hoc differunt, quia in duplici tertiana cholera facit paroxysmum omni die tertia, & die interpellationis facit paroxysmum solum ratione quantitatis materie loci. In duabus autē tertianis cholera facit duos paroxysmos omni die tertia, quia uterq; motus paroxysmalis est à motu corporis supercælestis. Duplex igitur tertiana pura fit de cholera naturali rubea uera in diuersis locis in uasis putrefacta, & differt à simplici propter diuturniorem afflictionē, quia eger singulis diebus affligitur. Urina est rubea aut subrubea, cū substantia mediocriter tenui & grosso circulo obumbrata superius. Item urina citrina & subcitrina obumbrata & confusa in substantia in sene duplicē tertianam significat. Curatur aut ut simpliciter tertiana. Tertiana notha duplex etiā affligit singulis diebus, & urina turbat & obumbrat superius, & ita de alijs signis proportionatis tertianæ nothæ. Curatur autē sicut tertiana notha, &c.

De febre quotidiana. Caput XII.

**Q**uotidiana est febris de phlegmate extra uenas putrescente generata, quotidie affligens, habens duodecim horas in summo labore, & sex in falsa quiete, & sex in uera quiete, & fit de phlegmate naturali

T 4

uel uitreo insipido. Causa huius est omne illud, quod generat humores phlegmaticos in nimia quantitate, sicut cibus & potus phlegmatici, sicut pisces, fructus, herbæ frigide, cibaria de pasta, lacticia, repletio nauseatiua, inordinata comestio crudi super indigesta, cibaria cruda, pingua, uiscosa, foetida, ut hæc exiccatum, & alij pisces foetidi, somnus, ocium, oppilatio: Nam phlegma uiscosum dupliciter lædit, scilicet propter suum frigus, ratione suæ grossitiei, & uiscositatis oppillantantis: Item potare sepe inter prandium & cœnam, & statim post cibum cõmuniter, aut fortiter moueri, uel equitare, uel dormire. Libenter uenit in hyeme in sene & in puero, phlegmaticis, piscatoribus, mulieribus, & habentibus eruçtuationes acetosas, aut catarrhũ descendentem ad stomachũ. Et diuiditur in quotidianam uerã, & hæc fit de phlegmate naturali aqueo insipido, & in quotidianam non ueram seu notham, & hæc fit de diuersis speciebus phlegmatis non naturalis. Nam quedam fit de phlegmate dulci, & hæc est propinquior quotidianæ ueræ, tamen est breuior, quia cū minori frigiditate in principio paroxysmi, quedã est de phlegmate falso putrefacto extra uenas, & in locis etiã motis à corde, & est cum pruritu & siti magna, quedam est de phlegmate acetoso, ubi est pars melancholicæ, & est ualde longa cū appetitu canino & acetositate, sicut in alia est falsedo, quedã de uitreo grossissimo, sicut uitrum liquefactũ quod est purũ, & ideo apparet subtile, & esse ibi dolor cholicus sepe cõmunicans. Item diuiditur ex parte temporis, aut horarum, quia quedam est hyemalis, & quedam uernalis, &c. Item alia diurna, alia nocturna. Prima quando paroxysmi accidunt in die, & typus in nocte: In secunda fit e contra. Signa primo sumuntur à re naturali, quia ut plurimum accidit frigidis & humidis, ut decrepitis, pueris, mulieribus, & sic de alijs. A non naturali, quia ut plurimum uenit in hyeme, in aëre nubiloso, & sic de alijs. A re præter naturam, ut quia in principio uenit typus cum magno frigore sine siti, corpus non perfecte mundificatur à paroxysmo propter materiæ adhesionem, uiscositatem, & grossitiam, & ideo est ibi sudor modicus aut nullus, nisi uersus crism, & post digestionem materiæ, & per hoc differt à quotidiana notha, cui aliquando est multus sudor. Habet etiam signa propria, scilicet dolorẽ stomachi propter phlegma, quod plus abundat in eo, & tunc est sine appetitu ciborum. Et si abundat in epate, uel splene, matrice, aut intestinis, scitur ex dolore illius loci, si in spiritualibus sitis est maior, urina magis colorata, & quedam ampullæ minutæ apparent in superficie. Pulsus est latus propter humiditatem & abundantiam materiæ, tardus & debilis propter caloris naturalis paruitatem, diuersus, quia aliquando natura dominatur materiei, & tunc est fortis, & aliquando e contra, & tunc est debilis, est tamen rarior & minor pulsu tertianæ & quartanæ. Urina in principio est alba propter multitudinem oppilationum, & frigoris, deinde fit rubea propter putredinem, & conturbatur propter malitiam digestionis. Item urina glauca uel palida

lida

lida cū substantia tenui & residentia globosa trombosa, finaliter phlegma uireū sine febre significat, & si est perturbata uel umbrata significat phleg. que aliquando facit quartanā propter tarditatem putrefactionis, aliquando sextanam, &c. aliquādo una pars putrefit & alia remanet in sua frigiditate, & fit lyp paria uel empyala, de qua dicit infra. Item urina subcitrina uel subruffa, liuēs & obumbrata cū substantia declināte ad spissitudinē phleg. de salso phlegmate significat. Item urina ruffa cum substantia spissa phlegma dulce significat, & si nō est febris, color est magis remissus, & si cū febre est liuens obumbrata. Ad est etiā sudor frigidus cū dolore capitis, incipit fortius affligere de nocte propter humiditatē sanguinis & phlegmatis, & caliditatē sanguinis. Adest fœtor egestionis, & urinæ egestio est spissa & tincta, & optimū est in quotidiana de phlegmate naturali. Item urina alba, subtilis, pauca & aliquantulū globosa febrem ephemerinā significat, cuius signa sunt, dolor stomachi omni die inuadit, incipit cū frigore, grauitate & profunditate somni, & sepe cū syncopi dolor est in spina dorſi, facies est plumbea, & sic de alijs. Itē urina ruffa mediocriter, aut subruffa minorē hemitriteū significat, & si uertat se ad maiorē spissitudinem rubicundiorē & liuorē, mediū hemitriteū significat, sed si sit modo intensa, & modo remissa, & modo tenuis, &c. maiorē hemitriteū significat. Primo notandū, q̄ feb. phleg. de difficili eradicat propter materię multitudinem grossitiē & uiscositatē, ideo est periculosa, ideo sicut cholericā raro inuenitur continua, ita quotidiana raro inuenit̄ interpollata. Itē si in principio appareat motus spontaneus, & in fine plurimus sudor significat egritudinē breuem & salubrem, quia sequit̄ quod materia nō est multū grossa nec uiscosa, & pori nō sunt multū densi, & ideo salubrior est, quia est mundorū typorū: Itē isti libēter incidūt in hecticā & stuporē ppter abūdantiā phlegmatis, & sic de alijs. Cura huius febris cōsistit in tribus principaliter, s. in digestionē materię, in euacuatione eius, & in accidentiū remotione. Et nota q̄ oēs species quotidianę comunicāt in principio in tribus, scilicet in lenificatiōe aut uomitu, & in administratione subtiliantū & incidentiū. Digerat̄ igitur materia cū his que attenuāt phlegma, ut cū oxymelle simplici, & cū radicibus, qd̄ fit cū aceto, in quo coctū sit calamenthū, pullegium & origan. Aut cum isto. R. radicū fœni. petroselini, asparagi, brusci, apij, endiuie, scariolę, scolopēdrię, cap. uen. centaureę, polytrici añ. manip. i. uiol. un. 2. quatuor seminū frigidorū, marratri, se. brusci. petroselini endiuie añ. un. i. florum camomille, boraginis, meliloti, apij añ. un. s. uini mali gran. lib. s. fiat syr. Aut cum isto. R. radicū quinque, ut fœni. &c. ut supra scolopen. cap. uen. dianthos, centaureę, polytrici, betonicę, hisopi, eupatorij añ. manipulum i. mentæ parum, ut drag. 2. uel un. s. cinamomi un. s. calami aromatici drag. i. spice nardi un. s. liquiritiæ rasæ, un. i. anisi, marratri, cardui, sacch. & mellis quantum sufficit. Dosis istorum est un. i. pro uice cum aquis conuenientibus, ut betonicę, boraginis, melissæ, &c.

Potest etiã fieri talis stiladigia, siue claretũ ualens ad p̄seruandum phlegmaticos. R. polypodij in bona quantitate, mundet̄ & tritũ infundatur per diem unum uel per duos in uino, deinde bulliat aliquantulũ, cui addatur mel, ut dulcoretur, & his adde puluerem cinnamomi, zin. galange, & specierũ minus calidorũ, ponant̄ in sacco triangulato suspenso, & pluries uinũ desuper projice & colaturam collige. Prima etiã die potest dari oxymel compositũ cum aqua tepida decoctionis anethi, uel atriplicis, ut uomat, sed non est multum cogendus. Et considera ex uomitu expellere, uel per secessum, utrũ sit uiscosum, uel subtile, uel alicuius conditionis, quia secundum quod fuerit addendum est in medicinis, maioris incisionis, uel minoris. Si autem bis sedem habuerit per se uel ter in die naturali, non fiat clystere uel suppositũ, & ubi non fiat clystere ex frigidis dietis & addatur agarici modicum. Et nota quod materia in diuersis locis uel membris continetur, ideo aliquialiter diuersificentur digestiua, ponendo semper aliquid quod ferat uirtutem digestiui ad locum. Digesta materia purgetur sepe, ut de quarto in quartum, uel aliter prout uidebit̄ tibi, quia in quotidianis de phlegmate opus sæpe digestiua & curatiua reiterare. Purget̄ etiam cum isto. R. marratri, anisi, quatuor seminum frigidorũ, polypodij añ. un. .i. florum boraginis un. .2. myrab. chebu. indorum añ. un. .s. turbith, agarici añ. un. .s. in un. .s. huius decoctionis adde cassie un. .s. & det̄ in aurora, aut cũ medicamine de turbith, de cuius proprietate est eradicare hanc febrem, & omnes humores phlegmaticos generatos ex fructibus, & piscibus, & similibus, quod sic fit. R. turbith, albi gummosi mundati exterius & interius cribellati drag. .10. mast. zing. añ. un. .i. sacch. un. .i. s. misce, dosis est ab aur. s. ad i. cum aqua tepida. aut cum conuenienti. Item ad idem. R. turbith, ut supra, zing. drag. .2. mastichis drag. .s. sacch. un. .2. puluerizentur. Dosis est à drag. .i. usq. ad 2. uel 3. ad plus cum aqua calida decoctionis, hyfopi, uel radicum feni. aut petroselin. uel libistici. Si rugitũ patiat̄ cũ pillulis de hiera purgetur. Dosis est un. .i. aut cum polypodio, agarico, & turbith, aut cum alio, ut cum dyarob. de agarico, &c. Si autem ægritudo ista post p̄dictũ regimen uideatur augeri aut stare, soluat̄ cum isto, & non attendas super perfectam digestionem, quia omni die aliquid digeritur, & in reliquo aliquid digeritur, quod etiã moueri poterit, & in reliquo digestio expectatur. Ita Auicenna c. de cura periodicę phlegmaticę. R. turbith. scrup. .2. absynthij quartam dragmatis unius, colocynthæ octauam drag. unius, detur in aurora. Et post purgationes semper in aurora sequenti die detur drag. .i. theriacę antique cum aqua decoctionis, hyfopi, feniculi, ameos uel amomi. Vel utat̄ isto in forma, & est syr. solutiuis. R. florum uiol. borag. buglossæ añ. un. .i. carthami mundi quantum sufficit, zing. albi, anisi añ. drag. .2. liquiritiæ rasæ, uuarum passularũ añ. un. .s. turbith, boni agarici añ. drag. .i. mellis & sacchari añ. quantum sufficit, coquantur parum, deinde liquefiat in ea un. .s. dragaganti, & un. .i. succi ros. clarificetur



retur & detur pro uice un. i. s. & cōuenit delicatis, uariet tamen dosis secundū conuenientiam particulariū. Utatur etiā dyarrhodon Abbatis, uel ros. nouella, & de cardamomo. Quantū ad tertium de cura accidentium conuenientiū primo dolori stomachi, potest haberi ex dictis supra de casu appetitus, quia in hoc ualet spongia intincta in decoctione mentę, ros. absynthij, camomille, betonicę, &c. & emplastrū ros. mastichis, zedoarię, laudani, mentę, aut unctio cum oleo nardino, mastichis, &c. Secundum accidens est frigus in principio paroxysmi, quod tollitur, si pedes usq; ad genua & manus usq; ad cubitos ponantur in aqua calida decoctionis camomille, betonicę, foliorū lauri, lebistici, parentarię, & non permittantur infrigidari, sed cito desiccantur & inuoluantur pannis lineis duplicatis aut triplicatis. Ponantur etiam lateres calefacti & aspersi in prædicta decoctione, & inuoluti in panno ad pedes, ungat spina cū oleo, in quo decoquantur pyrethrum, staphisagria, calamentum, piper, &c. deinde tergantur cum panno aspero in uino calido. Tertium est longitudo paroxysmi, quod abbreviatur cum isto. R. urticę minoris manipulum s. foliorū uitis, semperuiugę, solatri, añ. manip. i. telę aranę drag. 2. falis cōmunis quod sufficit, & fiat emplastrum, & apponatur pulsibus brachiorum. Item mica panis cum castoreo trita & confecta cum ouo molli affato & oleo laurino, & emplastrata super stomachū & umbilicū, mitigat & alleuiat paroxysmū. Quartum est syncopis, uel fames syncopalis, remouetur frequenter comedendo parū, detur igitur mica panis cū aqua mellis, & confortat stomachū, quia ut plurimum fit propter dolorē stomachi. Quintum est stupor, & curetur ut supra dictū fuit. Circa sex res non naturales, maxime circa cibū & potū, aërem & somnū debet attendi. Abstinentia igitur esset bona medicina huius, quia corpora desiccant, nisi status esset longinquus. Dentur igitur à principio parui pulli cōditi cum aceto, uel agresta, aut alio fassamento. In primo augmento paroxysmi nō dormiat, sed in declinatione per horam, aër declinet ad siccum, &c.

De quotidiana notha consequenter dicitur.

Caput. XIII.

**Q**uotidiana notha fit de phlegmate innaturali, & non seruat modum accessionis, neq; horam, ut dictū est in uera quotidiana. Et signa possunt haberi ex dictis in cap. antecedenti, similiter & cura, nisi quod addantur in medicinis & alijs, calida, aut frigida, secundum quod significabūt signa in additione caliditatis & frigiditatis, uel diminutione earum respectu quotidianę uerę. Cum igitur quatuor sint species cōmuniter phlegmatis innaturalis, à quibus potest fieri quotidiana notha, ideo breuiter de cura unicuiusque aliquid dicetur. Si igitur quotidiana notha fuerit de phlegmate falso digeratur cum isto. R. radicū feni. petroselini, asparagi, brusci, endiuie, scariole, lingue ceruie, capil. uen. centaureę, polyfrici, dranches añ. manip. i. uiol. un. 2. prunorū 20. quatuor seminum frigidorum, florū bora. an. un. i. marra tri, sem. endiuie, scariole, berberis un. s. sacch. lib. 2. uini gra. lib. 5. fiat syr. det



pro uice un. i. s. cum aquis conuenientibus. Digesta materia euacuetur cum isto. R. uiol. florum borag. añ. un. 3. marratri, polypodij, quatuor seminum frigidorum añ. un. 1. myrabolanorū citrinorum, chebulorum añ. un. s. uel minus si apparet, ut añ. drag. 2. indorum drag. 2. infundantur in dicta decoctione & exprimantur, & un. 4. illius addantur un. s. cassiæ reumbarbari, un. s. uel 1. agarici scrup. 1. hæc colentur & dentur in aurora. Item tertia die post medicinā ante accessionē per horā inter balneum aquæ calidæ, & in exitu sumat drag. 1. rubeę trochiscatę, & misce cū aurea alexandrina, cum aqua calida postea inungatur spina cum oleo camomilino & uiolato. Et si uirtus sit fortis, & alia cōenserunt, phlebotometur de basilica dextri in estate, & sinistri in hyeme. Lauentur pedes & brachia cum ista decoctione. R. fol. salicis, uitis, arundinis recentis, uiol. añ. manipulos 3. Si autem sit ex phlegmate uitreo, quod scitur ex dictis supra, etiam quia omnia accidentia sunt fortiora in hac febre quā in alijs quotidianis nothis, unde in ista est fortissimum frigus paulatim excrecens & decrecens, & cum calore absconso, sentitur maius frigus in statu quā in alijs temporibus, & sic de alijs, ut cum inflammatione stomachi, & uiscerum dolore, &c. Digestiuum igitur debet esse excellentis caliditatis, ut est oxymel squillicū, uel saltē fit ex herbis diureticis calidioribus, ut enula campana, raphano, calamentho, origano, radicibus apij, feniculi, &c. ex decoctione horum cum saccharo fiat syrupus. Syrupus igitur in forma. R. oxymel squillicū un. 1. acetosi compositi un. s. mellis ros. colati. drag. 2. cum aquis conuenientibus, detur omni die de mane quousq; materia sit digesta. Et quia istud phlegma communiter continetur in intestinis, ideo conuenienter euacuetur per fortia clysteria, præmissis aliquibus lenitiuis cum decoctione radicū cum, apij, ebuli, & fol. malug, & fursure, & sic de alijs in qua distemperet un. 1. benedictę exulatę, & cum oleis conuenientibus de lilio sesamino, &c. & cū un. 1. baurach. Per os euacuetur cum hiera, aut aliqua hiera cū decoctione feniculi, polypodij, squinnanti, aut cum drag. 1. pil. foetidaru, aut de sarcocolla, aut aggregatiuarum maiorum Mesuæ. Deinde fiat stussa uel enchatisma ex saluia, calamentho, origano, mentrastro, ebulis, nepita, &c. cum his detur theriaca cum decoctione anethi, anisi, saluig & c. uinum sit odoriferum. Si ex phlegmate dulci, minuatur secundum uirtutem & ætatem, deinde digeratur cum syrupo composito, uel syrupo acetoso cum aqua decoctionis radicū calidarum diureticarum, uel oxymelle cum aqua decoctionis uiolarum, prunorum, & herbarum calidarum, ut cum isto in forma: R. uiol. centaureæ, pollyrici capil. ue. fumiterre, hypericon, radicū feniculi, petrosel. apij añ. manipulum 1. prunorum 20. iuiubę, sebesten añ. un. 1. cū saccharo fiat syrupus, detur ut supra. Euacuetur materia cum his, quę euacuant phlegma salsum, uerū benedicta non uidetur cōuenire hic nisi in hyeme, aut quando phlegma hoc esset in renibus. Si ex phlegmate acetoso, digeratur ut supra, sicut phlegma ui

treum, & euacuatur cum euacuatiuis, phleg. & melancholiæ ponendo plus de uno quàm de alio, secundum quòd conuenire uidebitur, &c.

De quotidiana interpollata composita. Caput XIII.

**F**ebbris quotidiana interpollata est composita ex duplici phlegmate extra uasa putrefacta, & differt à simplicibus per fortiorē & diuturniorem afflictionem & maiorem caloris intensiōem, & quandoque paroxysmorum continuationem, & quandoq; bis typum patiunt, & nulla est quies, iterum per urine turbationem quæ semper est obumbrata in summitate, & cura est eadem cum quotidiana simplici.

De quartana uera. Caput XV.

**Q**uartana pura seu uera interpollata fit ex melancholia naturali cum conuenientia aliorum particularium, & quandoq; est simplex, quandoque duplex. Simplex de quarto in quartū affligit in horis melancholiæ, & habet ordinem, primo fit exiccatio, deinde fit horripilatio, deinde rigor, deinde frigus, deinde tremor, deinde calor lentus, & ad ultimum sudor paruus uel nullus. Causa huius est omne quod multiplicat melancholiam & putrefacit illam, sicut carnes bouinæ, anatinæ, carnes falsæ, caseus antiquus, caules, lentes, aër pestilentialis, malitia splenis, ut oppilatio uel induratio eius, magna caliditas adurens humores, alea, porri cum lacticinij, ieiunium in æstate, labor nimius inordinatus, motus caloris modo ad intra, modo ad extra, tempus anni, ut autumnus & æstas, cibi frigidi & sicci, assi & frixi, acuti, cholericij, ut qui faciliter conuertuntur ad choleram, ut mel, mustum, &c. modicum dormire, nimis moueri, accidentia animæ, ut sollicitudo, tristitia, uehemens timor. Signa sumuntur primo à re naturali, ut quia complexio sit frigida & sicca in senectute cum extenuatione, & sic de alijs. A re nō naturali, quia nascitur in autumnō, & in uentibus frigidis & siccis, in regione frigida & sicca, & sic de alijs. A re præter naturam, primo in generali, deinde in spiritali discurrendo per species quartanæ. Generaliter primo mouetur cum rigore & horripilatione, est enim rigor laboriosus, & ossium fractius cum dolore splenis & spondilium, & grauitas epatis & stomachi, & maxime post cibum cum percussione dentium, & eius caliditas est maior & magis acuta quàm in phlegmatica, & minor quàm in tertiana & causone, sed eius siccitas & asperitas non sunt ita, ut siccitas tertianæ. Pulsus eius est paruus, strictus, occultus plusquam in alijs feb. mutatur calor naturalis in facie. Urina alba & tenuis cū quadam dyasinitate, aspersus oculis in die paroxysmi, & ante paroxysmum quartanæ de melancholia naturali. Si materia sit in epate, urina tendit ad spissitudinem & nigredinem. Si in spiritalibus, ampullæ apparent in superficie urine, et sitis non faciliter mitigat ex potu. Si in splene, à duritiæ quartanæ est durities splenis. Si in stomacho, à principio est dolor stomachi. Si in intestinis, est dolor intestinorū, & egestio panis, & sic de alijs. Prognosticatio. Æstiuæ quar-

V

tang ut multum sunt breues, autumnales uero longe, & maxime que ad hyemem cōiunguntur, ita Hippo. secundo aphorism. Item crisis quartanę purę uenit in septem periodis, & sic curaretur in 20. diebus, secundum unum modum, ita uidetur uelle Gal. tertio prognosticorum comment. 6. Alio modo intelligitur, quod terminatur in septem periodis, scilicet septimanarum, uel intelligitur quod terminatur in septimo periodo, quia in septem mensibus absolute, uel in septem mensibus post diem quadragesimum. Cura est cū digestiuis, euacuariuis, & accidentium mitigatiuis. Nota tamen quod licet dicat Auic. quod omnes quartanę in principio minuuntur, considerare debes si sanguis dominetur, & tunc plus minuas, si non minus uel nihil, & tunc intende ad digerendum habendo in mente ista quatuor: primum, quod in principio quartanę non dentur nimis calida: secundum, quod non dentur nimis frigida: tertium, quod non detur nimis subtilis diætā: quartum, quod non dentur multe pharmacie. Item studeat medicus in confortatione epatis & splenis, & etiam aliorum similium. A principio igitur digerat materia cum isto. R. radicū feniculi, petroselini, brusci, pentaphilonis, graminis endiuie, scariolę, capil. ueneris, adyanthos, cicoreę, radicū buglossę añ. manipulum i. uiol. un. 3. florum boraginis, seminis brusci, asparagi, quatuor seminum frigidorum, liquiritię mundę, seminum lactuce, berberis, sand. un. i. utriusque sand. añ. un. s. spodię un. 2. prunorum 25. saccha. lib. 2. uini gran. acetosorū lib. s. fiat syrupus, detur un. i. s. cum aquis conuenientibus. Signata aliquo modo materia purgetur cum istis. R. uiol. un. 3. florum boraginis un. 2. scolopendrię, endiuie, scariolę añ. un. 2. prunorum 20. decoquantur & in un. 5. infundantur myrab. indorum un. s. rheumb. lapidis lazuli añ. un. s. distemperentur, & dentur in aurora. Item si uirtus non sufficiat in potionibus, fiat istud clyster sepe ante paroxysmū. R. foliorum malug. branchę ursinę, uiolarum añ. manipulum i. olei uiol. un. 2. succi mercurialis & cassię añ. un. i. Utatur omni die isto elect. R. diaboraginati, saccha. uiol. añ. lib. s. triasandalorum un. i. misce. Post prandium utatur isto. R. triasan. ros. nouelle añ. lib. 5. misc. Et nota si quartana transeat in hyemem, addat in digestionem de polypodio & epithymo, utriusque stichados, & de floribus camomille, & meliloti, & de radicibus capparum, & acori, secundum estimationem medici propinquam ueritati. Et ideo tunc potest dari in aurora & ante cenā per duas horas, cum non etiam sit in principio un. 2. oxymellis cōpositi, uel un. i. s. oxymellis squillitici, aut syr. acetosi cū un. 4. capparum, ciperi, assari, epithymi, dulcorate cū saccha. aut isto in forma. R. epithymi recentis, folliculorum sene, florū boraginis añ. manipulum i. cinnamomi un. 2. spice, macis, cardamomi añ. un. s. gariophyllorū, zing. drag. añ. 2. seminis anisi. un. i. fiat nectar uel syr. de quo sumant omni mane un. 4. Die uero accessionis in principio paroxysmi sumat cū multa aqua tepida decoctionis anethi, & attriplicis, de oxymelle, uel de syru. acetoso,

Utrum nequaquam sit ex materia  
accidentalis, unde ex compositione  
etiam per se durā, fortis alięque dicitur  
etiam contra uentis accidit, et dicitur

toſo, & uomat pro poſſe, aut ſyr. acetofum cum aqua decoctionis raphani, & alijs etiam diebus fiat uomitus, ſi cōmode fieri poteſt, & ſi non in die ante acceſſionem purgetur cum drag. i. pillularum fœtidarum, quarum deſcriptio ponetur infra, uel cum drag. i. pillularum de lapide lazuli Meſuæ, uel cum decoctione de epithymo ſcripta ſupra capitulo de melancholia, aut cum iſto diaſene. R. ſene. un. ʒ. cinnamomi, garioph. macis, cardamomi, galangæ, ligni aloës, piperis longi, zing. zedoariæ, ſpicæ, nucis muſcatae añ. drag. ʒ. auellanarum, ſerici combuſti, lapidis armeni añ. un. i. ſ. ſacch. un. ʒ. mellis al. lib. ʒ. Doſis eſt ab un. ſ. uſque ad un. i. Deinde utatur confectionibus, ut diamargariton, & interdum de diacalamentho, de letitia galli, & ſic de alijs. Aut iſto medicamine cum melancholia fuerit aduſta, præmiſſo digeſtiuo ad ad tempus. R. ellebori nigri drag. i. ſ. tere & miſce cum un. 4. rob de uino per noctē, & in colatura addantur tria grana diagridij non triti in ultimo, & ſcrupulus i. pulueris rheumb. Detur de mane ſequenti poſt purgationē drag. i. theriacę cum uino odorifero. Utatur balneis, diebus quibus non affligitur, in quibus non ſudet pro poſſe. Utatur etiã quiete & ſomno, & breuiter omnia multiplicancia humiditatem & pinguedinem ubique. Abſtineat à coitu, & labore, & ieiunio, & ſpecialiter in diebus quietis. In die uero quietis poteſt comedere ante acceſſionem per horas quinque, bibat uinum album, ualde lymphatum. Condiantur illa hora cibaria cum puluere cardamomi, eo quod ſudare facit, & materiam digerit poſt acceſſionē per multas horas. Et die quietis comedat carnes pulli & caſtrati, hœdi & agnorū, & rapas coctas & ficus ſiccæ & uirides, & ſpinachia, boraginem cum ſeniculis, petroſel. &c. Item ſi fuerit cum oppilatione in diebus quietis non lymphetur uinum. Contra accidentia que ſunt, horripilatio, frigus, & dolor, & durities ſplenis. Primo contra frigus ualent dicta ſupra capitulo tertio ab iſto, inungatur ſpina oleo camomilino, anethino, de lilio añ. un. i. Contra horripilationē fiât prædicta, & pedum fricatio, & utatur iſto electuario multum utili quando prolongatur ultra 40. dies. R. aphari, ſene, calami aromatici, garioph. cinnamomi, feminum endiuig, ſcariolæ, lactuce, ſandalorū alborum, & rub. roſa. ſeminis baſiliconis añ. drag. ʒ. ſpodij drag. i. lapidis lazuli ſæpe abluti drag. ſ. fiat electuarium cum ſyrupo acetofæ, aut alio. Et niſi fuerint multum uetantia. R. aſſe, foliorum rutę ſiccæ, piperis lon. añ. un. ſ. mellis quod ſufficit, detur quantum auellana in mane. Et ſi uis alia remedia pro accidentibus, recurre ſupra.

## De quartana notha.

## Caput XVI.

**Q**uartana notha ſemper fit ex materia groſſa, in qua adheret humiditas accidentalis, unde ex compoſitione & duritię ſui ſubiectionis putrefit, longius durat, fortius affligit, & eius paroxyſmus longius durat, & cum fortioribus fit accidentibus, & hæc fit quandoque de cholera adu-

sta, quandoque sanguine adusto, quandoq; de phlegmate adusto, &c. Signa. Si ex cholera adusta, affligit de quarto in quartum, sed non in mane, modo in tertia, modo in meridie, modo in uesperis: urina extra accessionem est colorata ualde, maxime post noctem paroxysmi, quandoq; eijcit choleram per os, quandoque per infra, & si non communiter est tinnitus aurium. Si ex phlegmate adusto, modo in uesperis, modo in nocte, modo in hora phlegmatis affligit: urina est similis uere quotidianę de phleg. falso, subpallida, post paroxysmum citrina, & primo tenuis materia incipiente digeri, apparet exacerbatio magna, sunt etiã alia signa cõmunia, ut abundãtia falsi phlegmatis, dolor capitis. Si à sanguine adusto, affligit modo in aurora, modo in uesperis, modo in horis phlegmatis, modo in horis sanguinis: urina est subruffa, uel ruffa & spissa, & quandoque cum quadam liuedine & nigredine, & præcipue in superficie, & frigus parum aut multum, calor maior in matutinis, nam motio febris est secundum motionem humoris, à quo generata est, adest inflatio hypochondrij sinistri cum grauitate & dolore, & maxime post cibum, splenis durities, grauitas capitis, præcipue frontis, in uere proprie aduenit, in ceteris est periculosior, & raro æger euadit. Prognosticatio. Omnis quartana, quę ex se incipit, & non sequitur aliam egritudinem est melior & breuior, & melius curatur, quàm quę sequitur, & sic de alijs. Cura. Si ex melancholia cholericã, digeratur cum syrupo acetoso, uel oxifacchara cum decoctione scariolę, portulacę, quatuor seminum frigidorum, addendo ex radicibus prout tibi uideatur. Vel cum isto in forma. R. radicum fen. petroselini, brusci, asparagi añ. manipulum s. endiuie, scariolę, scolopendrię, rostri porcini, cicoreę polyturici, centaureę añ. manipulum i. quatuor seminum frigidorum, liquiritię mundę, berberis añ. un. i. uiol. florum boraginis añ. un. i. foliorum ros. rub. san. al. & rub. spodij añ. drag. 3. prunorum damas. 20. polyp. un. 2. sacch. lib. 2. uini gran. lib. i. syr. Dosis est un. i. s. pro uice cum aquis conuenientibus. Digesta materia euacuetur cum tribus partibus cathartici imperialis, & quarta hierę picrę, uel cum isto in forma. R. uiol. florum boraginis añ. un. 2. polypodij, quatuor seminum frigidorum añ. un. i. myra citrinorũ drag. 2. rheumb. drag. i. cassię un. s. fiat decoctio, & in ea infundantur myrabo. & rheum barbarum & colentur, & dentur in aurora, uel cum alio, &c. Tertia die post medicinã balneetur, & in exitu detur rubę trochiscatę & mithridati añ. un. s. Deinde si apparet phlebotometur de basilica dextri brachij, & si uenter sit constipatus, clysterizetur sepe cum clystere communi. Cibaria sint frigida & humida boni chini. In die paroxysmi abstineat à cibo maxime si sit in nonis, alijs diebus utatur carnibus et alijs pro ut debet. Si ex phlegmate, digeratur materia cum aliquo syrupo conuenienti, uel oxymelle composito ex decoctione seminum frigidorum & herbarum, additis seminibus maratri, petroselini, anisi, & parũ apij, & syrupo acetoso, uel oxifaccharo cū aqua decoctionis

decoctionis seminis feniculi, thymi, epithymi, sene, cuscute. Aut cum isto. R. quatuor radicum añ. manipulum i. fumiterre, scolopendriæ, cicoreæ, agri-  
 moniæ, adyanthos, mediani corticis fraxini, tamarisci, capparis, scabiosæ, lam-  
 patij acuti, eupatorij, calamenthi hortulani, hyssopi añ. manipulum medi-  
 um, florum tamarisci un. s. cassiæ lignæ, ameos, anisi, cardui, azari, seminis  
 apij, iuniperi añ. drag. 5. quatuor seminum frigidorum mundatorum un. i.  
 utriusque stichados añ. un. s. spicæ nardi drag. i. mellis squillitici un. i. s. aceti  
 albi parum, sacch. q̄r. 5. syrupizetur, dentur pro uice un. 2. cum brodio ci-  
 cerum, aut alijs aquis conuenientibus. Solutiuum in forma potest esse. R. tur-  
 bith boni, &c. drag. s. epithymi un. i. agarici drag. 2. polypodij quercini,  
 q̄r. i. passularum mundatarum un. 2. decoquantur & dulcorentur cum  
 sacch. & fiat syr. & sic de alijs, uariando tamen secundum dominium humoris  
 peccantis, &c. Deinde euacuetur cum medicamine euacuante choleram &  
 phlegma, pro ut medico uidebitur. Prouocetur igitur uomitus in die paroxys-  
 mi cum aqua calida & syrupo acetoso. Exercitetur temperate ante paroxys-  
 mum per quatuor horas, deinde quiescat, & sic de alijs, ut supra de cura quar-  
 tanæ uerè, quia cura harū ut multum dependet ab illa. Si ex sanguine, phlebo-  
 tometur primo de basilica, uel de saluatella sinistra, uel si non, saltem uentose-  
 tur in spatulis, & sit medicus cautus, ne euacuetur subtile: Irroretur ita uena  
 aqua calida, & fiat phlebotomia lata. Deinde digeratur materia cū syrupo ace-  
 toso uel oxyfacchara cum aqua decoctionis sene, epithymi, cuscute, & radicū  
 & seminum diureticorum, in cuius colatura un. 4. dissoluantur, cassiæ drag. 2.  
 manæ drag. i. rheubar. drag. s. dentur cum syrupo uiol. uel cum aqua lupu-  
 lorum, quia sanguinē mundificat. Vel euacuetur cum decoctione uiol. borag.  
 sene, &c. additis myrabolanis, citrinis & indis añ. drag. 2. rheubar. drag. s.  
 utatur in mane diaboraginato, deinde triasandalis. Et nota quòd borago quo-  
 cunque modo in hoc mirabiliter ualet. Item nota circa prædicta, quòd sem-  
 per hora paroxysmi uitet somnum, quia frigus, uel horripilatio erit minor,  
 & paroxysmus alleuiabitur. Item nota quòd quartana aliquando durat usque  
 ad annum unum uel duos, & secundum Auic. usque ad septem annos, uel 12.  
 Sunt etiam quedam febres quæ sunt de genere quartanæ nothæ, & dicuntur ab  
 Auic. pſicamos, prima quarti, & fiunt ex materia ex qua fit quartana, sed est  
 grossior, durior, & minor, & secundum plurimum fiunt ex melancholia phle-  
 gmatica gypsea, uel pontica, ut dicit Auic. autoritate Hipp. & dicuntur quar-  
 tanæ, sunt autem sextanæ, uel septenæ, aut nouenæ, &c. quia fiunt penes tales  
 reuolutiones. Gal. dicit se non uidisse has feb. tempore suo. Cura tamen ea-  
 rum est eadem cum cura quartanæ, in istis tamen requiritur maior subtiliatio  
 & digestio longior, cum grossiori diætâ ne uirtus deficiat propter longam af-  
 flictionem, ideo de his non fiet aliud capitulum, &c.

**Q**Vplex quartana fit de melancholia in duobus locis extra uasa putrefacta, & differt à simplici per diuturniorem afflictionem, & per hoc, quòd in duobus diebus affligit, in tertio die interpollat, curetur autem ut simplex. Quartana autem duplex notha fit ex cholera adusta, uel sanguine adusto, uel phlegmate falso adusto in duobus locis extra uasa putrefactis, affligens in duobus diebus sequentibus, cæteris horis sicut simpliciter notha, & curatur sicut prædicta. Et licet istæ febres raro contingant, non inconuenit tamen eas aliquando euenire, ideo medicus sit cautus in decernendo, ut conuenientia remedia ualeat exhibere. Sunt alię etiam febres erraticę, & fiunt quandoque ex diuersis humoribus in diuersis locis, aut ex uno putrefactis & adustis, ideo aliquando dicitur tertiana erratica, aliquando quotidiana erratica, uersus tamen autumnum in quartanam erraticam conuertuntur. In se nõ errant, sed quilibet sequitur motum suę materie. Item urina citrina uergens in speciem coloris glauci, subtilis, radiosa in superficie, longo tempore talis apparens, & maxime ante autumnum febrem erraticam de melancholia naturali adusta significat. Curantur autem compositę secundum naturam suorum componentium, & finaliter sicut quartana, unde secundum quòd magis à sua specie recedit, magis interpollat modo uno motu, modo alio, ut planetę errantes. Nunc ponam aliqua explorata contra quartanam, primum requiretur serpyllum in uino & da bibere ante accessionem stomacho ieiuno. Ad idem ualeat uinum decoctionis foliorum & radicum azari. Item medius cyathus, id est medium uitrum succi uerbene ante accessionem, prouocat sudorem & uomitum fortiter, nec amplius redit. Trochisci. R. foliorum rutæ drag. i. croci drag. 3. hyoscyami un. i. cassiæ fistulæ un. 2. sulphurus uiui un. 4. fiant trochisci, & detur pro uice drag. i. cum mulsâ uel aceto. Unguentum contra frigus quartanę uel quotidianę. R. succi branchę ursinę un. 4. spice mastichis, cinnamomi, carda. ireos añ. drag. 2. cum oleo camomel. fiat ung. & ungantur renes. Item puluis hirundinis & turturis añ. cum oleo & cera bene ualeat. Item succus saluię syluestris, eupatorię, & manubię añ. un. i. ante accessionem multum ualeat.

**F**ebri syncopali est, quæ secundum maiorem partem in tertia die paroxysmum facit. Fit autem hæc ex materia cholericâ conuersâ cū sua putrefactione in uenenum, ideo multiplicatur in æstate & autumnum in hominibus cholericis, & utētib; calidis & siccis, ut alleis, sinapi, pipere, nasturtio, &c. Signa sunt casus pulsus post duas uel tres percussiones, sitis uehemens, urina acuta cholericâ, liuida superius, eger cito macrescit, & in breui facies tornatilizatur, fit syncopis ut plurimū in prin. paroxysmi, & istud est proprium signum huius. Cura stat in confortatione uirtutis, & prohibitione syncop



syncope, ideo regatur cum confortantibus cor, & infrigidantibus calorē & spiritū, custodiatur autem ab omni euacuatione. Si uero syncope acciderit cū clausione oris, aperiatur os, & proijciat in eo de aqua hordei mixta cum aqua de granatis, aut de aqua frigida, & uini stiptici parū, induat sepe camisiā infusam in aqua ros. mixta cum camphora & puluere sandalorū, nullo modo extrema fricentur, quia trahent calorem ad extra, & in diminuendo spiritū inducent syncope, & sepe mortem. Sumant ante paroxysmum trochiscum de charabe cum aqua rosea, aut uino de granatis, aut succo de berberis, aut agresta, aut uino stiptico. Bibat etiam aquam frigidam cum succo fructuum, aut cum acetositate citri, post multas accessiones sumat de theriaca cū uino gra, aut de agresta. Hoc enim destruit uenenositatem cholerae. Et nutriatur cum pullis & hœdis alteratis cum lacte cucur. & endiuia, &c. conditis cum uino gra, & acetositate citri, & sic de alijs.

De febre syncopali frigida. Caput XIX.

**F**ebri syncopalis frigida fit ex phlegmate putrescente in uenis, uel extra conuerso ad naturam ueneni, quod cum effumat ad cor sua uentositate coarctat calorem & spiritum in eo, quare fit syncope, & fit plurimum in hyeme & autumno in complexione frigida in utentibus frigidis, ut aqua phlegmaticis, melancholicis, ut piscibus, &c. Signa sunt aduentus syncope omni die hora paroxysmi, præcipue circa occasum, deficit pulsus in omni secunda percussione, oculi sunt inflati, facies pallida cum mollicie corporis, malus appetitus cū uomitu phlegmatico, urina apparet spissa, discolorata, aliquando tenuis cum liuiditate quadam. Prognosticatio. In ista & in superiori cum apparet, nam cito deducunt ad mortē, ideo medicus non sit piger in succurrendo. Cura. Sumat in aurora un. 2. syr. acetosi, uel mellis ros. aut oxymellis compositi in aqua mellis, uel decoctionis cyperi, & mellis, cui addatur drag. 2. sifeleos, aut fenicu. aut ameos, uel amomi. Omni die à principio fricentur tibie leuiter & longe, unde materia ad extra trahatur. Sumat ante paroxysmum micam panis cum aqua hordei, aut hydromelle, sacch. Si uero sitiatur, sumat un. 1. syru. acetosi, uel oxymel cum aqua decoctionis passularum, aut granorum granatorum dulcium. Si uero fames adsit & non fuerit debilis multum, nutriatur cum cibus dictis, aut mica panis infusa in uino rubeo stiptico mixta, abstineat omni modo ab aqua frigida, & piscibus, &c. Si fuerit debilis nutriatur cum pullis & carnibus hœdinis, arietinis assatis, & cum agresta. Et si non asellat, fiat clystere omni die cum aqua decoctionis communis cum melle, & sale, &c. suppositum cum sapone gallico, aut melle cocto. Confectiones huic & superiori multum sunt conuenientes, sed pro his & alijs recurre supra ad capitulum secundæ partis de passionibus cordis.

**I**N febre empiala calent interiora, & exteriora frigesūt. frigidū habet algorē, in lipparia est e contra, licet Auic. dicat oppositū, sed nō de nominibus est curandū. Materia igitur huius febris nō est phlegma grossum, siue cholera grossa mixta cū humido, cuius una pars putruit ex caliditate extranea que interiora calefacit & sitim generat. Alia pars non potuit calefieri, quia remota à loco putrefactiōis. Refugit igitur caliditate ex sua caliditate actuali, in frigidando extrema fit etiā frigiditas, quia sepe resoluit ex eo uapor, qui nō putrefit, sed cū sua caliditate associat uaporē, deinde uapor redit ad frigiditatē, quā habebat ante putrefactionē & sic membra extrinseca infrigidant. Vel potest dici, q̄ phlegma illud uitreū secundū unam partē putrefit ab intra, quare calefacit, & secundū aliam partē spargit super lacertos, & infrigidat sua actuali frigiditate. Dantur alij modi, qui relinquunt in presenti. Sed nota differentiā inter hanc & hemitriteā, nam in hemitritea materia cholericā putrefit in exterioribus, & facit rigorē manifestū de tertio in tertiu. Similiter caliditas eius extranea ualde plus durat q̄ eius frigiditas, uel rigor non fit in empiala & lipparia. Signa sunt urina colorata & tenuis, pulsus est paruus, uelox & spissus, & eius inspiratio manifesta adest, sicut & frigiditas in exterioribus, & caliditas in interioribus manifeste ledēs, et accessio fit ut plurimū omni die, & æger sentit fractionē & fatigationē quandā in membris, ad sunt oscitationes, &c. Cura. In aurora in mane, & ante cœnā sumat un. 2. syr. acetosi compositi, uel mellis rosati cum un. 4. uel 5. aquæ decoctionis radicū feniculi, petroselini, &c. Et indiges fortiori incisiuo, adde oxymellis squillitici, & sic de alijs, sicut dictum fuit. Purgetur sæpe cū isto, R. myrabolanorum citrinorum indorum añ. un. s. bulliant in un. 8. aquæ cum prunis 20. & ros. un. 1. usque ad consumptionē tertie partis, & in colatura addatur un. 2. syrapi ros. & un. s. uel 1. turbith. & scrup. 1. s. zingiberis puluerizati, aut cum pillulis, uel alio conuenienti Intret balneum, in quo non sudet nisi parum. Omni die recipiat trochiscum de rosis cum syru. acetoso, uel melle rosa. in aurora præcipue factis multis purgationibus sunt, & R. rosarum rub. un. 1. s. spice nardi, succi liquiritiæ añ. drag. 1. seminum citonorum, endiuie añ. drag. 2. fiat trochiscus cum syrupo rosa, aut aqua ros. & fit unusquisque drag. 1. uel 2. Aut sumat hora prædicta eodem modo trochiscum de spodio, & est R. spodij un. 1. rosarum rubea. un. 3. succi liquiritiæ, laudani añ. un. 5. cum mucillagine psyllij confice trochiscos, & fit unusquisq; drag. 1. uel 2. utatur etiam aqua cicerum cum radicibus. Lymphetur uinū cum aqua decoctionis sebesten & passularum, cum uadit dormitum sumat quantum uis de isto. R. diarhodon Abbatis, rosate nouellæ añ. un. 2. in diæta & breuiter in alijs regatur ut in quotidiana uera & interpollata, diuersimode tamen secundum materiam peccantem.

De

**L**ipparia est febris contraria empiale, & fit ex phlegmate vitreo non putrefacto, aliquantulum tamen ab ipso spargit uapor, quod putrefit ab extra, quare inflammat, & non apparet hoc frigus nisi hoc tempore, quo est quietum. Vel secundum alios fit ex cholera, quæ putrefit sub cute, & ex ea fumus transit ad cor, & facit febrem. Alia pars transit ad stomachum, & ad intestina, ubi continetur ut plurimum, hoc phlegma vitreum, & aliquando melancholia, & ipsum dissoluit. Et est exemplum de sole & glacie, ex illorum igitur dissolutione per membra inferiora sentitur in frigidatio. Signa sunt pulsus rarus & tardus, & similiter inspiratio absque siti, sentit etiam manifeste frigus intra, & caliditatem extra, & est cum interpollatione manifesta, nam aliquando infestat de die in diem, quandoque de quarto in quartum. Urina etiam apparet discolorata tenuis, &c. Cura. Sumat pro uice in aurora ante cœnam un. 2. oxymellis compositi uel squillitici cum melle ros. un. s. & aquam decoctionis radicum cyperi, & similium. Et si melancholia est in causa, digeratur sicut decet, & purgetur sæpe cum hiera picra, aut cum medicina de turbith, aut cum decoctione chebulorum, cum aqua decoctionis radicum & cappari, addendo un. s. de turbith, aut cum pillulis appropriatis, uel confectione de turbith, prout tibi uidebitur. Deinde sumat de theriaca in aurora etiam cum uadit dormitum cum aqua decoctionis radicum. Confortetur stomachus cum dyagalanga, aut alia confectione calida conuenienti in diebus quietis, de trochis. ros. & de spodio, detur ut supra cum aqua decoctionis radicum. Fiat balneum uel stussa de folijs salicis, uel uitis, uel quinq; neruig, termentille, feniculi, addatur parum absinthij ad aperiendum poros, & fricetur totum corpus, & cum hoc sit factum inuoluatur in linteamine calido, & cooperiatur in loco ut sudet. Si tamen cum exit de balneo detur de aurea alexandrina, aut de alio consimili & conuenienti, non erit malum. Remedia etiam supra in colica in prima parte huius competunt, ideo recurre ad illa, &c.

**F**ebrius composita dicitur quando febris componitur cum alia febre eiusdem generis uel diuersi. Exemplum primi, sicut quando tertiana componitur cum tertiana continua, uel interpollata, uel quotidiana cum quotidiana interpollata, uel continua. Exemplum secundi, quando quotidiana componitur cum tertiana continua uel interpollata, uel cum quartana, uel e contra, aut tertiana cum sanguinea, aut quotidiana cum hectica, aut quartana cum hectica. Nam aliquando tres febres componuntur adinui-cem, ut duæ tertianæ interpollatæ cum continua quotidiana, uel sanguinea, aut tertiana continua, aut duæ interpollatæ quotidianæ cum tertiana continua uel sanguinea, & sic de alijs, quia sicut componuntur duæ interpollatæ, ita duæ

continue. Et licet aliqui non concedent propter difficilem cognitionem eius, quia ordo periodorum & accidentia sic miscentur quod cognosci non possunt nisi subtiliter medici quærent, & cum hoc quantitaerint diuersas species feb. compositarum. Accidentia enim paroxyfmi harum febrium compositarum uariantur tripliciter, nam omnes paroxyfmi earum aut sunt communicantes, aut subintrantes, seu submittentes, aut coalternantes. Primi dicuntur cum unus incipit cum adiectione manifesta addendo in rigore, frigore & horripilatione, siue adueniat eadem hora, siue parum post, postquam primus incepit. Subintrantes sunt, quod antequam desinat primus, incepit secundus. Manifeste coalternantes sunt, quando primus incipit & finitur, & sequitur quies antequam adueniat secundus, ut si tertiana in tertia hora diei incipiat, & finiat in duodecima, & stet sine afflictione usque ad tertiã uel quartam horam diei secundi, & tunc superueniat accessio, uel rigor secundæ, uel alterius febris, tunc talis paroxyfmi dicitur uere coalternans, & fit in omnibus alijs continuis & interpollatis. Et nota quod primus & secundus male cognoscunt, ultimus melius. Signa sunt, consideratio modi, qualitatis, & afflictionis, & non diiudica de natura febris compositæ, & causa eius per circunuolutiones & reuolutiones paroxyfmi, uel afflictionis, nam duæ quartanæ faciunt paroxyfmi omni die, dum paroxyfmi coalternentur, & propter hoc quæ facit paroxyfmi de tertio in tertium, non dicitur tertiana, nec omni die quotidiana. Sed potest uocari sic, quia sunt duæ quartanæ, & secunda sic, quia sunt duæ tertianæ, ideo conuenit ut medicus consideraret in modo afflictionis, hora & qualitate. Nam si æger incurrit paroxyfmi de tertio in tertium, qui paroxyfmi fit absq; rigore manifesto & puncturis, & pulsus non sit uelox & spissus, imò durus & tardus. Similiter urina sit tenuis discolorata, uel spissa, & si fuerit paroxyfmi longior quàm in tertiana, & in motu suo non fuerit uelox, imò tardus, tunc uerè iudica, quod talis febris non est tertiana, sed potius quintana, & præcipue si fuerit sine siti, & caliditate, & oris amaritudine. Si uero febris quæ affligit omni die fuerit sine frigore manifesto, imò cum rigore & puncturis, & mordicatione cum siti magna, & caumate, & amaritudine oris, secessu uel uomitu cholericò, cum pulsu ueloci, & spisso, absque manifesta diuersitate, & cum urina acuta cholericà, tunc iudica quod hæc febris quamuis faciat paroxyfmi omni die, non est quotidiana, sed sunt duæ tertianæ. Et secundum hunc modum compositionis febriũ iudica de qualibet febre composita. Nam cum uideris hominem extenuatũ, & urina fuerit similis sanæ, cum quadam oleagine, & aliquando fuerit spissa colorata, sentit in uenis supercalesfactionem actualem. Et pulsus sit strictus subtilis cum quadam mollitiæ, & omni die in occasu solis sentit in membris, dorso, & lacertis frigus aliquod, uel aliquam accessionem, & cum hoc habuerit nausæam, & malum appetitũ, & in oculis & facie quasdam inflationes liuidas, seu pallidas, & in pedibus. Similiter & uenæ corporis iam incipiunt apparere, & cum hoc

cutis

cutis frontis & temporum incipit arescere, & semper post comestionem calor febrilis augetur, iudica secure, quod hæc sit febris hectica cū phlegmatica cōposita, & sic de alijs suo modo, &c. Cura. Cum cognoueris febrem compositam cum alia febre eiusdē generis uel diuersi, ut tertiana, quotidiana, aut quotidiana cum hectica, & sic de alijs, tunc cura febrem compositam eiusdem generis cum medicinis dictis in cura simplicium, & istius generis; Et si materia reperiatur composita, ut in tertiana non uera, cum medicinis dictis in cura tertianæ non ueræ. Si uero tertiana componeretur cum phlegmatica, compone medicinas tertianæ & phlegmaticæ, & si magis inest de tertiana quàm de phlegmatica, adde in compositione medicinarum, ciborum de coctionibus, & sic de alijs, quæ magis ualent contra choleram, non negligendo materiam phlegmatis, & econtra. Si uero sint æquales, adde omnia æqualiter. Eodem modo procede quando hectica componitur cum phlegmatica, uel alia febre. Et nota quod quando hectica componitur cum alia febre, & præcipue cum quotidiana, hæc compositio, ut plurimum est mortalis. Eodem modo accidit si aliqua febris componatur cum alia febre superueniente, propter apostema superueniens stomacho uel epati, &c. Item si tertianæ uel quartanæ superuenirent pleuresis, aut peripneumonia, aut angina, tūc medicus cum medicinis conuenientibus se opponat ad apostema, & suam febrem maiori consideratione non negligendo febrem priorem. Item nota quod febres compositæ, & præcipue quæ sunt diuersorum generum, sunt maioris timoris, & difficilioris curæ quàm simplices, ideo in cura cum inuestigatione uelis procedere, nam pauci reperiuntur, qui procedant in curis compositarum, licet ut plurimum occurrant plusquam simplices temporibus presentibus, propter inordinatū regimen in sex rebus non naturalibus, & sic de alijs causis materias cōpositas generantibus secundum quod conuenit & decet. Medicum tamen nō decet cum quasi continue operetur in eis.

De hemitriteo.

Caput XXIII.

**H**emitriteus, id est, media tertiana est febris composita ex duabus febribus, quarum una est tertiana, & alia est alterius generis, ut phlegmatica, &c. & dicitur ab ἡμι ἰσὺ ἀπὸ τοῦ τρίτου. Et huius communiter sunt tres species, minor, medius, & maior. Minor fit ex cholera putrefacta extra, & phlegmate intra; medius quando econtra; maior quando cholera putreficit extra, & melancholia intus; & potest dari quartus quādo econtra. Et igitur hemitriteus non est nisi una species febrium compositarū, cuius una pars est tertiana pura, uel non pura, quamuis alia tertiana interpollata alijs modis uarijs possit cōponi cum quartana interpollata uel continua, aut phleg. interpollata, non tamen propter hoc dicuntur species hemitritei, sed dicuntur febres compositæ, uel earum species. Signa minoris hemitritei sunt feb. continua propter phlegma putrefactum intra uasa, semper eius accessio intenditur circa occasum solis, facies & oculi tumescūt, minus tamen quàm in phlegma

tica pura. Vna die leuius interpollat, alia die fortius propter cholera, quæ tunc mouetur, ideo fortius riget, & rigorem non habet, quia materia est putrefacta intra uasa. Pulsus est paruus, uelox, & spissus cum quadam mollicie. Urina est ruffa uel subruffa in colore confusa, & spissa in substantia, manifeste superius liuens liuore declinante ad albedinem siue phlegmaticitatem. Signa mediæ hemitritei sunt paroxysmi minores, quàm in minori hemitriteo, est tamen calor continuus faciens de tertio in tertium paroxysmum. Item omni die in horis phlegmatis frigescunt partes corporis, propter phlegma putrescens extra, adest dolor capitis, amaritudo oris, urina est rubea, confusa in substantia, obumbrata in superficie, liuens à media regione superius. Signa maioris hemitritei sunt calor cõtinuus, licet lentus à principio, faciens motum de quarto in quartum in horis melancholice. In primis tamen in horis cholere sentit typum detertio in tertium diem, & frigus in extremis, ut in uolis manuum & pedum, adest taciturnitas, palpebrarum oppressio, in principio paroxysmi suffocatur uox, facies est fusca, urina aliquando nigra cum aliquantula rutilatione in fundo, aliquando usque ad fundum liuens, aliquando ex mortificatione cinerosa & plumbea per totum. Et ideo dicit Gal. quod potius diuina manu quam humana curatur. Signum autem sumptum ab urina distinguens inter hæc tria, scilicet minorem, medium, & maiorem hemitriteum, positum est supra capite de quotidiana febre. Cura primi est, ut digeratur materia secundum quod decet, deinde soluatur, & fortius à principio, bonum esset euacuare minoratiue cum respicientibus choleram & phlegma, & si cholera abundauerit super phlegma, quod raro contingit, adde in medicinis cholere super medicinas phlegmatis, & si e contra, fiat e contra. Purgetur igitur cum decoctione tamarin, & turbith, manna, cum aqua decoctionis prunorum, & syrupo ros. In medio hemitriteo purgetur cum rheubarbaro mixto cum syru. ros. aut aqua prunorum, & sumat bis in die pro digestiuo syrurum acetosum cum aqua decoctionis prunorum, &c. Inducatur uomitus hora afflictionis cum syrupo acetoso composito, & aqua calida. Nutriatur cum succo hordei, aut farris, cum lacte amygd. in quo sit aliquid piperis, uel cinnamomi, post multas purgationes, sumat de trochiscis ros. uel spodij cum aqua radicum. Utatur dyarhodon Abbatis, rosata nouella, aut cum dyagalanga. & saccha. ros. ueteri. Sumat carnes conditas in ueru cum agresta, & puluere cardamomi, aut cinamomi. Circa 20. dies sumat de theriaca cum uino granatorum. In maiori autem hemitriteo si est spes de salute, purgetur cum decoctione, & rheubarbaro, uel myrabolanorum citrinorum secundum quod decet. Et pro ampliori cura recurre ad superius dicta de quartanis, &c.

## De hectica. Caput XXIIII.



ECTICA est febris continua & uniformis sine uitio humoris, cuius subiectum est cor & membra solida. Et nota, quod aliqua est hectica que dicitur esse sine febre, ut hectica senectutis, ita quod siccitas est multum

multum intensa, & caliditas & frigiditas sunt quasi æquales. Alia est cū febre, & hæc habet tres species. Prima est cum consumitur humiditas roralis cordis, & membrorum, & est simile de oleo in lampade. Secunda est cum consumitur cambiū, & est simile de oleo imbibito in lychinio. Tertia est cum consumitur gluten, & est simile de humido substantiali lychinij cum consumitur ab igne, & tunc lychinium incineratur. Causa autem huius sunt omnia, quæ calefaciūt & exiccant & inflammant cor & membra solida, & ideo prouenit aliquando febris hectica ex febribus antecedentibus, sicut ex hemera, caufone, & similibus, & præcipue cum percipitur in eis abstinentia in nō suo tempore, & quando aufertur potus aquæ frigidæ ubi deberet dari, tales enim consumuntur de facili, & præcipue calidi, & sicci, extenuati. Aduenit etiam hectica sine febre præcedente, sicut ex nimia tristitia, & angustia, ira, labore, & fatigatione corporis & animæ, & ex aëre sicco, aut ex usu rerum calidarum, uigilia, coitu, & breuiter omnia quæ corpus extenuant. Aduenit etiā propter uitia epatis, pulmonis, cordis, & pectoris, sicut ex tussi empyematis, &c. Signa hecticæ sunt, primo quando maior calor percipitur in arteria profundis uicinis, quandoq; febris hæc est æqualis & uniformis, nulla cadit in eam diuersitas quantū ex ratione sui, cutis declinat ad quandam ariditatem, & tūc significat quod iam est in prima specie. Prima igitur species secundū Auic. est difficilis cognitionis, & facilis euacuationis, & ratio, quia prima species est sine siccitate notabili, ita Gal. in lib. de differentijs feb. dicit. Alterat tamen color cum aliqua mutatione compositionis membrorum officialium. Vrina habet aliquam pinguedinem supernatantem absq; renum dolore & grauitate, apparent etiā in ea quædam resolutiones squamosæ. In secunda autem specie apparet siccitas notabilis, & cum hoc quacunq; hora cibatur, magis inflammatur, sicut apparet in calce, dum aspergitur aqua. Pulsus est subtilis & debilis plusquam in prima, facies incipit manifeste extenuari, nondum tamen fiet arida & tornatilis, concuantur oculi, sed non profundantur, minuitur caro manifeste, & pulchritudo oculorū, appetitus adhuc remansit cū digestionem quadā: Vrina est oleagina, & in ea apparet resolutiones fureæ. In tertia autem specie oculi sunt cōcaui, manifeste profundi cum facie tornatili, cutis extensa, palpebræ pendent inferius, aures sunt cōtractæ, color citrinis, spatulæ eleuatæ, uenter siccus quasi adhaerens dorso, labor magnus in uolis manuum, & plantis pedum, collum est tenue cum eminentia epiglottidis. Pulsus est uacuus & durus, sicut chordæ tense, aliquando cadit cum debilitate uirtutis, uox eius est occulta & uix auditur, & breuiter nō apparet nisi coriū & ossa. Vrina liuida in colore pinguis, siue oleagina, in toto cū resolutionibus crinoidis apparentibus, in toto corpore urinae, tertiam speciem hecticæ significat. Si uero resolutiones fuerint fureæ apparentes in toto corpore, urinae secundam speciem significant. Si uero urina sit liuida cū resolutionibus squamosis apparentibus in toto, aliquantulum olea-

ginosa, primam speciem significat. Si ex phtisi, aut, &c. signa patēt supra in prima parte capitulis proprijs. Signa hec tice senectutis sunt pulsus paruus & durus, urina tenuis & remissa, &c. Prognosticatio. Prima species facilliter curatur, sed difficiliter cognoscitur. Secunda difficiliter curatur. Tertia nullo modo, quia substantiales humiditates cordis & membrorum sunt consumptæ, uel multū uicinæ consumptioni, media autē medio modo se habet. Item quando unguēs incuruantur tunc est in statu, quando autem capilli cadunt, tunc est proximus morti. Et si uenit fluxus uentris, adhuc est magis proximus, quia uirtutem cito deijcit. Quando etiam tibiæ incipiunt inflari, ulterius diu uiuere non potest, imò ut plurimum infra tres uel quatuor dies moriuntur, præcipue si sint alia signa tertiæ speciei. Item patientes hec tiam non bene discernunt de calore, quia mala complexio diuersa facta est æqualis, quare non sentitur. Item quando hec tica componitur cum putrida, difficiliter curatur, ut patuit supra. Cura primæ speciei & etiam secundæ, ut dicit Auicenna, prima quarti capitulo de hec tica, principaliter cōsistit in infrigidatione & humectatione. Utatur igitur æger isto syrupo mane & sero. R. gummi, dragaganti, seminis papaueris al. lactucæ, portulacæ, seminum comunium mundatorum añ. un. ʒ. sem. citoniorum un. ʒ. uiol. sand. alb. & rub. ros. añ. un. 2. hordei un. ʒ. florū nenupharis un. 2. acetosæ, manipulum ʒ. sacchari lib. ʒ. 10. Aut cum isto. R. radicū ungule caballine aquaticæ, umbilici ueneris, uiolarū lentiginis, aque rostri porcine, epaticæ, scariolæ, capil. ueneris añ. manipulū ʒ. lactuce manipulos 2. succi cucurbitæ, lactucæ añ. lib. ʒ. 1. uiolarum florū nenupharis recentis añ. un. 2. quatuor seminum frigidorum, mundatorum, seminis lactuce, portulacæ, papaueris albi añ. un. ʒ. 1. passularum mundatarum, candi. penidij, myrtillorum, foliorum ros. rub. recentium, sandalorum alb. & rub. rasuræ eboris, coralli albi & rub. seminis altheæ, malug. nuclei pinearum, medulle, seminis bombicis, amyg. dulcium añ. un. ʒ. 1. iuiubæ. sebesten añ. numero ʒ. 10. dragaganti, gummi arabici, amyg. spodij añ. drag. ʒ. 5. hordei excorticati lib. ʒ. 1. sacchari albi uel rub. fiat syrupus cū aqua clari fontis. Et si eger fuerit stipticus & fuerit in prima specie, detur ei ista decoctio. R. uiol. florū nenupharis añ. un. 2. quatuor semi. frigidorum mundatorum añ. un. ʒ. 1. cassiæ fistulas pinguis & mundæ un. ʒ. 1. addatur in un. ʒ. 5. dictæ decoctionis, & detur in auro. Si uero uirtus fuerit fortis & non multum æger macilentus, non inuenit aliquando, licet rarissime fiat, & non sit in usu practantium, extrahere de basilica tres uel quatuor guttas sanguinis, ut calor & spiritus euentetur. Utatur omni die in mane isto electuario. R. sacchari zuc. ros. uiolarū añ. li. ʒ. coralli utriusq; añ. drag. ʒ. 1. diadraganti sine cinnamomi, diapapauere añ. un. ʒ. 1. misce & detur cum aqua hordei. Item cum cibus descendit, detur ptisana hordei, et aqua hordei, in qua fiat, maxime nutriat, enellatur quod comeditur de cancris, & abluatur cum aqua calida, & modico salis, deinde cum frigida,

ut



ut auferatur odor, deinde coquantur cum hordeo, & de illa aqua fiat p̄tisana, addatur tamen decoctioni aque candi, penidij, seminis papaueris añ. un. s. Ite si æger non sit tussiens, mittat in balneo bis in die aque dulcis & tepido, prope lectum in loco in quo caliditas eum ledere non possit, nec horripilatio inuadere, aspergatur de aqua leniter super ipso, donec corpus & uenæ incipiant ingrossari, & parū rubere, deinde aspergatur aqua declinante ad frigidum, deinde leniter transeat in lectum, & extremitates corporis, & tota spina inungatur oleo uiolato nenupharis, uel de papauere, uel iaceat in domo quieta & humida, bene redolente, in lecto sint panni frigidi, albi, infusi in aqua ros. & ibi sit concha plena aqua frigida, in qua sint folia ros. salicum & uitis circa lectū: mutantur omni die salices collecti de mane, & irroretur aqua ros. confortata, dormiat quantum potest. A uigilijs, cogitatione, motu, à coitu, à lecto multū calido, à fame & à siti abstineat. In nocte bibat iulep, quod fit ex aqua & saccharo, in ortu solis aquam hordei. Cibaria multis uicibus tribuantur, precipue in æstate, abstineat ab omnibus calefaciētibus & desiccantibus, scilicet pane azimo, ab omni carne grossa, à piscibus marinis, sed si sint aqua dulcis, conceduntur. Condiantur tamen cibaria cum succo gran. dulcium, cum lactucis cucurbitis, spinachijs, &c. Vinum sit subtile satis, bene lymphatum cum prædicta aqua hordei. Utatur in cœna succo ex farina frumenti cum lacte capparum et saccharo, uel penidij. Infra diem supra pectus & spinam ponantur panni infusi in aqua ros. dissoluta cum sand. ru. & camphora, & cū exiccantur renouentur, aut ungantur cum isto. R. mucilaginis psyllij, & seminis citoniorum añ. un. i. dragaganti un. i. s. foliorum nenupharis, uio. seminis nenupharis, uio. larum & seminis cucurbitæ añ. un. 2. ceræ lotę albæ quantum sufficiat, fiat ungu. Si autem siccitas & tenuatio sit magna, aspergatur corpus ipsius lacte caprino, & nutriatur pullis iuuenibus, nutritis cum farina hordei, mixta & decocta cum medullis testudinum nemoralium. Et si æger habuerit maiorem ardorem, accipiat in aurora unum de istis trochiscis puluerizatū, cum aqua ros. uel hordei. R. spodij, boli armeni añ. drag. 2. ros. rub. un. 5. seminis portulacę, citrullorū, cucurbitę & carabę añ. drag. 2. cum syr. de papauere fiant trochisci ponderis drag. 2. De lacte uero nota, quòd lac mulieris sugendo sumptum cōuenientius est omnibus, secundo lac asinę, tertio lac caprarum, & utatur eo à principio usque ad finem cum saccharo si coagularetur in stomacho. Nutriantur tamen illa animalia ex oleribus frigidis & humidis, ut lactucis, spinachijs, &c. In balneo tamen ultra herbas prædictas, utatur ungula caballina, folijs uitium, lactucę, salicis. Extremitates agnorum coquant in balneo. Et ubi post assumptionem lactis sitiret, & oris amaritudinē haberet, sciat quòd conuertitur ad inconuenientem materiam, & tunc primo querat etiam amouere illam ægritudinem siue dispositionem malam. Vbi timeret fluxum uentris sumat sepe de trochiscis istis spodij. R. pullegij ros. rub. spodij añ. un. s. boli

armeni, gummi arabici añ. drag. 2. succi berberis, & sumach. añ. drag. 3. acetose drag. 2. balauſtię drag. 1. s. fiant trochisci drag. 1. Si autem timuerit equaliter de hectica, & de alia infirmitate, cura in omnibus equaliter sit composita, ut si hectica coniungatur cum putrida de cholera, addatur in digestiuo endiuix, scariolę añ. manipulus 1. capillorum ueneris, manipulus s. Et si cholera sit grossa, addatur de alijs plus aperitiuis, secundum exigentiam humoris, si de phlegmate addatur parum mentę, hyssopi, & c. si de melancholia addantur conuenientia illi. Deinde purgetur cum medicina lenitiua, uel laxatiua conuenienti. Tertio confortata uirtutem cum resumptiuis cibarijs & medicinalibus, considerando particularia. Item in hectica senectutis, regatur ut dictũ est, preterquam si fiat ex abundantia humiditatis in stomacho priuante digestionem stomachi & epatis, quare non nutriuntur membra nutrimento, ut decet, tunc rectificetur stomachus, & appetitus ab intra et ab extra, remouendo etiã istam humiditatem, si expedit. Quomodo autẽ hæc perficiatur, uideas in prima parte de dispositionibus stomachi. Similiter si ex apostematibus, ut peripneumonia, & c. recurre supra, & c.

De febre pestilentiali.

Caput XXV.

**F**ebbris pestilentialis est feb. putrida, continua, conclusa, contagiosa, ut plurimum, ex putrefactione humorum in uentriculis cordis infectorum, mala qualitate uenenosa ex corruptione eorum, ut plurimum, inducta à superioribus effectiue, & ab inferioribus materialiter. Et licet elementa in se non putrefiant, quia simplicia, tamen ratione uaporum corruptorum corrumpuntur & alterantur. Aliquando etiam alterantur alteratione occulta, quæ facit accidere putredines in istis febribus, & tales causæ non æqualiter inferuntur omnibus habitantibus in loco pestilentiali quia homines non sunt equaliter dispositi, ita dicit Auic. capitulo de febre pestilentiali. Generantur igitur diuersę febres, quia in aliquibus sanguinę, in aliquibus cholericę, phlegmaticę, uel quartanę, secundum diuersitates corporum. Causæ huius sunt tres in genere, primitiua, antecedens & cõiuncta: primitiua, est permutatio aëris ab eo, quod est secundum naturã, secunda, sunt humores dispositi, ut suscipiant putredinem aëris: tertia, sunt humores precipue existentes in uentriculis cordis infecti, à quibus eleuatur putrida fuligo inficiens substantiã cordis & spirituũ, & consequenter totũ. Signa prognostica futurę pestis sunt apparitio cometę, mutatio temporis, modo ad calidum, modo ad frigidum aër caliginosus, cum uideatur debere pluere, & non pluit, æstas calida & humida, aues dimittunt nidos suos, & oua, & reptilia apparent super terram, & sic de alijs. Signa presentis pestis pestilentialis sunt, calor apparet lentus extra, & intus est fortis ualde cum siti, ariditate, & siccitate lingue, & male tolerat, anhelitus difficilis, quandoque nausea, & casus appetitus, dolor stomachi, tensio hypochondriorũ, casus uirtutis perducens ad syncopim, permixtio rationis,

nis, uigilię, aliquando est tuffis ficca, aut alia abfq; mundificatiōe. Apparet etiā bothor subalbida, aliquando rubea, quandoq; cito apparent, & cito occultantur. Pulsus debilis, uelox, & spiffus, augmentat ut plurimū nocte, sistole est maior dyastole, aliquādo est fluxus cholere & aliorū humorū, omnia exeuntia foētent. Vrina aliquādo non mutat ab urinis sanorū in colore & substantia, & aliquando est foētens, aliquando apparet ruffa uel ru. spiffa & liuida multū. Et dicit Auic. quōd aliquando est feb. pestilentialis in qua non percipit æger, neq; tangens multitudinem caloris, & nō alteratur pulsus, unde istę febres tam ex parte pulsus quā ex parte urine fallūt medicos, quia aliquando et sepe urina et hypostasis sunt laudabiles, & eger tendit ad mortē, quia natura non audet inuadere morbū ppter eius malitiā, & sic de alijs. Cura est duplex, p̄seruatiua, & curatiua: prima cōsistit in administratione debita sex rerū nō naturalīū. De aēre primo, cū sit de magis alterantibus corpus, fugiat igitur aēr humidus & turbidus, transmutando se ad alia loca, ubi aēr sit bonus, declinans ad frigidū & siccum, & hoc est singulare remedium. Et si hoc nō possit fieri, rectificetur aēr habitationis cū modico igne de bonis lignis, scilicet de iunipero, rore marino, &c. Suffumigetur etiā camera, fenestris lineis retentis, ne ingrediat aēr, ex ligno aloë, thure, & aliquando ex sandalis, & camphora, aēr rectificetur secundum diuersitatem temporis in caliditate & frigiditate, &c. irroretur domus sepe ex aqua & aceto in tempore calido, & teneatur bene munda à superfuitatibus. Et si contingat aperire fenestras, aperiant septentrionales, & eius uentus, scilicet boreas opponitur pestilentię, supposito quōd putrefactio aëris non sit communis, ita secunda primi, & quinto Almanforis, & sexto colliget. Et si contingat exire camerā, expectetur quōd sol sit super terram, quia aërem rectificat, & portet de odoramentis dicendis, ut aërem attrahendum aliqualiter rectificet, teneat in ore de cortice citri conditi, & diu masticet, & super omnia caueat, ne approximet patientibus pestilentiam, ne eorum anhelitu inficiatur. Cibaria sint boni nutrimenti & facilis digestionis, declinantia ad frigidum & siccum, & sicut decet, nō sicut alia condiantur cum alterantibus, ut dicetur, diuersificentur tamen secundum diuersitatem etatum, complexionū, & temperiem. Carnes igitur de uolatilibus alijs meliores sunt pulli parui, perdices, aues montanę. De quadrupedibus sunt hœdi & uituli lactantes, alię carnes relinquuntur, sicut caro porcina, anserina, & aliorum in aquis degentium, syluestria etiam maxime si sint antiqua, si non, aliqua cōceduntur, ut leporū, capreolorum, &c. Carnes assatę sunt meliores elixatis, licet etiam ille aliquando & brodium earum concedantur, dummodo comedantur cum aceto, aut uino granatorum. Et pro delicatis fiant gelatinę, & agrestatę, aut falfamenta cum aliquo p̄dictorum succorum, ut succo acetosę, aut aqua ros. & sit ibi parum de speciebus calidis, tamen in hyeme, & in antiquis frigidis & humidis potest uti cinnamomo, zingibere, &c. sed in æstate & in cholericis non. Non

concedat pisces nisi sint de aquis petrosis currentibus, à luto mundis, & sine mobiles ut lutius & thimere, &c. reliqui assentur, ut in ueru, aut super carbones cum gratis. Caseus, butyrum, & reliqua lacticia per uiam cibi relinquuntur, ita & olera. Aliquando tamen uia medicine conceduntur, sicut est blitū spinachia, attriplex, borago, lactuca, endiuia, &c. & tres ultime istæ, si cōdiantur cum aceto & agresta, competūt, quia choleram alterant, si sit in casu ad caliditatem febrilem. Legumina & præcipue substantia eorum nō conceduntur, hordeum tamen & panicum, & brodium cicerū concedi possunt. Fructus humidi relinquuntur, aliquando tamen pruna conceduntur, ut leniat uentrem, similiter granata, maxime in calidis naturaliter. Post cibum etiam conceditur pirum coctanum coctum in igne cum coriandro confecto, ita etiam cappares cum aceto in principio, similiter & limones, fungi, tartufuli, & cibaria suffocantia, & de pasta, et sic de alijs, relinquuntur. Panis sit de frumento bene coctus & fermentatus. Vinū in assuetis sit odoriferum, mixtū aqua boni fontis, medium inter nouum & antiquum, semper etiam alijs potus medicinales qui ante cibum, uel post per tempus bibuntur, ut syr. ros. uiolarum, de limonibus, saccharum ros. uiol. aqua hordei, &c. Non comedat usq; ad saturitatem, nisi priori cibo iam digesto, & superfluitatibus expulsis, non tolletur tamen sitis, nec fames cū sit in horis debitis. Item quanto pauciora fercula sumuntur, tanto melius erit. Præmittant elixa affatis & subtiliora grossis, ut oua sorbilia carnis. Vnusquisq; utatur motu sibi cōsueto, qui uires eius non excedat, & fiat hora qua cibus sit digestus in stomacho, epate, & uenis, ut ante prandium & cœnam, & si non potest exerceri fricentur extremitates, & totum corpus leuiter, statim post cibum non moueatur impetuose, & non dormiat immediate post, donec cibus descendat de ore stomachi, nec dormiat quis de die, nisi consuetudo cogat, & tunc parum dormiat in loco sicco & frigido. De mane cum surgit expellantur feces per se uel cum arte, ut clysteri, aut suppositorio, & similiter superfluitates secundæ digestionis per urinam, & tertie per fricationē aut exercitiū, & ita alię superfluitates, ut mucillagines per nares & os rascando, et faciem lauando cum aqua calida, ubi sit uirtus radicis ireos, aut roris marini, pectinando similiter caput & fricando. Relinquant tristitia, ira, furor, &c. nisi corpus indigeat minoratione carnis. Eligat igitur gaudium temperatum, habitando cū dilectis, sermones & cantus iocundos, abstinendo à coitu multo, & frequenti, abstineant maxime corpora macra, sicut ab inimico. Sed temporato utatur coitu uim nature non inferendo, balneum & stussa relinquuntur. Circa medicinas præseruatiuas ab hac febre talis ordo seruabitur. Primo dicitur de his, quæ ab intra. Secundo de his quæ ab extra. Primæ inter alias sunt tres. Nota tamen, quod in præseruando ab hac febre intendere debet medicus ut corpus mundificetur, & sit bene transpirabile, unde si corpora sint humida, exiccantur, &c. Si cacochimia, purgentur, & primo uniuersaliter cum euacua

euacuatione sibi conuenienti, sicut decet, deinde oppilationes aperiantur, deinde uenter sit lubricus. Et tunc prima medicina conueniens sunt pillule aloeticæ, siue cōmunes. Ideo. R. aloës partes duas, myrrhæ, croci añ. partē unam reformentur. Dosis est drag. ʒ. Pulpis tamen horum ab aliquibus plus laudatur, & dant cum aqua ros. aut succo limonum, uel aliquo tali, quia melius prohibet ebullitionem humoris combustiuam, quæ ut plurimum, sequitur, ex qua fiunt antraces & carbunculi. Item aliqui dant oxysaccharam simplicem, ut un. ʒ. s. cum quinque cochlearijs aque cicerum, & est eorum secretum in p̄seueratione talis ebullitionis, & exhibent etiam in æstatibus tēdiolis & æstiuosis. Secunda medicina est drag. s. theriacæ maioris fermentatæ. Tertia est bolum armenum cum aceto, aut aqua bibitum. Dosis est scrup. ʒ. usque ad drag. s. cum uino, & si febriat cum aqua ros. Et potest addi huic semen citri cum modico sacch. albo, & rasura cornu cerui & pulueris cordialis, & tūc confert habentibus uermes & similiter potest misceri cum sacch. ros. aut uiuio & detur de mane. Potest etiam fieri confectio de bolo armeno un. ʒ. terræ sigillatæ un. s. seminis citri drag. 2. cinnamomi un. ʒ. coriandri p̄parati drag. ʒ. galangæ, zedoariæ añ. drag. ʒ. pulueris cordialis drag. 2. s. sacch. dissoluti in aqua ros. infusionis sand. rub. quantum sufficit, & fiat confectio in morsellis, & si addatur rasuræ cornu cerui aliqua quantitate, tunc ualebit contra uermes. Potest etiā addi de cortice citri cōditū minutim inciso drag. ʒ. auri foliati drag. ʒ. & erit pro delicatis. Et notandum quōd cinnamomum, & galanga, & zedoaria non debent puluerizari, sed in parua frustra incidi & contundi, & hæc confectio cum fit cum speciebus solum conceditur in hyeme annosis, frigidis & humidis, sed in alijs temporibus auferunt species. Medicinæ extrinsecæ sunt tres, prima est pomū de laudano. R. corticū citri un. s. calamenthi, gariophyl. samluchi, ozimi añ. drag. ʒ. s. doronici, been al. & ru. ligni aloës, calami aromatici añ. drag. ʒ. ros. un. s. musci scrup. s. styracis calamitæ dra. ʒ. terbenthine drag. 2. laudani drag. ʒ. camphoræ parū cū aqua ros. et buglossæ, fiat pomum in medio perforatum. Secunda, est puluis iste. R. corticum citri un. s. garioph. samluchi, calamenthi añ. drag. 2. garioph. sand. rub. añ. drag. ʒ. ros. un. s. camphoræ & musci añ. parum. Potest etiam addi pro diuitibus parum ambrae, ligni aloës, & c. puluerizentur & ligentur in syndone. Tertia, est spongia infusa in istis. R. pulueris immediate p̄dicti un. s. infundantur un. 2. aceti, parum infundatur spongia parua in illa mixtura, leuiter exprimatur, & inuoluta in aliquo drappo saepe odoretur. Et si essent catarrhosi, fiant ista odoramēta prout sua dispositio requirit. Et nota quōd odorando aliquod istorum confortat cor, & cuilibet uenenositati resistit aëris, & c. In curando autem hanc febrem sunt quatuor intentiones, prima est ad causam, secunda ad uirtutem, tertia ad febrem, quarta ad accidentia. Prima fit alterando & adæquando materiam peccantem, ac etiam curando eam. Si autem fit maior

ebullitio, seu putrefactio in sanguine quàm in alijs humoribus proportiona liter, cum in tali febre omnes putrescant, tunc phlebotomia præcedat pharmacia. Imò aliqui moderni dicunt quòd debet phlebotomari ante omne pleni luniũ per tres uel quatuor dies extrahendo un. 2. uel 3. sanguinis. Et cõmuniter phlebotometur de epatica uel splenetica, uel de cõmuni, si cõqueratur sub asellis, ratio quia tum melius extinguitur talis ebullitio combustiua sanguinis, & calor existens in uenis, &c. Si econuerso sola pharmacia sæpe excusat, & tunc diuersificetur medicina euacuatua secundum humorẽ plus excedentẽ, quod medico perito relinquitur, nec expectetur digestio secundum Auicennam, et Auenzoar, quia hæc putrefactio uelociter interficit, nisi cito succurratur. Et si in ista febre incipiant apparere morbilli aut pustulæ subalbidæ & ruf. tunc desiste ab euacuatione, & utaris prouocantibus ad extra cum fricationibus suauibus iuxta aphorismum. Hip. primæ particulæ: undecunque naturarepfit, &c. Et nota quòd etiam aliqui commendant phlebotomiam copiosam de eadem parte, scilicet usque ad syncopim in tertio casu, & dicunt quòd talis phlebotomia non solum commouet materiam uenenosam, sed etiã ad extra euacuat. Obmittit tamen propter uulgares, quia si non curarentur ex tali phlebotomia, ualde inculparerit medicũ; & hoc dicunt fuisse de mente Gal. Solutiuũ igitur in illis, in quibus sperat salus, quod scitur ex signis sumptis ab exeunte mutato, qualitate mutata, & operatione læsa, fit hoc: R. rheubarbari electi drag. s. spice parũ, folliculorũ sene. drag. i. & diuersificet hæc medicina secundum diuersitatẽ humoris peccantis, considerando uirtutẽ, & alia particularia, quod etiã medico relinquit, sint tamen solutiua horũ febriũ facilia, addedo in eis aliqua confortantia mineras uirtutũ, boni saporis & odoris. Potest etiã in eis addi aliquid boli armeni propter eius spirituale iuuamentũ. Secunda intentio perficitur nutrimento in confortando cor, & spiritũ, & sanguinẽ bonũ multiplicando, cũ assumptione aque carnis, uitellis ouorũ recedentiũ, uino odorifero, &c. Secundo spiritũ clarificando, & hoc fit cũ puluere subtili margaritarum infuso insucco limonũ, aut alio conuenienti, & detur per os. Tertioprohibendo dissolutionem spirituum cum aliquo appropriato. Quarto alterando ipsum, ut si cor sit nimis frigidum, cum aliquo calido, sicut cum doronico, &c. & si calidum cum aliquo frigido, sicut cũ camphora, & aqua ros. & cum buglossa, lapide lazuli, &c. Quinto cum letificantibus sua proprietate, ut ex assumptione hyacinthi cum aliquo potabili, & sic de alijs. Quæ igitur secundam & tertiam operationem perficiunt sunt hæc primum. R. sacch. ros. uiol. añ. un. 2. manus Christi cum perlis subtiliter puluerizati, aut dissoluti cum succo limonum un. i. san. ru. un. s. pulueris cordialis drag. 2. auri dissoluti artificialiter scrupulus i. syrup. de acetositate citri, aut acetosẽ un. 2. pulueris boli armeni un. s. cum saccharo alb. quantum sufficit, fiat confectio dura uel liquida, sicut placet. Alia ad idem. R. diaboraginis, uel residentie eius, sacch. añ.

añ. un. s. corticum citri conditi minutim incisi un. 1. pulueris cordialis drag. s. foliorum auri. 2. uel 3. cum saccharo, si expedit, fiat confectio in morsellis. Syrupus ad idem. R. succi acetositatis citri un. 1. s. cum aquis conuenientibus, ut buglossę, melissę, &c. & etiã alijs, si sit alia intentio quã confortatio. Item syrup. de acetosa, de agresta, de limonibus, & sic de alijs, secundum Mesue. Valent ad idem similiter trochisci de camphora, & dantur cum rob aut syrupo de acetositate citri. Potus etiam boli armeni cum uino subtili bene lymphato aqua rosata, & terra sigillata, secundum Auicennam, perficiunt dictam intentionem. Item R. pulueris superscriptę confectiois un. s. sed de bolo armeno non ponatur, nisi drag. 1. & auri scrup. 1. & addatur ligni aloës scrup. 1. ambrę parum, terantur, candidi sacchari ad pondus medietatis. Epithima ad cor. R. san. omnium ros. añ. drag. 1. setę combustę, been alb. & rub. añ. un. s. florum borag. bug. añ. drag. 2. ossis de corde cerui gran. 3. bulliant omnia parum in lib. 1. aque ros. deinde addatur aceti, croci, & camphorę parum. Et si debeat epithimari epar, epithimetur cum aliquo conuenienti, ut supra. Et ex his potest fieri odoriferum ad nares, & ponitur in ampulla uel funditur, & est conueniens. Potest etiam fieri linimentum temporum & pulsuũ. Cibus aggregans utranq; intentionem. Coque pullum in aqua, renoua aquã, in qua ponantur lactuca, acetosa, uel cucurbita, uel hordeum, facta decoctione coletur, & in brodio potest fieri pannata cum uitellis ouorum, aut puluis cum farina hordei. Potest etiam dari per se, sed semper in ferculis pone de uino gran. aut agresta, & si ponatur de puluere dicto supra drag. s. erit melius. Puluis etiam potest pistari & distemperari cum aqua rectificata cum auro. Fit etiã gelatinum cum succis prædictis & carnibus hœdinis, &c. Quarta intentio uertit se ad accidentia, qui possunt esse multa ab Auic. prima quarti numerata, inter alia est instantia uigiliarum, cui succurritur cum diapapauere, dando post cibum quantum est castanea, & cum unctiõne pulsuum & temporũ cum unguento populeo, & cũ tibiãrum lotionem in aqua decoctionis salicis, nenupharis, uitis, & sic de alijs, si sit alienatio mentis fiant diuersiones, & breuiter accidentia curentur, ut supra in alijs febribus, &c.

## De uariolis &amp; morbillis.

## Caput XXVI.



Variolę sunt pustulę paruę, rotundę quę comuniter toti accidũt corpori, & fiunt à materia mala sanguinea, putrefacta in uenis. Morbilli autem sunt pustulę cholericę in minori quantitate & duritie, minores uariolis, & fiunt ex materia sanguinea, cholericã, uel cum cholera. Signa uariolarum & morbillorum sunt, febris conclusa acutę caliditatis, pruritus narium, grauitas capitis, rubedo oculorum, cum pulsatione in temporibus, & fronte, punctio in toto corpore, timor in somno, & omnia hæc accidẽtia sunt intensiora in morbillis quã in uariolis, quia fiunt de

materia magis adusta, in oculis tamen magis accidūt uariolę quàm morbilli. Prognosticatio. Variolę citring, durę, parę, & uiolaceę, uel multum rubeę, ambulatię, ut formica, omnes sunt malę nature, præcipue cum maturantur & egrediuntur cum labore, & neq; febris, neque estuatio alleuiatur. Et si cum hoc tremor cordis egro superuenerit, indubitanter morietur, & si e contra, argue bonum. Cura diuersificatur secundum tempora, nam alia est cura ante apparitionem, alia cum apparent, alia cum crustam faciunt. Cum igitur sentit dolorem in dorso, & ita de alijs signis significantibus futuram egritudinē euenire, utatur phlebotomia aut scarificetur cum uentosis, deinde sumat micam panis cum succo gran. & aqua frigida, aut pultes hordei seu farris cum lacte amygdalarum, aspergendo semper desuper aggregatam, aut de uino granatorum acetosorum, aut lentes excorticatas conditas cum aceto, aut cibarium factum ex oleribus frigidis, aut lactucis, cucurbitis conditis cum lacte amygdalarum: Bibat succos stipticos, sumat decoctionem tamarindorum & prunorum cum manna, utatur trochiscis camphoratis, aut de spodio, aut alijs dictis capitulo de cura hecticę. Isto modo prohibetur egressio eorum, & si non, saltem minoratur. Cum igitur apparent, nullo modo phlebotometur nec uentosetur, nam phlebotomia traheret materiã ad intra, & propter idem prohibeatur solutium, non ungetur oleo, nec comedat unctuosa, neq; bibat uinũ, quia inflammat & auget, obmittat etiam trochiscos, & alia superius dicta, quia operantur cum intentione naturę intendentes expellere. Prouocet igitur sudor, & nullo modo stet in aere frigido, imò cooperiantur panno scarlatino, suaviter fricando, ut trahatur materia ad cutim. Ideo sepe in die sumat de aqua ista. R. ficuum siccarum, passularum, lentium excorticatarũ, seminis feniculi, ligni de myrto, aut sand. ru. añ. un. i. coquantur in libras quatuor aquę usq; ad consumptionem tertię partis. Alia ad idem. R. radicum feniculi, petroselini, succi berberis añ. un. i. s. ficuum siccarum, passularum añ. drag. 3. contundantur, & bulliant in aqua, ut prius. Sepe in die ponat de isto in naribus, oculis & gula, ne ibi generetur morbillus, aut uariola. R. aquę ros. lib. i. sumach uel berberis añ. un. i. carnositatis granatorum un. s. Item puluis anthimonij fricatus cũ succo coriandri uel solatri infusus in oculis & naribus, defendit, &c. Cum uero sunt mature & uirus ex eis manat, regatur cũ dieta & potionibus dictis supra. Et ubi fuerit multũ debilis, potest comedere de carnibus pullorum, uel hædorũ coctis cum lactucis, cucurbitis, &c. conditis cum agresta, acetositate citri, uel arancij. Et cũ indiget mundificatione, sternat lectus isto puluere. R. ros. siccarũ, uiol. uel florũ nenupharis, misce cum sand. & fiat puluis. Cum uero feruor & feb. recesserint, & cortices incipiant remoueri, tunc bibat uinũ debile bene lymphatũ. Et si nimis tardarent exiccari, liniantur cũ aqua salsa, deinde balneet in aqua dulci, decoctione maluaufici, uel maluę (hoc etiã confert tẽpore, quo incipiunt apparere) deinde unget oleo ros. et camomillino tepidis.

## DE FEBRIBUS

CIVITATE ET CURA PER CL. A.

doctorem medicum Christophorum Borsium P.

doctorem thesaurarium Christianissimi

regis Christianissimi

apud Bonna in

Germania

anno 1604

die 15. mensis

Iulij

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.

M. D. C. IV.



dis. Si autem signa concaua remanserint uel fœda, impinguetur corpus cum iuribus gallinarum et carniū, cum uitellis ouorum, bibat uinum dulce lymphatum, utatur sepe balneo aque dulcis per longum tempus, & præcipue post cibum, ungantur loca illa omni sero cum isto. R. lithargyrij triti & abluti cum aqua decem uicibus, & radicum cannarum siccarum, farinæ oryzæ, ossium uetustorum, seminum melonum, farinæ cicerum añ. un. i. puluerizentur, & misce cum mucilagine psyllij, fœnugræci, feminis lini. De mane lauetur cum aqua decoctionis, farinæ farri, uel roryzæ. Et si uis alia remedia recurre ad primam partem de ornatu faciei, & c.

HVIVS LIBRI FINIS.

## DE FEBRIVM CO-

GNITIONE ET CVRA PER CLARISSIMVM

doctorem medicum Christopherum Barsisium Pergom̃. in laudem  
domini Iesu Christi cuius nutu factum est omne  
quod est in inferioribus.

*De tertiana pura interpolata.*



**N**Cholerica interpolata pura sunt intentiones. Prima est, administratio regiminis rerum sex non naturalium, aëris, scilicet, & c. qui conseruet res naturales & remoueat præter naturales. Et uarietur secundum tempora morbi in quali & quanto. Si ergo aër frigidus & humidus, idem de alijs rebus nõ naturalibus. In diæta uero sunt hi canones. Primus canon est, grossior diæta sit in principio, & subtilietur gradatim usque ad statũ inclusiuẽ, ut à principio dando kist hordei uel panẽ contritum uel emulsionem eius, deinde gradatim subtiliãdo, ut in cap. apud Auicẽ. de cibaione, & c. illic. Et gradatim fiat eius regimen, secundum modum prædictum, & quotiens appropinquat status, subtilietur. Secundus canon, dum est tempus crisis diæta subtilissime. Tertius hora paroxysmi nihil detur nisi coacte, ut in cholericis, & casibus consimilibus. Quartus, si cibetur sit per horas i. ante paroxysmum, ut possit dari syrupi collecti illic. Et opus superueniat paroxysmus dum est, & c. Quintus, si acetibus in stomacho non detur aqua hordei, nisi subtilis, & cõfortetur cum radicibus apij & pipere, & hoc in stomacho proprie frigido & febre nõ magna uel non pura. Sextus, non cibetur fece sicca existente in intestinis. Septimus, uinum conceditur securius in declinatione, quam ante, commixtũ tamen maxime in die paroxysmi, ut apud Auicẽ. ibi. & non timeas post declinationem. Octauus, in cibaione autem intentio est humectatio, id est, restauratio, & con-

ceduntur carnes, &c. aut tunc dentur olera & acetosa, &c. Secunda intentio est, lenificatio uentris in principio, & alijs temporibus, cum ebibitis & clysteribus. Et nota, quod primo regulariter debent educi intestinorum superfluitates, secundo stomachi. Tertia intentio est digestio materie cum syr. acetoso de endiuiâ, oxyfacch. Ibi apud Auicem. imò opus, ut sumat in potu syr. acetosum omni mane. Primus canon: detur digestium materie, hora eligenda secundum tempus anni calidum aut frigidum actu, & detur ante paroxysmum per horas tres uel quatuor, uel post paroxysmum. Secundus: non infrigidet ultimo in principio, sed remisse & gradatim procedas usque ad statum, nisi timeas conuersionem eius in continuam uel causonem, licet iste canon, etiam posset poni sub nona & decima intentionibus infra scriptis. Quarta intentio est prouocatio urine, primo leuis, deinde fortior, ut procedit digestio & minoratio materie, ut ibi apud Auicennam laudat anguriam & melonem indi ex quo prouocant. Quinta intentio est diuersio uaporis & caloris febrilis à corde, in hora paroxysmi & alio tempore cum infrigidationibus & alijs, ut lotionibus, &c. Sexta est prouocatio uomitus & secessus etiam in paroxysmo, ubi conueniunt. Septima est euacuatio minoratiua & post euacuationem cum phlebotomia si conuenit, ibi in Auicem. Et quando possibile est ut phlebotomes uel cum uomitu, solutione uentris, &c. Primus canon non fiat in die paroxysmi nisi coacte. Secundus, non fiat cum fortibus in principio, nisi materia sit furiosa. Tertius, non fiat cum stipticis, ut myrabolanis nisi in fine. Quartus, fiat proprie post statum si natura non fecit, & si, non cura cum eo qui iuuatur. Quintus, euacua per loca conuenientia unde natura, & non agas contra ipsam. Octaua intentio est apertio pororum in principio primo, & postea usque ad prouocationem sudoris in fine paroxysmi, & post statum uniuersalem cum balneo frictionibus, ebibitionibus, &c. Nona est caliditatis febrilis extinctio, quæ debet à principio usque ad finem fieri, sed cum fortioribus in fine quod dicit Auic. ibi. Et si fuerit ibi caliditas superflua. Decima est, remotio male complexionis remanentis cum aqua hordei & positione pedum in aqua, &c. Et syr. acetosus est conueniens post paroxysmum, idem intellige in declinatione uniuersali. Et sub hac intentione includitur confortatio epatis, & membrorum læsorum, quæ posset poni in intentione. Duodecima est remotio accidentium, ut fitis, & aliorum si fuerint aliqua.

*De tertiana continua.*

**I**n tertiana continua sunt tot intentiones & consimiles, ut in interpollata, sed differentia est in quibusdam intentionibus, primo quia maior requiritur subtiliatio ciborum, propter maiorem propinquitatem ad statum, ex quo oportet minus occupari uirtutem, quæ sine cibo paruo tempore poterit stare. Secundo, eligatur hora cibationis, distans ab acerbatione per tantum tempus quo sit cibus digestus, nisi in paratis sincopi, ut supra, & etiam

& etiam ista hora cibationis sit hora maioris quietis, & si possibile est sit hora consuetę commestionis, ut in cap. de cibatione feb. in principio. Tertio, consimiliter intellige debere precedere educationem secum cibationem. Quarto, uinum plus negatur istis nisi plurimę commixtionis in declinatione ad prouocandum sudorem. Et nota quod hic conuenit exhibitio aque frigide, si fuerint conditiones posite in capitulo de cura putride in generali. Quinto, hic non conuenit cum aqua hordei miscere radicem apij uel piper, quia propter caussa feb. non acetosabitur aqua. Sexto amplius queritur in hac febre infrigidatio et humectatio quę in illa, & restauratio minus, nisi in declinatione, & post ipsam, unde cibaria eius preparantur cum ualde frigidis, ut lactuca, sandalis, portulaca, prunis, acetosella, si poterit habere recens, & aspergatur aqua ros. uino granatorum acetosorum, succo uue acerbe, id est, agreste, uel succo extrematum uitis, & cum tamarindis, &c. Et similiter infrigidatio in aere & in alijs rebus non naturalibus, quę est maior sicut declarabitur inferius in alijs. Secundo, principaliter est differentia, quia hic requiritur plus lenificatio uentris, cum maior hic fiat exiccatio. Et quia materia cholericæ expanditur hic ad superiora, & ad ambitum totius, scilicet plus per uenas, & minus educitur per intestina, debet tamen fieri lenitio cum leuibus, ut infra declarabit, ut proprie cum clysteribus, & administrando clysteria leuia in principio: In quibus ponantur infrigidantia fortia ut de cura acutarum laudauerunt succum melonis indi, cucumeris, cucurbitę, camphorę, olei ros. uiol. nenupharis. Et in his gradum elige secundum necessitatem temporis morbi, &c. Tertio principaliter est differentia in digestionem, quia in hac oportet plus obseruare digestionem. Primo, quia materia minus obedit uirtuti propter potionem in substantia & qualitatibus, unde natura non potest ipsam expellere extra uenas, & hic regulariter non euacuamus, nisi in declinatione unde diutius expectatur digestio. Item materia est amplius putrescens & maior est timor putrefactionis, scilicet propter nocumenta, & propter periculum conuersionis ad putredinem aliorum humorum. Tertio, quia oportet amplius materiam nocitiuam euacuandam separari a iuuatiua cum uideatur coniuncta bonis humoribus. Sed tamen de hoc est dubium, an semper ita sit unde primo detur digestiuum fortius, ut oxyfacchi, syrupus nenupharis, de paupere cum aqua acetosę, solatri lactuce, & similium. Secundo detur in maiori quantitate continua & discreta, unde in his eis facimus potus artificiales quibus continue possunt uti, ut syropos longos. Tertio similiter detur ante cibationem & post, ut de paroxysmo, &c. Ergo infrigides hinc ultimo, iuxta tamen uirtutis tenorem, & morbi intensiorem, & periculum conuersionis in causonę, ut ibidem apud Auicennam. Et ad infrigidandum cum syrupo acetoso. Aqua uero frigida sola uel cum aceto hic optime conueniret, si fuerint conditiones necessariae, &c. Quarto plus, id est, fortius & cum maiori sollicitudine debemus prouocare, cum frigidis tamen,

Y

tamen & cū seminibus minoribus frigidis, ut endiuie, lactuce, scariole plantagine, portulacę, acetosellę, & papaueris. Itē cū seminibus maioribus frigidis. Quinto est diuersitas in intentione principij ad febrem, scilicet in infrigidatione, quę hic requiritur maior ex omni parte, ut ex parte aëris, & aliarum rerū non naturalium, & clysteribus, potibus, epithimatis ad cor & epar, lotionibus, & emplastris, inunctionibus ad spinā infrigidantibus & humectantibus. Et nota quòd illud est singulare, quia secundum longitudinem spinę est arteria ahorta & uena chilis, quam infrigidare & humectare est summum remedium. Et de his habes in cura acutarum & supra in illa ad infrigidandum. Sexta & ultima est diuersitas in euacuatione, quia hic nō debemus regulariter euacuare cum fortibus, ut in fine declinationis, sed cum uolumus euacuare etiam alteremus. Et intentio ad phlebotomiam hic est maior, quia materia est intra uenas. Si tamen alia conueniunt, quia recta prohibitionis solutionis est eorum calefactio, & timor agitationis. Secundo, in cęteris dic ut in interpolata, secundum proportionem tamen.

*De tertiana non pura.*

**I**n tertiana autem nō pura priusquam ponantur intentiones est notandus canon Auicennę, scilicet ut consideretur propinquitas non purę ad purā, & elongatio, scilicet per maiorē quantitātē phlegmatis, & maiorē eius frigiditatē, & grossitiē, uiscositatē, &c. secundū species eius, & secundum hoc diuersifica, scilicet quantum ad ea quę sunt de licentia secunda, scilicet de secunda intentione, quę uertitur ad materiam, quę sunt similiter in se diuersarum qualitatum, oportet illam alterantia & illi opposita esse diuersarum qualitatum, uel plus super unam uerti quę fuerit magis dominās. Vnde incipiendo in prima intentione, quę est administratio regiminis debiti, modo quo supra, minor infrigidatio & maior calefactio est querenda ex parte aëris, & aliarum rerum non naturalium. In dięta uero eligenda est à principio grossior quàm in pura, & postea gradatim subtiliatur. Secundo hic in die paroxysmi nihil detur nisi sit quod prohibeat: Et quòd cibatio omni die iteretur, unde hic raro uenitur, nisi in die paroxysmi, ad dandum uinum granatorum, & similia, quę appellantur prope cibationes, quia non sunt uerę cibationes, &c. Tertio remotius à paroxysmo debes cibare. Quarto in cibus eorum sit quod abstergat & calefaciat parum, ut sunt sacch. passulę. Item decoquant radices cichoreę, in processu tamen. Vnde nota, quòd omnes febrim intentiones, quę conueniunt in uno morbo naturali ex parte complentur in regimine uniuersali, & dięta, & uariantur secundum tempora ipsius morbi. Reliqui canones de dięta etiam hic intelligunt. Secunda intentio est lenitio in qua oportet fortioribus uti, quia hic peccant plures materię cōmunes & difficiliore ad educationem, & ut clysterizentur in principio clysteribus acutioribus, in quibus Auicenna ponit carthamum, turbitih, &c. Tertia, est digestio quę habet  
maiores

maiolem gradationē quā in illa, unde à principio leuia, absterſiua, inciſiua, ſubtiliatiua, &c. conueniunt, ut ſyrupus acetofus ſimplex, uel mel roſatū, poſtea acetofus compoſitus cum duabus radicibus, ut poſtea cū quinq; radicibus. Similiter de aquis, primo faciles, ut aqua cichoreę, ſecundo abſinthij, tertio feniculi, apij, & lic de alijs adiuuantibus digeſtionem, &c. Et hic ſerua ſimiliter dare digeſtiuum in aurora ante paroxyſimum, & etiam poſt contra cinericiū remanens. Nec debet infrigidare ſuperflue, imò minus, ut patet, quā ſcilicet in tertiana pura. Quarta, eſt prouocatio urine, quę eſt hic magis neceſſaria quā in illa, quia materia eſt plus oppilās, et eſt difficilius educibilis, ſed tamē debet eſſe gradata ſequens diſpoſitionē materię. Quinta, eſt diuerſio, quę etiā debet eſſe fortior, quia materia percutit cerebrum, unde facit grauitatem plurimam in capite & extensionem. Item difficilius expellitur materia à centro, & expanditur ad circumferentia. Tertio, diutius ſtat caliditas fixa in corpore. Sexta, eſt prouocatio uomitus, de quo dicit Auic. Et ſcias quòd non eſt magis iuuans eos quā uomitus poſt cibum, cauſa quia uomitu educitur materia cholericā & phlegmaticā, quę reperiunt in ſtomacho, uno modo per indigeſtionem, alio modo per uiam deflexus uel aſcenſus à duodeno ad ſtomachum. Secundo quia mundificato ſtomacho melius digeritur cibus. Septima, eſt euacuatio, ſcilicet minoratiua quę pluries debet fieri ante ſtatum, unde iubet Auicenna etiam phlebotomiam fieri, cum, inquit, uideris urinas groſſas, intelligerubeas, & de hac phlebotomia bene conſideres, quia ex uerifſimili contingit cum duo humores peccant, & lic eſt multitudo humorū, & præſertim cum non ſit uerifſimile duos humores produci ad peccatū, niſi eſſet uel fuiſſet multitudo, quā natura non potuit refrenare, & ſi omiſeris eam erit magnus error, quia multi humores tranſibunt in lapſum, & hanc conſiderationē quā plures negligunt. Secundo iubet eam minorationem reiterandam ante completam digeſtionem, iuxta unum modum exponendi illam literam, & fortaiſſe conceditur illud in principio capituli. Et dum Auic. dixit infra: Et ut expectetur digeſtio, intellexit de euacuatione eradicatiua in qua oportet materiam plus digerere, cū ſit magis reſiſtens. Tertio uult cum ualde leuibus fieri à principio, propter illam minorationem, cum aqua algeleniabin, id eſt, melle roſato, ſyrupo acetofu, caſſia fiſtula. Quarto dicit fortaiſſe opus eſſe aliqua medicina forti, uno modo, & debili alio modo, ut euacuetur humor uiſcoſus, in pauca tamen quantitate. Et ut ſumatur medicina cuius parum ſoluat parum, & cuius multum ſoluat multum, unde non ſunt dandę decoctiones ſiue infuſiones uel nutricationes medicinarum, ſed detur ſubſtantia medicinarū fortium & in debili doſi. Sed in hoc oportet medicum prudentem eſſe, ne medicina talis agitet, & non educat. Ceteri canones ſupra ſcripti in pura, ſeruent etiā hic, ut, quòd nō moueas in die paroxyſmi, uel in hora maioris feruoris, ſi paroxyſmus durat quatuor horis. Secundo non fiat cum ſtipticis. Tertio quòd eradi-

catio fiat post statum, & non agas contra naturā. Qualiter uero fortia in principio conueniant iam dictū est, &c. Octaua, est prouocatio sudoris, uel saltem apertio pororum. Et licet illa materia minus sit educibilis, tamen multi uapores grossi egent resolutione. Et etiā quandoq; contingit sudoris prouocatio ratione cholere, & illa intentio etiā à principio conuenit, ut patuit supra in cura generali. Nona, est extinctio caliditatis febrilis, quę non trahit ad semagnā curam ratione intensiōnis, sed ratione diurnitatis, sic unde in fine paroxysmi & in declinatione uniuersali, querenda est ista extinctio caliditatis febrilis. Decima, est remotio male complexionis remanētis in stomacho, & in epate, &c. post crism & remotionem febrū. Undecima, est confortatio membrorum scilicet stomachi, epatis & cordis, sed maxime dictorum duorum, quia ex hac febre est timor de cachexia. Quę fiat cū appropriatis & aperitiuis, &c. secundum necessitatem, ut mouet Auicē. illic. Si autem prolongatur egritudo, & idem intellige, &c. Duodecima est correctio accidentium, ut grauitatis capitis, profunditatis somni, debilitatis appetitus, &c. ut supra.

*De causone.*

**I**n causone sunt intentiones, ut in cholericā continua Prima conditio est administratio regiminis, in quo Auicē. ponit quosdam canones differentes à superioribus, & ultra illos quia etiā illi hic præsupponuntur. Primus hic est, quod oportet ad huc subtiliori diēta hic procedere, quā in continua supra scripta, & patet quia causa est fortior, & breuioris chimi. Secundus, est cum times casum uirtutis, de quo est dubium propter accidentium sequitatem, necesse est cibare illos, & proprie qui sunt paratiores resolutioni, ut corpora rara & sicca, subtilium spirituum & humorum, & debilis oris stomachi, & etiam si ipsis aduenisset bulismus. Tertius, sit frigidum actū, imò & potenter omne quod assumunt, quia necessitas est maxima in frigidationis. Quartus canon ponitur ab Auicē. secundum unum modum exponendi illum textum. Et quandoque conueniens est ut dormiat, qui erit quod prouocetur somnus. Et ante ipsum somnum detur aliquod in frigidans notabile & resistens materiei cholericę, sicut aqua decoctionis tamarindorū, cum qua quandoque modicum ponitur camphorę, quę licet faciat uigilias in febre, ut canone secundo proprio, ratione intensi odoris sui uel etiam siccitatis, tamen extinguendo acuitatem febris & uaporum ac materię, plus iuuabit in prouocando somnum. Ratio uero primę partis est, quia in causone est multitudo uigiliarum, secundę uero partis causa est, quia cum per somnum fiat attractio caloris & humorum, &c. dubium est de magna inflammatione & maiori incensione. Secunda intentio, est lenitio uentris, ut supra, quę hic est ad huc maioris necessitatis propter maiorem exiccationem, & alias causas scriptas supra. Et indiget lenificatione in principio, in qua intellige quę supra sunt scripta.

scripta. Tertia, est extinctio caliditatis febrilis. Nam hæc febris trahit secū uehementem curam, ideo ponimus nunc istam intentionem esse, quia oportet maxime de ipsis esse sollicitum, de ipsa licet extinguenda febre etiam alterant & digerunt materiam, unde completur hæc intentio ex parte infrigidationis aëris, quæ potuisset includi in prima intentione ex potu aque frigide usque ad satietatem, si non fuerit quod prohibeat. Et si obliuiscetur potare ipsam, sicut etiam accidit phreneticis, tunc multiplicentur uices, infra tamen modicum tempus, quia pauca aqua excitat fortasse caliditatē, ut infra de pestilentia. Indicatio uero fortis de exhibenda aqua sumit ex siccitate forti ipsius aque. Aliorum modorum infrigidandi doctrina est in capitulo acutarum ex syr. epithimatis, unctiōibus, lotionibus, & cæteris. In hac intentione ultra supra scripta ponitur canon quod à principio infrigidamus cum syr. acetoso. Pro quo intellige etiam sibi similes, ut syr. de acetositate citri uel limonum, oxyfaccharam de nenuphare, & similes, postea in fine laudat Auic. fortiores, ut trochiscos de camphora, & similes. Et ponit canonē quod balneū declinans ad frigus & per cōsequens frigidius quàm in continua uel interpollata in declinatione conuenit, superius enim laudauit, quod esset temperatum, & patet causa ad infrigidandum & remouendum caliditatem febrilem, & uult amplius conuenire in causone à phlegmate falso quàm à cholera, quia autē maior est necessitas apertionis pororum, aut quia minus ante digestionem, & magis diligitur scilicet post digestionem in phlegmate falso quàm in cholera. Cuius causa patet ex supra scriptis capitulo de cura tertianæ, quare, &c. Quarta, est digestio materie, quæ completur ex parte per supra scripta in intentione præcedente maxime per syrupos, aquas, epithimata ad epar, & similia, quæ debent esse intensiora quàm in tertiana continua, serua tamen gradationem & reliqua supra scripta: & diligitur in eis syrupus acetosus. Quinta, est prouocatio urinae, quam etiam uult gradatam, ut apparet cum dicit Auic. Et in illa hora, id est, in declinatione diligitur syrupus acetosus cum decoctione seminis cucumeris. Sexta, est diuersio, quæ completur ut supra, sed hæc præsertim cum lotionibus ex capitibus papaueris, nenupharis, & similibus. Septima, est euacuatio in qua præcedit minoratiua festinanter fienda, eradicatiua autē post complementū digestionis. Et ratio prædicti est, quia materia licet nō sit furiosa, tamen habet similitudinem furiosæ, ideo est maxime suspecta ne maxima nocumenta inducat, cum sit in loco nobilissimo, scilicet prope cor, & est etiam suscepta ne transeat in furiosam. Item quandoque habet rationem multæ, quare timemus oppressionem uirtutis. Simus ergo audaces in minorando cū illis quæ dicta sunt. Secundo, Auic. ponit canonem de phlebotomia, quod stante urina turbida, id est, grossa, rubea, significante super sanguine uel mixtura humorum cum sanguine, fiat phlebotomia aliter non. Et si euacuare debes, soluendo misceas ducentia medicinarū uirtutes ad cor. Et caue nocentia notabiliter cordi, nisi

coactus sis. Octaua, est prouocatio uomitus, secessus, cū leuibus tamen, propter timorem ne superfluant, & fiat, si conuenit, ut supra in capitulo generali. Nona, est leuis apertio pororū cum leuissima fricatione, & alijs supra scriptis, & in fine status uel declinatione succedit sibi prouocatio sudoris, maxime in declinatione & potest illam cum precedenti coniungere. Decima, est confortatio cordis, in qua Auic. laudat in fine tamen trochiscos de camphora. In statu tamen confortatio sit cum regimine cum cibis, potibus, epithimatis, &c. Undecima, est remotio male cōplexionis remanentis post crism, in qua si uis ualet balneum, modo supra scripto. Duodecima, est correctio accidentiū, ut fluxus sanguinis nariū, si superfluus sit & creticus, & si nō sit creticus secundū doctrinā in decima quinta tertij perquirendā. Secundo, si sit difficultas anhelitus, quę sequit̄, ut cōmuniter, a refractione musculorū, & lacertorū, pectoris, ideo fiant inunctiones humectātes, & epithimata secundū necessitatē. Tertio, defendas caput eorum cum unctioe ex oleo ros. aqua ros. & aceto cum sandalis & camphora: Item embrochationibus epithimatis, &c. propter dolores pulsionis temporū, imò propter periculum phrenesis, omnia tamen cum syrups suis. Quinto, prouoces somnum cum papauere albo uel nigro, cum populeo unguento, & alijs somniferis, sis ergo sollicitus ne sit solutio uentris superfluens, imò cum euacuas, euacua cū timore. Et in restringendo Auic. laudat duplicem descriptionem trochiscorum de spodio. Circa quas intentiones est memorandum determinatione hypothetica, scilicet ad ultimas egritudines. Et illius medicari in ualde acutis, si conuenit eadē die, &c. quarta apho. est ergo causon ultima egritudo & acuta ualde, oportet ergo multū & repente subuenire, & multiplicare remedia, & intendere seruata conditione uirtutis, hoc intellige principaliter, de intentionibus secundarijs, in quibus consistit uis curationis, ut sunt digestio, euacuatio, extinctio caliditatis febrilis, & correctio accidentium.

*De synocha & syncho.*

**I**N sanguineis scilicet synocha inflatiua siue sine putredine, & syncho cum putredine, sunt intentiones quibus declaratur differentia inter unam & aliam, & plus in una quā in alia. Prima, est regimnis, cuius maior est infrigidatio, & subtiliatio, quantū ad dietam, est inquirenda in synocha quā in syncho, saltē in illo qui non est similis causoni, in alio enim in quo accidit putrefactio ab humore crudo uel aquoso, non est necesse infrigidare multum, sed mundificare, incidere, & sic de alijs, ut infra dicetur. Patet autem quod in in synocha inflatiua & syncho simili causoni, sit necessaria infrigidatio fortis & subtiliatio. Vnde Auic. illic: sibi uero sint illi, &c. laudat iuiubas in cibarijs, quia ingrossant, lentes cū aceto granatorū, & sumach, & cucurbitas cum acetofella, quę est singularis, hic & portulaca, lactuca, endiuiā, cucumeres, pruna, pira, poma, scilicet cocta, ut supra in generali, & acetosa,



tosa, ut aranceas, citrum, limones, maraschas berberis, agresta, uinum granato-  
 rum sit potus eorum, & similia, ut etiã supra, in synocha uera quandoq; opor-  
 ter digtare diætã grossã & restauratiua, ita ut quandoque oportet conari supra  
 hæc, sicut infra declarabitur in pestilentialibus, cuius causa est, ut sanguis bo-  
 nus restauretur, propter alium corruptũ, & ingeneretur ut cum cibis permi-  
 sceantur calida uel frigida, secundum gradũ egritudinis & febris, prohiben-  
 tia putrefactionem: Frigida, ut acetosa & sandali, coralli, spodiũ: Calida, ut aro-  
 matica, cinnamomum, garophili, & similia. Si uero putrefactio declinaret ad  
 naturam frigidiorum humorum, tunc eligantur absterisua, subtiliantia, inci-  
 sua, &c. secundum necessitatem. Reliqui canones supra scripti de diætã intel-  
 liguntur hic. Secunda intentio, est euacuatio aliqua, ibi apud Auic. Euacuatio  
 autẽ. Vbi loquens in qualibet specie sanguineę febris iubet phlebotomiã ma-  
 nus, id est, brachij, quę debet fieri quam primum est possibile, eligendo uenã  
 secundum canones uniuersales, ut basilicam, sanguine multum inflammato,  
 uel circã spiritualia, ut in epate peccante: nigram uero, peccato existente in  
 toto, & causa est nota ex dictis, quia phlebotomia proprie respicit peccatum  
 sanguinis, & ponit Auicenna canones infra scriptos Primus, non expectetur  
 digestio ante phlebotomiam patuit hoc supra in sermone generali, & proprie  
 est uerum in synocha inflatiua. In synocha uera etiam in principio non expe-  
 ctamus digestionem, sed minoramus, ut melius natura regulet. Postea uero  
 digerimus, ante alias phlebotomias, ut sanguinẽ contingit declinare ad gros-  
 sum uel subtile. Secundus, si non est possibilis phlebotomia uenarum brachij,  
 permutatur ad alias uenas magis uicinas, ut spatularũ uel coxarum, alias costa-  
 rum uel crurium secundum doctrina in quarta primi capi. phlebotomia: usq;  
 ad uenã frontis, & phlebotomia nullo modo licet, fiant uentosa in locis con-  
 uenientibus, cum scarificatione. Et si non possumus uentosare, fiat solutio uen-  
 tris, ut infra de mundificatione, quare, &c. Tertius, non fiat phlebotomia, ci-  
 bo existente indigesto in stomacho, ne attrahatur indigestum à stomacho,  
 sed necessitas frangit illud. Quartus, fiat phlebotomia usque eger appropin-  
 quat syncopi, uel cadit in eam, si corpus fuerit forte, per syncopim uero intel-  
 ligo, non quod semper debeas euacuare ita ut fiat syncopis, quia multa sunt  
 corpora, quibus non accideret syncopis, etiam si quatuor aut quinque uel sex  
 lib. sanguinis euacuarentur, sed intellige quantitate exuberante, quę ad sum-  
 mum esset lib. 1. uel 2. Et assignat causas quare ita debet fieri phlebotomia,  
 quia fit fortis infrigidatio, & cura morbi cũ paruo auxilio aque frigida sum-  
 pte in potu. Quintus, si accidit syncopis cibetur pane cum aqua agreste uel ui-  
 no granatorum. Et si acciderit ex phlebotomia, partitio in phlebotomia est  
 melior si non fuerit necessitas fortis: patet, quia melius cõseruatur uirtus, &  
 fortasse minor phlebotomia q̃ ad syncopim sufficit. Sextus, reiteret phlebot-  
 in processu febris, secundum necessitatem, sed ad minorandam ad huc uel era

dicandam materiam. Sed nota, quòd magna differentia est inter conuenientiam phlebotomię in synocha inflatiua & in synocho: Primo, quia amplius ab initio oportet in synocho phlebotomare, patet supra ibi: Et cum postponitur: Secundo, quia in minori quantitate oportet hic phlebotomare, maior enim imò maximus est timor hic uirtutis, cum deficiat instrumentum eius scilicet sanguinis. Tertio, in processu febris non est fienda phlebotomia, nisi cum aliqua digestionē præcedente, ut supra, & nisi cum forti indicatione & constantia uirtutis, patet propter causas dictas de debilitate uirtutis, permuatatur sanguis in qualitatibus, imò substantia, &c. Tertia, est lenitio uentris, quę patet ut supra. Et hæc debet præcedere phlebotomiam canonicę, si requisierit dispositio ægri, tamen non propter hanc, stante necessitate, differemus phlebotomiam, saltem multam. Nota autem quòd Auic. ponit canonē quòd hanc lenitionē oportet quandoq; facere cum myrabolanis & cassia fistula, & similibus, quia in his febribus frequenter abundant materię multę in uis communibus, & hoc ex eo quia uenę non multum sugunt. Nam etiam membra non attrahunt à uenis, cum non sit sanguis aptus pro nutritione membrorum, propter putrefactionem, & inflammationem, ut etiam contingit in lepra, scabie, &c. Quarta, est extinctio caliditatis febrilis in qua summe laudat aquam frigidam, ibi: Et non sis contentus in infrigidatione, quin soluas ne fiat oppilatio & putrefactio. Et hic intellige omnia quę dicta sunt supra in causone, & ceteris. Et in hac intelligit Auic. digestionem sanguinis in synochare quisiitam ibi. Sanguinis uero ingrossatio. Quinta, est digestio quę proprie contingit in synocho, & completur per diuersa, ut in synocho propinquo causone conuenit digestio, ut infra in phlegmaticis. Sexta, est prouocatio urine, ut supra dictum est in continuis & causone. Septima, est diuersio cū prouocatione hæmorrhoidarū uel menstruorū cū phlebotomijs saphenarū uel brachiorū, & similibus, ut supra. Octaua, est mundificatio, mundificatio autē fit cum solventibus choleram, ut supra, cum aqua fructuum & similibus. Aut cum edulentibus humores aquosos, putridos, crudos, ut turbit, agarico, &c. ut in phlegmatica. Nona, est confortatio cordis & minere uite, ibi: Spiritus cum cordialibus syrupis, epith. Decima, est prouocatio uomitus, quę hic conuenit primo, & hoc per accidens, ut supra. Secundo, prouocatio secessus, ut supra de lenitione. Undecima, est prouocatio sudoris, præsertim apud crisim, & ante illam, aperiantur pori modis leuibus superscriptis. Duodecima, est remotio male qualitatis remanentis post crisim, modis supra scriptis. Tertia decima, est accidentium correctio, ut illic. Et si accidat dolor capitis, custodiatur caput, eparq; principaliter fluxus sanguinis narium si superfluit usq; ad syncopim, & alia ut in litera & in locis proprijs require.

De feb.



**I**n phlegmatica ponit Auic. duo notata, ponit enim primo, quòd in intentionibus habendis in cura phlegmaticæ diuersitas est seruanda, secundum materias phlegmaticæ. Gratia exempli aliter digerit phlegma falsum, aliter dulce, aliter acetosum, &c. Et ita etiã est diuersitas quantum ad alias intentiones. Secundo, diuersificatur penes tempora uniuersalia & particularia, & apparitionem digestionis, quæ apparitio plus uariatur in phlegmaticis quàm in reliquis febribus, scilicet quia aliquando apparent signa digestionis, & est augmentum, deinde postea apparent signa cruditatis propter multitudinem uel uarietatem phlegmatum, &c. ideo non possumus uniformi & successiua cura procedere, sed secundum istas diuersitates diuersificare operationes in intentione uel remissione, & alijs secundum canones uniuersales. Prima intentio, est administratio regiminis, in qua quantum ad causam, quæ frequenter ad se trahit curam, antequam ad febrem ueniamus, querenda est calefactio & exiccatio, ex parte aeris & aliorum. Primus canon si materia est frigida, non est utendum pipere & uino subtili pauco uel plurimo. Sed in cibis eorum ponuntur subtiliantia, exiccantia, incisua & abstergentia, secundum quòd materia indiget, ut statim dicetur de digestionem in illa parte. Cibi autem illorum subtiles, unde laudatur almuri, sinapi. Secundus, quando phlegma est acetosum, uiscosum, aqua ciceris, porrũ, capparis, origanũ, asparagus, cymĩnũ, & cõsuetũ est facere decoqui apud practicãtes radices apij, fœniculi, petroselini, &c. in cibarijs & cũ aromatis stomachicis aromatizare cibos, ut cum cinnamomo, pipere, garioph. Tertius, & dimittant olera, in quibus est humectatio & infrigidatio. Quartus, cura temptatiua & præuisiua uel in illa in qua speratur status propinquus, in principio, id est, in primis diebus sit diæta subtilissima, & fortassis est contentus aqua hordei in tribus primis diebus. Si autem status apparet longinquus cura præuisiua, fiat diæta subtilissima, uel subtilior quàm uideatur conuenire, quia possibile est quòd succurreret illi cum ingrossatione, post tamen nõ subtiles amplius, & hic præsuppone alios canones supra scriptos in uniuersalibus de hora quietis, de paroxysmis, & hora cibi est post teporem. Quintus, in fine augmenti concedetur uinum, ut infra, & uinum subtile ualet eis in hac hora. Sextus, fames, exercitium, siue motus, somnus super famem, in hac ægritudine est summum remedium, si non debilitant. Mensura autem somni eorum est, ut sit æqualis uigilijs, ut sit digestio materiei ad somnum, & resolutio ad uigilias. Secunda intentio est, lenitio uentris, quæ in omnibus conuenit à principio, & omnes species comunicant. Intelligendo de pura lenificatione, quia minoratiua non conuenit nisi præparata materia, uel ipsa existente multa. Primus, non fiat assiduatio quando materia est cholericã. Secundus, quando natura non est lenis, ut detur medicina de turbith, in litera descripta in parua dosi, aut

agaricus cum melle, uel confortetur lenificatio cum aqua luleb, id est, uolubilis, medulla carthami, & cum clysteribus oxymelle, centaurea, licet ille sermo posset etiam referri ad minorationem. Tertia, est prouocatio uomitus mundificantis stomachum à materiabus communibus in ipso communiter peccantibus, non attrahendo tamen materias aliunde, & est ultimus huic ægritudini. Primus canon si accidat uomitus, proprie in principio periodi, non retineatur nisi debilitet & fatiget. Ex quo sequitur etiam uomitum prouocandum, non solum ad materias communes peccantes in stomacho, sed etiam ad euacuationem materiei coniunctæ uel antecedentis, quarum tamen euacuatio debet sequi digestionem, ut infra. Secundus canon, si superfluum, retineatur cum miua, & syrupo de menta. Quarta, est digestio materiei, & omnes eius species communicant in hora principij: Et sequitur & in necessitate administrationis subtiliantium & incidentium, & diureticorum. Vbi nota, quod sub digestionem includitur apertio siue remotio oppilationis, quæ est frequens causa febrium: Et amplius in phlegmatica propter multitudinem, grossitiam & uiscositatem ipsius phlegmatis, ubicunque reperta fuerit ipsa oppilatio siue in concauitate uenarum siue in orificis, siue in earum porositatibus, siue in uis, siue in receptaculis, siue in porositatibus membrorum, uel in cute totius, &c. ut patet secundo aphorif. commento illius. Corpora ubi quis uult purgare, ubi Gal. apertionem numerat inter partes digestionis præcedentis euacuationes. Et similiter intellige infra. Et posset etiam poni apertio pro una principali intentione, si quis uellet, licet melius sit ipsam ita subincluere sub digestionem. Idem dico de confortatione membrorum, quæ etiam est pars digestionis, pro quanto membra confortata fortius alterant materiam. Sed quia confortatio etiam requiritur, & est necessaria, pro recuperanda omni dispositione sanitatis amissa uel lapsa, & fit non solum à medicinis, sed etiam à cibo solum materia operante. Ideo ponimus semper unam principalem intentionem esse confortationem, quæ qualiter ex omni parte compleatur, alibi declaratum est. Primus canon, aduertenda est primo qualitas & dispositio materiei, ut supra in principio. Nam aliud digestum & subtiliatium, calefactiuum, & incisiuum requiritur instante dulci, quia scilicet leue. Aliud in phlegmate uitreo uel crudo, sicut esset mel ros. uel oxymel uel syrupus acetosus saccharinus simplex ad phlegma dulce. Syrupus uero acetosus de radicibus duabus uel tribus, uel quinque ad phlegma crudum, uel syrupus de calamentho, &c. Et hic canon intelligitur proprie in principio febrium unde Auic. Et cum superuenierint, & si ante illud mouebis, nocebis & non facies autem. Ex quo sequitur non solum diuersificantia, digestiua, subtiliatia, calefactiua, incisua secundum species & qualitates materierum, sed etiam secundum tempora, ut supra. Etiam dicebat, quia in principio stante materia indigesta, minus dandum est de his quæ agitant & mouent, uel aliquantulum educunt de materia, quæ postea dum ipsa fuerit minorata.

minorata. Nam digestiuorum subtiliantium & incidentium, quæ sunt leuia, non agitantia ut oxymel & mel ros. quasi fortia, ut syrupus acetosus, compositus de quinque radicibus, de hyssopo, de thymo, & sic de alijs. Sicut etiam prouocantiũ quoddam leue, ut aqua hordei, quoddam fortius, ut syru. de radicibus. Lege Gentilem uidebis quod principium Auic. dicit esse dierum tritium, & tam diu donec materia à natura alteretur, ita ut non timeatur eius agitatio. Et ratio est, quia ea quæ sunt fortiter subtiliantia, etiam sunt aperitiua, ideo prouocant & educunt per urinam alterantq̃, quare, &c. & hic communiter nota quod notat & Gentilis, quod quatuor modis subtiliatuũ fit prouocatiuum. Et ego. Primo, ex diuersitate patientium, fortitudine caloris, diuersitate humorum & complexionis, &c. Vnde unum uni erit subtiliatuum tantum, ut rustico quod erit subtiliatuum, & prouocatiuum corpori delicato exlimateuum amplorum. Secundo, ex diuersitate dosis, nam parua dosis erit tantum subtiliatua, ubi inaior erit etiam prouocatiua. Tertio, ex diuersitate intestinorum & uiringuiarum, & potest sub primo includi. Aqua enim ciceris, si inuenit hominem aptum solui, soluet & non mouebit ad urinam, sed solum subtiliat materias stomachi & intestinorum, & absterget. In alio autem homine prouocabit, &c. Quarto, ratione commixtorum refrenantium & retinentium in partibus stomachi, sicut si cum syrupo composito commisceas sacch. ros. uel endiuia. Si cum subtiliatuuo misceatur prouocatiuum uel aperitiuum uiringe, ut grana milij solis, cum geleniabin. id est, melle rosarum colato. Secundo, reiteranda est digestio post minorationem materie, & etiam uigoranda, id est, fortiora eligantur in processu quàm in principio. Et quando pertransit nonum, tunc necessariũ est administrare quod subtiliat plus. Quinta est euacuatio minoratiua & paulatiua, quæ etiam potest fieri in principio uel in augmento magis, quia non solum debet lenire & dirigere, imò euacuatione proprie paulatim minorare. Primus canon reiteretur illa euacuatio minoratiua, & euacuetur, si materia obedit nature, per digestionem ulteriorem. Secundus, non dentur illa euacuantia, quæ solum educunt quod est subtile, & dimittunt grossum, ut aqua prunorum, &c. Tertius, si apparet urina grossa, rubicunda, non est malũ si phlebotomes siue in principio siue augmento. Quartus, diuersificatur minoratio secundum materias, ut in phleg. dulci & falso, & uniuersaliter minus grosso indigemus, & sufficit odor turbith uel agarici, & in phlegmate grosso substantia turbith cum zinzinbere & colocyntha, &c. sicut etiam alię intentiones secundũ materias diuersificatas. Quintus, cõpletior digestio est expectanda in speciebus phlegmatis crudi, quàm in dulci falso, insipido, illic apud Auic. Et multotiẽs quidem concedit euacuatio phlegmatis & humoris crudi in hac hora. Sed melius est ut expectet in eo digestionis cõplementũ, id est, digestio cõpletior, quàm in reliquis speciebus phlegmaticæ. Sexta est prouocatio urinæ, quæ à principio debet esse leuior, postea fortior

secundum quòd materia minoratur & digeritur, ut ibi. apud Auicennam. Et quando pertransit decimusquartus dies, tunc necessariū est administrare quod subtiliat magis intellige, & prouocat, sicut patet ex syrupo acetofo cum seminibus scilicet maioribus calidis, hysso & thymo, &c. ut supra. Ex quo apparet quanta in his secundum tempora debet esse gradatio. Septima, est aperiō siue euacuatio uaporum, materierum communium & propriarum, quæ primo fit cum fricatione. Et postea Auic. laudat fricationem cum tela aranea in oleo. Licet secūdo canone cap. quinto alias decimosexto de Arena, laudat eā in tertiana. Et Serapio autoritate Diaſco. dicit cap. 20. alias 47. quòd ipsa debet misceri cum aliquo medicamine uel unguento. & extendi super petia, & alligari temporibus, & pulsibus brachiorum, & curabit. Valet etiam in quartana, ut ibidem, scilicet illa quæ est alba linita corio, & suspensa collo, ut Diaſco rides cap. 56. lib. 2. &c. Primus canon, in principio paroxyſmi & in principio uniuersali, leuius sunt aperiendi pori, ut cum leuioribus fricationibus, & alijs, imò forte dimittendo in principio particulari paroxyſmi, in augmento uero confidentius, in statu & declinatione cōfidentissime, nisi sit aliquid quod prohibet. In quiete autem plus cōuenit quàm tempore paroxyſmi, ideo ista intentio posset poni post secundam, sicut etiā in alijs, & in opere pratico est in opere primo, communicans tamen totam curam usque ad finem. Prouocatio uero sudoris hic parum attenditur propter materiæ resistentiam. Octaua, est diuersa euacuatio malorum uaporum & putridæ fuliginis à corpore, & etiam humorum putridorum à locis nobilibus, quæ completur per fricationes circa extrema, ut in intentione in mediate præcedenti. Item quantum ad materias cum lenitiuis & prouocatiuis educentibus & mundificantibus per loca euacuationum, & ultimo cum minoratiue & eruditione euacuantibus materias proprias febrium. Primus canon, hic diuersio est reiteranda & uitanda post minoratiuas & eradicationem. Nona, est confortatio membrorum lapſorum, & maxime stomachi, & propriissime oris stomachi, quod in hac febre maxime læditur, ut pluribus locis Auic. docet & hæc intentio colligitur illic expresse. Et quando incipit egritudo augmentari, & post id tunc sit sollicitudo tua de ore stomachi, et quòd ipsum confortat sunt masticationes factæ ex menta, & masticæ. Decima, est euacuatio eradicatoria, quæ debet fieri materia complete digesta, quæ licet non possit eradicari in una uice, tamen in pluribus frequentatis. Vnde laudat agaricum continuis diebus sumptum. Vnde decima, est extinctio caloris febrilis, quæ hic parum trahit ad se curam, nisi illa quæ fit de phlegmate falso. Et hic etiam intellige remotionem malæ complexionis membrorum remanentis etiam post febrem. Duodecima, est correctio accidentium, ut uomitus superflui fluxus, inflationis faciei, siue cacohexiæ, aliorum.

De feb.

*De feb. phlegmatica continua.*

**N** cura uero phlegmaticę continuę, quę dicitur latica, sic procedatur ut in interpollata, licet in intentionibus eisdem hic & illic cadant diuersitates, ut in prima intentione conueniat hic subtilior dięta, & patet ratio. Secundo, oportet studiosum te esse magis in eligendo horā cibationis penes minorem afflictionem, & alia quę supra, & c. Secunda, diuersitas est in intentione quartę digestionis, in qua iubet Auic. hic administranda esse subtiliantia calida cum facilitate, ut geleniabin, iulep de melle, id est, ubi plus ponitur mellis quàm aquę, in aqua mellis & plus etiã bullit, & usq; ad administrationem trium radicum, & patet causa huius diuersitatis propter materiam esse ad intra uenas, & alia, & c. Et Gentilis scribit se uidisse quendam liberatum à phlegmatica  $\sigma$ . mensium per usum succi apij syrupizati cum melle.

*De empiala & lipparia.*

**E**mpiala, lipparia & illa in qua simul sentitur frigus & calor una uia curantur, simili cura phlegmaticę supra scriptę, nisi quantum hæ fiunt à phlegmate uitreo, licet lipparia aliquãdo fiat à cholera grossa. Ex quo apparet digerentia, subtiliantia, abstersiua, & incisua debere esse intensiora, licet etiã à principio leuia, ut in prima exēplificat Auic. de syrupo acetoso, mellino, & sacch. à quibus postea ascēdamus usq; ad intensa, secundū dispositionē materię, & postea ad solutiua & diuretica, ut supra in phlegmatica. Itē laudat maxime usum clysteriorū acutorū, patet ratio quia mundificat phlegmata grossa, & c. Ultimo uult q; in lipparia minus damus subtiliãtia quàm in empiala, quia in empiala calor intus est sopitus & remissus. Et ideo nō ita timeamus super calefactionem, sicut in lipparia. Vel quia etiam lipparia aliquando fit à cholera: Aliter potest intelligere de dięta, quę debet esse subtilior in lipparia, ut fiat maior subtiliatio, & digestio materię plus distantis à fonte caloris. Reliqua uero de cōfortatione stomachi, & c. iuxta intentiones positas in phlegmatica comprehenduntur.

*De syncopali humorosa.*

**I**n febre syncopali humorosa, quę est difficilis curę, sunt intentiones similiter habendę sicut in phlegmatica. Et in prima intentione, quę administratio est debiti regiminis, ponit Auicenna canones: Cibentur pane infuso in uino illico dum timetur aduentus syncopis, quem comprehendimus ex debilitate & casu pulsus: Et ad hoc oportet aduertere te diligenter. Secundus, ratione uirtutis & in comparatione ad morbum dięta debet esse subtilissima, sicut aqua mellis, aut aqua hordei, supra quam nō addatur, nisi cadat uirtus, ut illic: Cibus autem super quem fit dormitio, quia super cibū qui dat ratione syncopis nō debet homo dormire, ut quinta tertij. Sed super illum qui datur ratione uirtutis sustentando licet dormire, uel dic super quem fit dormitio, id est, securitas in exhibendo, quia isti cibantur semper

Z

cum magno timore, ut uide supra in cap. defeb. illa syncopali, propter causas quas ibi tangit. Sed nota quia dicit, super quē, non additur nisi, &c. quod aut humores istorum sunt ita mali, quod ab eis non potest corpus nutriri, & tunc non debet tam subtilis dari diēta, sed aqua pulli uel ptisana, &c. uel humores ipsorū possunt digeri & conuerti in substantiam, & tunc licet subtilissime digere à principio usq; ad septimum diem secundum existimationem tuā. Tertius canon, uinū cōceditur in hac febre, etiā à principio, quod Gal. uoluit esse aquosum ibi non uinosum. Et cōmixtio eius cū aqua erit in discretionē tua, & hoc tam ratione syncopis q̄ etiā ratione fortificationis uirtutis. Et si illa febris fuerit ex materia cruda, unde dixit febres eorū sanguineę, quia phlegma sanguineū minus crudū, licet magis inflamabile uel sanguineę, id est, cū peccato sanguinis, in quibus cum sit uirtus debilior necessitas maior refocillationis spirituum & caloris, quę fiet per uinū, & proprie in senibus. Sed debet dari uinū propter causam assignatam, uel quia raro fiet in eis illę sanguineę. Item post cibum, quia scilicet non solū in cibo, sed etiam alijs horis, ad restaurandum uirtutem. Secunda, est lenitio uentris hic multū cōmendata, unde in prima: Tu enim cum clysteribus mundas quod est in intestinis & uenis propinquis eis ex superfluitate. Vbi tamen etiam includere uidetur aliquid de minoratione materiei proprie febrū, dum dixit: Et uenis propinquis. Et quolibet illarū à principio debet esse multum facilis, ne agitet materias, & fiat syncopis. Ex quo patet primo multum uerendum esse uohtitum propter syncopim, tam illum qui educit materias cōmunes, quā illū & multo magis qui educit aliquid de materia propria. Patet secundo, digestiua quę sunt in intentione quarta etiam debere esse remissa non agitantia, ut in litera. Et de eis quę conferunt eis sunt subtiliantia, ut aqua mellis cum uirtute hyssopi, &c. non dixit cū uirtute hyssopi & aqua mellis. Nam syrupus compositus uel ex radicibus, &c. Et infra & syr. acetosus, &c. Patet tertio in quinta intentione quę est minoratio, similiter leuiter euacuandum, unde inquit: Et modus curationis eius est euacuatio gradata ex subtili ad fortem, imò quasi uidetur uelle euitandam esse euacuationem, dum inquit: Et Gal. quidem inquit, quod defecit ab euacuatione, id est, dimisit euacuationē, scilicet per uias manifestas, insistens fricationi, &c. Patet quarto similiter de prouocatione ualde paulatim sine agitatione fienda, ut supra. In septima uero intentione. Auic. iubet insistentes dum dixit: Et administras residuo subtiliationem cum fricatione. Et infra, ad summum canonē curationis eorum est subtiliatio, non calefactio ualde. Vnde uisus est dimisisse considerationes duplicis materię, unam in intestinis & uenis propinquis, & hanc clysteribus supra iussit educendam. Et alia in uenis post epar, & hanc fricatione calefaciendam, subtiliandam, euacuandam, & resoluendam uoluit, & uide modū fricationis in litera scriptū. Et declarat in hac plus quam in alijs esse curę spem ac securitatē. Consequeris enim plures effectus intentos & iuuamenta, secundum



dum apertionem pororum, & euacuationē uaporum tam comuniū quā proprium malorum, etiā diuisionem eorum à corde. Et est octaua intentio, prohibitionem syncopis quod est sub cura accidentium in ultima intentione explicanda, eradicationem materierū, & postea euacuationibus sensibilibus aggredi poteris, & hæc est nona intentio. Et si uis, potes etiā sub cura accidentium ponere illos sermones: Et syr, acetosus mellinus, &c. est conuenientius quo potantur ad sitim, &c. ubi docet sitim sedare. Nona intentio, quæ est confortatio, &c. fiat ut supra in phleg. Decima uero, quæ est extinctio febris & caliditatis remanentis, parū est hic necessaria, ut in alijs phleg. Et hic minus quia materia huius febris est phleg. crudū sua frigiditate multū nocens, ergo, &c.

*De syncopali humorosa à cholera.*

**I**n febre uero syncopali humorosa à cholera laudat uomitum & lenitionem uentris, dicitur uomitum facilem, quia materia cholericā inter alias materias facilius educitur. Item ad ultimum melius est ut assidue proficiat in ea, id est, melius est quotidie aliquid leuiter facere, ut lenire, leuiter uomere, & fricare quemadmodū in phleg. & attendere uirtuti, & non subito euacuare multum, quare, &c. In reliquis dico ut supra.

*De syncopali minuta.*

**I**n febre syncopali minuta habende sunt intentiones, ut in tertiana continua, uel causone, aut ut in pestilentiali, de qua infra. Primam tangit dum dixit: Et uiuificentur cū cibo. Per quod intellige totius regiminis uniuersalis sex rerū non naturaliū debitā administrationē. Quod ad frigiditatē notabilem debere declinare nemo dubitabit, & litera declarat, pro quo recurre ad supra scripta de tertianis. Sed nota canonem in uerbo illo uiuificent: quia aut oportet istos ex cibo syncopi releuare & defendere secundum canonem curæ syncopis. Aut oportet illos ad cibi assumptionem cogere frequentem, ut resumatur & sustentetur uirtus deficiēs & resoluta. Secundo, dixi paulatim, quia modicum & sepe. Tertio, ut fit cibus omnis alteratiuus cū resistentibus feruori cholere, & cum prohibentibus syncopim & putrefactionem, ut sunt acetosa. Secundam intentionem hic coacte ponimus extinctiuam feb. Et tertiam digestionem cholere siue refrenationem, eo quod in opere practico oportet maxime in his attendere quod Auic. declarauit dum dixit, oportet ut emplastretur, &c. Et omne ingenium supra de regimine acutorum & cura tertianarum hic intelligas, & applices imò etiam ea quæ infra de pestilentia dicent, & hæc feb. est quasi de genere earū quare illic ea suppleant.

*De quartana.*

**I**n cura quartane est primo notandū, quod Auic. preponit, scilicet quod cōsideretur in hac egritudine, an sit melancholia phlegmatica, quia secundum uariationem illorum quæ maxime inter se differunt, tam in modo substantiæ quā in qualitatibus suis, oportet uariare cu-

ratiua remedia, ut patet intelligēti, & aliquantulum patebit infra. Similiter intelli-  
 ge de tēporibus uniuersalib. Prima intētio, est debiti regiminis administratio,  
 iuxta notabile positū, uel uariāda, nā aliter in quali & in quāto administrat aer,  
 & alię res nō naturales in quartana cholericā, & aliter in quartana à melācholia  
 naturali, & c. Primus cañ. in die paroxysmi prohibeat cibus, debite intelligen-  
 do & nō occurrēte causa necessitante cibationē. Et oportet ut phibeatur, sed  
 potest dari potus medicinalis ratione sitis. Secūdus, in diebus interpollationis  
 grossa dięta cibent. Tertius, qā in quartana aut dięta nō ordinat in relatiōe ad  
 statū in quo nō expectatur accidentiū difficultas, aut status est ualde remotus,  
 ideo in primis diebus licet subtiliter diętare, qđ nocuentū subtilitatis licebit  
 corrigere si oportuerit. Et ex tali subtilatione acquies iuuamēta, ut illic apud  
 Auic. sed in paruis auiculis usq; ad tres uel quatuor paroxysmos. Quartus, post  
 tres septimanas uel circa diętent dięta grossa, ut gallinarū, hęcodorū. Quintus,  
 cibus quo cibent quartanarij debet habere quatuor conditiones, prima nō sit  
 crudus, inō resoluens cruditatē, quā facit melancholia. Secunda, non sit gros-  
 sus. Tertia, sit lubricatiuus uentris, non cōstrictiuius. Quarta, sit ex se genera-  
 tiuus boni sanguinis, & hic cibus est ille qui est calidus & humidus. Sextus, ui-  
 num eorū sit subtile, purū, boni saporis, non acris. Septimus, res frigide & hu-  
 mide facili digestionis & boni chimi ratione feb. & contrarietatis ad siccitatē  
 melancholie sunt conuenientes in quartana, cū quibus tamen misceat aliquid  
 temperans frigiditatē, & non minuens humiditatē, ut calida uel equalia, & c.  
 Octauus, cibi calidi & humidus sint iuuatiui ualde & cibi nō calidi. Nonus, cibi  
 falsi, acres non incisui in primis non nocent in totū, sed in fine non est excusa-  
 tio super eos, & non est malum in primis. Decimus, prohibeatur omne frigi-  
 dum & siccum. Vndecimus, querantur delicia & quies. Duodecimus, fiat in-  
 gressio in balneum aque calide, dulcis, que delectat die secundo post paroxys-  
 mum, licet balneum resoluens non conueniat nisi post digestionē, & licet ille  
 canon sub agnitione materiei & extinctione caliditatis febrilis, que sunt due  
 alię intentiones, ut infra poni possit, & etiā sub apertione pororū. Secunda in-  
 tentio, est lenitio uentris, ut in alijs febribus ad materias cōmunes educendas.  
 Primus canon, in quartana phlegmatica cū lenificatione querenda est aliqua-  
 lis solutio leuissima phlegmatis, ut illic apud apud Auic. Et si necessaria fuerit  
 lenitio, misceatur cū ea in principio. Licet ille sermo etiā de minoratione pri-  
 ma intelligi possit: Et similiter in quartana cholericā lenitio facienda est cū ha-  
 bentibus respectū ad choleram, ut colligitur de cura quartanę cholericę. Et fi-  
 at lenitio nature in principio, cum eis confert, & c. Tertia, est prouocatio uo-  
 mitus primo ad materias cōmunes educendas, uel etiā associatas, deinde etiā  
 ad educendum materiā propriam antecedentem uel coniunctā, sed hęc secun-  
 dum canonē post digestionē colligit illic apud Auic. Et uomitus iterū & pro-  
 prie ante cibum & post cibū est conuenientior, & proprię in die paroxysmi &

ante

ante paroxysmū, & pluries infra. Primus canon in quartana phlegmatica conuenientior est uomitus in principio & omni hora, per textū qui sequit̄ in Auicenna, & proprie quando febris est phlegmatica. De rebus iuuantibus & non in principio tantū, imò in omni hora. Et infra de cura quartana phlegmatica, & fiat ut euomat: Et quoniā oportet fortius in phlegmatica quartana prouocare uomitū propter uiscositatē materię maiorē. Secundus, debens uomere preparatur cum assumptione diuersorum cibariorum & diuersorum saporū, secundum canonē, ut facilius euomat. Tertius, si assumatur cibus quinque horis ante paroxysmū ut euomat iuuabit ualde. Quartus, uomitus in die tertia à febre & post balneum quod administratur modo supra scripto in prima intentione canone duodecimo & infra, est cōueniens & fiendus, colligitur, & in die tertia administrēt uomitus. Quintus, in quartana melancholica prouocetur uomitus, quoniā est radix super cibū cū fortificatione uel leuitate secundū horam, id est, tēpus egritudinis uniuersalē & particulare, & secundū necessitatē, id est, motū materię, & digestionē eius, colligit̄ apud Auic. illic de cura quartanę melancholicę: Et administrēt uomitus sup cibū. Et hic pręsuppone canones generales quarta primi positos, & supra de cura putridę in generali. Quarta, est prouocatio urine quę in quantū educit solū serosum sanguinis, & cōmune peccans in uenis, pręcedit minorationē propriā materię feb. Et in quantū aliquid de materia ppria deberet prouocādo educere, tūc debet sequi minorationem & digestionē eiusdē materię, ut supra in cura generali. Et hic pręsuppone ea quę scripta sunt supra in cōsimili intentione, in cura phlegmaticę & etiā aliarum febriū, de quibus supra, quare, &c. Quinta, est aptio pororū ad euacuandos uapores eleuatos à membris in corpore peccantibus omnibus, quę hoc modo pręcedat digestionē & minorationē materię, puocatio uero sudoris & euacuatio materię per uia sudoris, uel insensibiliter p resolutionē debet sequi reiteratas euacuationes. Et in quartana plus apparet sudor q̄ in phlegmatica. Primus canon ante digestionē & minorationē nō approximet balneū calidū multū, qđ sit eliquatiuū & agitatiuū humorū crudorū, & ingrediatur balneū die secūda, siquidē fuerit digestio. Et istę intentionēs sunt uniuersales, respicientes dispositiones totius. Sexta, est minoratio materię, ut in principio capituli, uerū omnibus speciebus sua sunt iudicia, &c. Primus canon, si fuerit melancholia sanguinea uel sanguis dñans, fiat phlebotomia secundū quantitātē necessitatis, ut sequit̄ in textu, quare necesse est ut attendat̄ an sanguis sit dominās. Et sunt duę cōsiderationes, prima scilicet si melancholia est sanguinea, & cū sanguine educibilis, tunc phlebotomia minoret̄ sanguis. Et aliquando eradicare posset materiā propriā feb. Si uero nō, & sit sanguis dominās, tunc educat̄ materia cōmunis, accidit cōiuncta feb. siue associata, ut est sermo supra de cura putridę in generali. Secundus cañ. qñq; oportet facere phlebotomiā copiosam, & fortasse exigit multitudo, s. uel ppter multā sanguinis massam, uel ut multū

etiã notabiliter de melancholia educat, quę est fex sanguinis, & fex simul cum sanguine educat. Tertius, si nõ est magna indicatio de phlebotomia dimittat, quia maxime nocet. Quartus, in alijs calibus, & quartanis ab alijs speciebus melancholię fiat minoratio cū solutione uentris, cū appropriatis, ut illic: Et si opus, euacuet in principio de humore. Quintus, fiat talis euacutio, & etiam eradicatiua die secundo post paroxysmũ, nõ prima post paroxysmũ, nec illic, & fiat post paroxysmũ per diẽ nisi fit aliquid prohibens fortius. Sextus, non fiat euacuatio in primis cū fortibus, scilicet in minoratione, sed nisi post digestionem, ut ibi, & non opus ut fiat prouocatio, id est, euacuatio per secessum in primis, & infra, & non concedit confortatio eorũ, nisi quando cõsequitur egritudo statũ. Septimus, quando melancholia est cholericã eligant solutiua, minoratiua, respicientia cholera, uel saltẽ alijs addant. Octauus, aqua casei est optimũ uehiculũ, quando est caliditas uiolẽta, &c. Nonus in quartana sanguinea etiã post phlebotomiã de basilica est siẽda minoratio alia cū solutiuis mundificantibus sanguinẽ. Decimus, in quartana phleg. in minoratiõibus siẽda est gradatio à facilibus solutiuis ad fortiora et intensiora, ut in primo, & fiat gradatio, scilicet à turbith puro, ad uirtutẽ agarici, quia ipse agaricus nõ est fortis, ut turbith. Septima intentio, est digestio materiei quę est uarianda secundũ uarias species melancholię, sicut uideri poterit p secessum. Aui. igit alia laudat in phlegmatica, alia & intensiora in frigidãtia in cholericã, & oēs istę species indigent humectantibus, & diuersificant in quantitate, qua indigent in frigidatione & calefactione. Et supra in principio: Et oportet ut administrent mollificantia, licet etiã per mollificantia intelligant lenientia uentrẽ, & illic, & sit medicina in die paroxysmi geneliabin, & illic et scias q̄ quãdo incipit quartana in estate. Hęc subintelligenda sunt omnia quę dicta sunt supra de phleg. Primus cañ. Et sub digestionem intelligit apertio membrorũ & uiarũ naturaliu, in quantum sunt oppilata à qua raro euacuat febris putrida, & maxime quartana & phleg. Secundus, in digerẽdo materiã quartanę indigemus exiccatiuis, nõ ut exiccatiuis, sed ut incisuiis & absterfuiis. Tertius, ad digerendũ materiã qa ad humectandũ ipsam quandoq; iuuat balneũ aque calidę dulcis ante cibũ ad ministrandũ, ut ibi: Et de illis in quibus iuuamentũ est sessio in aqua calida dulci ante cibũ omni die. Et balneatio quę humectat & post facit sudare neq; excitat caliditatẽ. Quartus, & etiã p cõfortatione principalium membrorũ, quib. melancholia inimicat, & uice dãda sunt in digerẽdo materias quartanę phlegmaticę & melancholicę, theriaca, & mythridatũ, et medicamẽ de asa, et similia, sed nõ nisi post minorationẽ, et digestionẽ notabilẽ. Octaua, est cõfortatio mēbrorũ lapsorũ, & maxime stomachi, splenis & epatis, cū emplastris & alijs localibus declinatib. ad calidũ, secundũ q̄ exigit dispositio, colligit ex Aui. Et oportet ut obseruet stomachus cū eplastris bonis cõfortatibus. Primus cañ. in fortificãdo stomachũ in quartana cholericã nõ trãscendebat primus grad. caliditatis cõfortantium

tantium & rectificantium. Secundus, in confortando stomachum in quartana phleg. eligantur fortia peruenientia ad gradum tertium. Similiter intellige de confortatione epatis & splenis, & cordis, pro quorum omnium & maxime principiorum confortatione laudat theriacam, & confectiones besaarticas, quia melancholia secundum ambas qualitates contrariatur uice principijs, & etiam à modo substantie, & quandoq; maligna qualitate. Nona, est diuersio materiei & uaporum putridorum à corpore & alijs membris principalibus & nobilibus, quæ completur euacuationibus, prouocationibus urinæ & sudoris, modis suprascriptis, ac etiam fricationibus, ut supra de phleg. Et optime completur cum enematis. Et nota quod in ipsis euacuationibus possunt poni aperitiua meseraicarum, & uenæ portæ, splenis, epatis, & confortatiua istorum membrorum ac digestiua materierum, ponendo in decoctionibus res appropriatas, ad hæc & erit thezaurus in curando quartanas, sicut & plurimas ægritudines & patet ratio propter propinquitatem ad intestina ipsorum dictorum membrorum, quæ sunt minere humorum, quare, &c. Decima, est euacuatio materierum non tamen in una uice, quia illud non est possibile, sed cum fortioribus scilicet fiant euacuationes. Et querit ultima resolutio materiei frigidis digestionibus, & alijs aperitiuis supra scriptis. Undecima, est extinctio febris & caliditatis sine impressione quartanarum, à quibus raro euacuatur, ut in principio colligitur de quartana remotio, de qua magis debemus esse solliciti quam de febris extinctione, quæ ad se trahit parum cure. Et hæc remotio impressionum fit cum intentionibus suprascriptis, maxime cum confortatione membrorum principalium naturalium. Duodecima, est respectus omnium accidentium presentium & imminentium & remanentium, secundum quod emerferunt.

*De quintana & sextana.*

**Q**uintanæ, sextanæ, & aliarum Auic. dicit curam similem esse curæ quartanæ phlegmaticæ. Et progrediens ad intentiones. In primo ponit necessarium esse superfluum ieiunium, & subtilationem cum omni regimine, quia materia est ualde grossa, ut cum somno, super famem exercitio, & alijs, dummodo custodiatur uirtus, quæ tamen non debilitatur multum à morbo, cum sit leuis ex parte accidentium, & ei etiam cum uoluerimus poterimus succurrere, ut supra dicebatur de phlegmatica. Et nota quod in hac febre Auic. potius eligit subtiliationem materię, per regimen, quam quod suadeat, ut transeamus ad subtiliantia, multum intensa, sicut uidetur dispositio materię requirere, quia talia possunt in alijs humoribus & in alijs modis pluribus intense nocere. Quando autem uirtuti succurrendum fuerit, uel etiã alicuius partis, uult ut succurret isti cum his quæ sunt boni nutrimenti, & non sunt ingrossatiua materiei. In tertia uero intentione maxime laudat prouocationem uomitus. Et patet ratio ex supra scriptis de phleg. & de quartana. Deinde laudat euacuationes, scilicet minoratiuas & eradicatiuas, quæ iris, quæ hieræ respiciunt

materias grossas. Item digestionem materiae cū theriaca, & similibus, ultimo resolutionem materiei, & etiā subtiliationem laudat, sudationē cum balneo sicco, siue cum aëre balnei, quasi confidat curam ex magna parte consistere in subtiliatione, &c. Et pro reliquis recurre ad dicta.

*De febre hectica.*



**I**n hectice cura intentiones principales tangit Auic. scilicet in frigidationem & humectationē, presupponens nos doctos de alijs intentionibus siue canonibus seruandis. Verum est autē secundū eius sententiam in quarta primi, morbum immaterialem cōplexionalem sola ad oppositū alteratione indigere pro sui remotione, in quantū ad remouendum ipsum morbum. Secundum etiā accidentia morbi oportet remouere. Et etiam sanitatē & membra lapsa oportet reducere ad dispositiones pristinas, & hęc duo oportet attendere ultra simplicem remotionē morbi & causę eius. In sequendo igitur ordinem canonicum, dicemus primā intentionem esse regiminis debiti administrationē, quę erit in frigidatio & humectatio qualitatiua, & amplius substantifica, restauratiua propter arefactionē, imō & prohibitio consumptionis & arefactionis, unde ut infra patebit, eliguntur cibaria dulcia, solidum nutrimentum non de facili resolubile, ut cancri. In qua intentione sunt canones isti. Primus canon, in frigidetur aër in frigidatione simili frigori hyemis, si tolerat: si non, saltem prohibeantur calefacientia aërem, ut ignis, radij solares, frequentia hominum, & similia, & quia in frigidatio aëris eorum est melior res, nam ipse est refrigerans proprium cordis & spirituum, quod est subiectum febris hectice. Secundus canon aër non solum habitationis, sed etiam communis & liber preparatur ad frigidum & humidum. Aër scilicet habitationis cum præsencia florum & fructuum, & similitū frigidorum & humidorum, ut salice, uite, ros. nenuph. pomis, & sic de alijs. Et cum euaporationibus aquę dulcis, calidę, & alijs ingentis. aër uero liber et communis, portando odorifera frigida & humida, & uestes redolentes frigiditate & humiditate, ut in prima apud Auicennā: Et se uestire sandalatis. Tertius canon eligatur quies, somnus super repletionem, modo debito, tranquillitas accidentiū omniū, & gaudium. Et prohibeantur omnia accidentia cum tristitia, ut ira, męstitia, timor, desperatio, &c. ut in prima. Quartus, caueat a fame & siti, & ab omni causa resolvente. Quintus, dormiat in aëre recenti & frigido iuxta decursus aquarum, & supra lectum aut stratum frigidum, aut ex oleribus & folijs, & floribus, & folijs arborum frigidorum, uel ex corio pleno aëre, & similibus. Sextus, cibus eorū diuidatur in plures uices parę quantitatis secundum uirtutis constantiam, non replendo se uice una. Septimus, dięta etiam sit declinans ad frigidum & humidum, secundum species hectice & complexionē totius, ac uirtutis tolerantia intensiorē gradum frigiditatis eligendo, & si cibaria non sint talis gradus, uel sint in natura propria calida, alterentur

terentur permixtione frigidorum, cum eis, sicut plura exempla habes in prima, permiscendo semper modo quo in prima. Et si necessitas uocat ad fortem in frigidationem non erit nisi cum re cui coniungitur. Octauus, non detur acetum solum nisi permixtū aqua frigida, uel alijs humectantibus lenificantibus. Nonus, febricitantibus feb: e putrida simul cum hectica, uel habentibus humorem preparatum ad putredinem, non cōuenit lac, &c. Decimus, si accidit putredo ex lacte, fiat leuis solutio, deinde aliquot diebus dimittatur, & curet digestiuis cōuenientibus, & alijs, postea redi ad exhibitionē lactis. Vndecimus, sumatur lac ex animali sano longe à partu per menses quatuor, quod nutriat oleribus frigidis & humidis. Duodecimus, eligatur lac asine, post lac mulieris est alijs prestantius ad in frigidandum & humectandū. Tredecimus, sumatur aut ex mammilla aut quantū possibile est recens ex ubere. Quartusdecimus, incipiat assumere in parua quantitate, ut & in pluribus diebus ita continuando, postea paulatim addat in quantitate ista, iterum aliquibus diebus illam continuando, & sic deinceps donec perueniat ad suendum quantitātē quam tolerare possit uirtus eius. Quintusdecimus, cōtinuet lac modis dictis à principio hectice usque ad finem eius. Sedecimus, sumat ipsum lac in mane tantum per unam & mediā, uel circa postquam surrexit uel in medijs tertijs, sine alio cibo. Septimusdecimus, cōmiscet lacti saccharum, uel iulep uiola, uel aliud simile in frigidans & humectans. Seruentur alij canones qui sunt secundo canone capi. de lacte & 15. tertij de cura phthisis, & de cura male complexionis sicca stomachalis. Secunda intentio, est in frigidatio & humectatio, quæ est alteratio, uel permutatio ad contrarium. Primus canon, caueatur ne in frigidando exiccemus, & humectando calefaciamus. Et fortasse est causa unius earū causa contrarij alterius. Secundus, si dantur frigida exiccatiua, uel humida calefactiua permisceantur cum eis, ut cum frigidis humectantia, & cum humidis in frigidantia, uel dentur ante, aut sequentur. Tertius, si fiat in frigidatio cū emplastris, & similiter epithimatibus aut unctionibus & similibus, omnia talia sint aromatica, confortatiua, & proprie illa quæ sunt pectori applicanda, et quæ sequuntur ipsum. Patet ratio, quia in hecticis uirtus est debilis, & frigiditas est inimica uitæ, cui debet associari fouens principia uitæ. Quartus, non sit in dictis emplastris & alijs similibus stipticitas, scilicet fortis, quia prohibet penetrationem, & intellige de stipticitate quæ preueniat aliorum operationem, quæ si sequatur potius iuuat, quàm impediatur. Quintus, permittant emplastra in frigidantia uel fortia, scilicet ex alijs rebus, nō tamen eleuatoribus in gradu, ipsa comprimendo, uel etiam intensiora si necessitas requisierit. Item fiat interpollatio applicationis eorum & per dies scilicet non applicando, & in ipsis diebus per certam horam remouendo, ne autem natura assuescat, cum morbus sit cronicus, aut etiam deficiat uirtus assidua in frigidatione. Sextus, non prolongentur emplastra in frigidantia super membra anhelitus uel retentio

eorum, uel membris propinquis membris anhelitus, ne anhelitui & uoci inferant nocumentum. Et oportet ut non prolongetur retentio emplastrorum, &c. Tangit postea Auic. regimen infrigidatiōis & humectationis per balnea siue thinam, & est balneum aque dulcis in caliditate. De alijs autē modis humectandi & infrigidandi cū potionibus, &c. Septimus canon, preparatur infirmus ita apud balneū, ita ut ingrediendo, & exeundo non ambulet nec calefiat imò portet prope balneū scilicet ad primam domum balnei, & hic. Auic. presupponit balneum habere tres casas. Et dicimus quod balneādi secundum ordinē balnei casas ingredi debent. Et prima casa est infrigidans & humectans, & secunda calefaciens & humectans, & tertia calefaciens & desiccans, portetur autem in lecto in domum, ut ibi expolietur suis pannis. Octauus, sit lectus plenus lana uel coto. Nonus, exiccatur in prima domo aut media, si non fuerit calida. Decimus, non moretur in aliqua domorum primarum, nisi donec permutetur anhelitus paucis anhelitibus. Sed exutus postea transeat ad domum tertiā que non sit uehementis caliditatis, & stet in ea tempore quo tolerat thinam. Sed melius est quod thina sit in domo in media temperata. Et nullus ingrediatur thinam uel balneum, antequam cibus est digestus in stomacho, & chilus in epate, &c. ac cum in corpore hectico mouetur materia aliqua preparata putredini. Duodecimus, immittatur in thinam totiens in die primo, scilicet in materie modis supra scriptis, & infra, deinde post digestionem primam & secundam, & hoc ante ut attrahatur nutrimentum ad partes eius, iuxta canonē primi lib. fen. tertia, doctrina secunda cap. 5. Qui uero impinguari desiderat, deinde fiant post thinam infra scripta, & sic paulatim quiescat, postea tertia data aqua hordei uel aliquo alio simili, immitatur in thinam, & alia, ut supra & infra patet illic. Et si premittat thinam post emulsionem lactis. Tredecimus, premittatur potus aque hordei ante thinā per duas horas, uel aqua lactis acetosi, uel ipsum lac, & simile. Quartusdecimus, premittatur emulsio lactis ex ubere supra membra hectici, omnia de generibus lactis laudatis supra, ante ingressum thine, quia lac est uehementis humectationis, que emulsio est intelligenda debere fieri ante ingressum, per aliquod tēpus notabile, ut duas horas uel circa. Quintusdecimus, inunctio tamen ex oleis infra scriptis est magis imprimens, quam emulsio lactis ppter maiore penetrationē. Sedecimus, debet hecticus totus uel saltem usque ad caput submergi in aqua nisi debilitet. Decimusseptimus, in balneo terra multa proijciatur ut uapor eleuetur, & aer humectetur. Decimus octauus, non dimittatur in balneo facere longam moram. Decimus nonus, si in balneo existens sitit, bibit aquam hordei uel lactis acetosi a sine. Et ad bibendum tribuatur ei parum. Vice simus, thina in qua debet immitti melior est tepida in qua est uirtus olerum infrigidantium & humectantium, & ita sit ut nō rarificet nedum ut sudare faciat uel igneat, uel notabiliter permutet anhelitum, sed caliditas quæ delectet. Vice simus primus, sit



fit calida aqua minus calido aëris, quia uel aqua alterat plus aëre. De aëre non sic. Aut quia aër à uaporibus aquæ etiam remissioribus in caliditate plus calefit, cum ex natura sua sit calidus, & propter raritatem facilliter recipit impressionem. Vigessimus secundus, si non timetur debilitas & extenuatio corporis hectici aut hectica senectutis, cum qua tamen homo diutius uiuit quàm cum hectica febre, melior est thina frigida quæ in principio sanat hecticum. Vigessimus tertius, securius est ut incipiatur à thina tepide caliditatis à qua paulatim descendetur ad frigidam scilicet aquam thine infrigidantem, cum additione alterius aquæ frigide actu, similis tamen uirtutis cum prima, ut supra, donec perueniatur ad frigidam temperatam tolerabilem. Et hic modus facit aquam frigidam tolerare, quæ non nocet nisi ex aduentu subito, & corpus remittit, ita tolerat, fiat ergo hoc cum facilitate. Vigessimus quartus, si post thina calidam possit subito absq; gradatione submergi in thina actu frigida, est ultimū ex parte cure, sed est fortis timoris, non solum modis superscriptis, scilicet extenuationis debilitatis, sed etiam corruptionis & destructionis uirtutū membrorum principalium. Vigessimus quintus, sit frigus aque huius talis thine dicte simile frigori aque æstatis, quæ est inter tepidam & uehementer frigidam. Vigessimus sextus, post balneū fiat inunctio ex oleis frigidis & humidis, ut uiolato, cucurbitino, nenupharino, &c. Vigessimus septimus, si etiā premittatur inunctio, deinde festinanter ingrediatur aquam frigidam parū, & secundum tolerantiam erit bonū, modo sic post digestionē cibi. Vigessimus octauus, post balneum parū, scilicet per horam & minus, tribuatur ad potandum, parū de humectantibus, ut aqua hordei, & lac asine, &c. Vigessimus nonus, cum egrediuntur balneum, odorentur ex odoribus frigidis, patet secunda primi, odorentur illico cum egrediuntur balneum, cooperiantur mantili magno habente duas tunicas, & permutet ad lectum suū superscriptum, & exiccetur cū sandali, id est, panno de serico, & sit albus, deinde inungat & potetur modis supra scriptis. Vnde hic canon debet esse 26. lib. quarti Auic. sed intelligenti hæc preuaricatio parū obest. Tertia intentio, est confortatio principaliter cordis, epatis, & aliorum, quæ licet fiat per regimen, & presertim per restauratiuum, deinde per mutationem male complexionis, calide & sicce, tamen etiam per alios modos confortationis querenda est reductio ad sanitatem integram, ut per tertiam & quartam, uirtutes & alios modos quod alibi loquendo declarauit, & maxime super nono Almanforis ut scilicet restaurando substantiam membri, restaurando spiritum, & quando complexionem membri, uniendo substantiam eius, & sic de alijs, ut casus requisit, &c. Quarta, est remotio accidentium, ut syncopis, fluxus uentris, & aliorū, de quibus fit spirituale cap. In hectica senectutis licet non sit febris, ferè similes tamen cadunt intentiones ut in hectica febre. Prima est administratio debiti regiminis, in quo querit calefactio & humectatio ex parte aëris, &c.

de cibis inquit: Et omnis cibus humectans. Et in regimine est maxima pars cure. Secunda, est calefactio & humectatio qualitatiua & substantifica, & canon primus quidem in curatione. Balnea solū & maxime post digestionē, scilicet primam & secundam, & ex humectatione. Secundus, fiat humectatio sicut in hectica adiuncta calefactione cum odoribus, emplastris, inunctionibus, &c. Tertia, est confortatio & maxime membrorū principalium, naturalium uirtutum, quibus maxime indigemus uirtutibus. Quarta, est respectus accidentium, & patet. Ea autē que sunt de laudibus lactis, uini subtilis, odoriferi, & clysteriorum sunt in litera. Item de prohibitione mellis sub prima intentione cadunt, que uniuersaliter nota, aliter non ponuntur. Item non cōpleuimus de hac materia, quare lege Auic. septima quarti de modis impinguandi.

*De febre pestilentiali.*

**I**N feb. pestilentiali, que est de genere putridarū, habendę sunt intentiones prius cōsideratę, diuersitatē esse in pestilentialibus, non solū ex parte uenositatis. propter quod alia mitior, alia acutior, alia accidentium prauorū, alia aliorū, sed etiā cōtingit humores nostri corporis diuersimode infici. Quādoq; enim & secundū plurimū inficitur sanguis, quādoq; cholera, quādoq; phlegma, &c. Quādoq; autē putrescūt humores circa cor, quādoq; alij humores in alijs uenis. Vnde quasi pestilentialis est de genere caufonis, quasi de genere synochi uel synochę, quasi uidet de genere phleg. Vnde uidi pestilentia sub hectica sine aliqua acuitate uel intensiōe accidentium. Et quedā est cū pari gradu caloris cū calore naturali. Diuersificatur etiā penes tempora anni & regiones & penes has diuersitates diuersificatur & uariat cura, ut notum est intelligenti, quare, &c. Prima intentio est regiminis administratio, in frigidando, & exiccando, licet maior in una quā alia, sed in omnibus est necessaria ad prohibendū putrefactionem & corruptionē humorū, in qua re est thesaurus cure. Primus canon, in frigidet domus eorū cū rectificatione aeris, cum abundantia magna facientium ista, ut foliorum arborū & olerum, ac florū frigidorum & fructuum, cum flabellis, cum emanationibus aquę ros. aceti, & etiam aquę simplicis. Secundus canon, in principio initiatiuo feb. pestilentia, uel post euacuationes ut phlebotomiam, & c. ut infra, aqua frigida ualde plurima subito dato, cum aceto melius, uel etiam sine aceto, est maxime iuuatiua & frequēter totaliter curatiua, & hoc in omni pestilentiali paulatim uero & pauca data, fortassis nocet. Tertius canon, Lac acetosum & aqua lactis acetosi, de quo extractum est butyrum, est iuuatiuum ualde. Ex quo similiter concludere de omnibus acetosis, imō ipsum acetum est prestantissimum. Et similiter uinum acetulum. Aceto preterea in cibo potu uti in pestilentia est nocuumenti ipsius securatio. Quartus, comedat frequenter cibos optime restorationis cum bezarticis preparatos, & conetur super hoc, ut scilicet restauretur bonus sanguis, ac boni spiritus, ut patet etiam illic apud Auic. nam pluri

miorū qui uiriliter operantur. Quintus, nō detur cibus in multa quantitate  
 continua in una uice, & sit semper frigidus, acetosus, præparatus, ut supra, cū  
 cordialibus frigidis & bezaarticis, &c. Secunda intentio est euacuatio, in qua  
 consistit quasi tota cura. Et ista debet statim à principio initiatiuo fieri. Vnde  
 dicit: Et oportet ut incipiatur non expectata digestionem materie, que est talis,  
 ut de eius maiori corruptione continue certi esse possimus. Secundo, à prin-  
 cipio uirtus adhuc est fortis, que tolerare potest euacuationē ipsam, & postea  
 non, nam incipit & fit cum spirituū corruptione qui sunt fortitudo uirtutis.  
 Tertio, talis est ratio pestilencici qualis uenenati. In uenenato autē si uenenu  
 corrumpit humores parua restat spes, & totus conatus debet esse in prohiben-  
 do operationem ueneni & penetrationem, ac humorū corruptionem. Et ita  
 similiter in pestilencico. Si humores transeunt in corruptionem, post spirituū  
 corruptionem, parua est ualde spes, imò ad prouisionē etiam nō peccantibus  
 humoribus fienda est euacuatio, & maxime per phlebotomiam quæ melius  
 multitudinem humorū educit, quia natura postea melius regulat, & cōseruat  
 humores. Hoc autē intellige debere fieri statim à principio in prima die qua  
 homo inficitur, uel in principio secundæ diei, post eam uero diem mihi cre-  
 de timenda est euacuatio, licet malignitas materie stimulet euacuationem, ta-  
 men uirtus frequenter non patitur, propter magnū defectum spirituum, imò  
 sepissime errant, qui in tertia die & ultra phlebotomia utuntur, sicut etiā supe-  
 rius in synocho diximus: Et Auic. supra de cura putridæ in generali dicebat lo-  
 quens de phlebotomia: Et cum postponitur phlebotomia in principio egritu-  
 dinis non est eius intentio, &c. Et fortassis interficit per aduentū debilitatis uir-  
 tutis, quam debilitatem uirtus hic non expectat, cum habeas eam à principio.  
 Item omnis agitatio humorū, est frequenter permixtiua malorū cum bonis,  
 & boni hic sunt pauci, quare nisi à principio euacuaueris, time euacuare, &  
 melius est alijs insistere, donec apparebit subleuatio uirtutis. Vbi autem cessa-  
 rent indicationes et causæ ad phlebotomiā istam primā preuisiua, debilitate erit  
 uidendum de alia phlebotomia euacuante materiā propriā febris eradiciue  
 uel minoratiue, ut Auic. in litera ibi: Et si materia uincens fuerit, &c. Et si non,  
 tunc solutione uentris euacua, semper custodita uirtute, & uiso timore eius,  
 &c. patet autē tota illa, intentio eius in principio capituli, summa curationis.  
 Licet aliqui dicant Auic. intellexisse per exiccationē euacuationem, nō edu-  
 centem materiā propriam febris, sed secundū materias associatas, ut materias  
 communes in uis ductū peccantes, & alias materias, ut potest intelligi supra  
 cap. de cura putridæ in generali. Et tunc ista esset secunda intentio, lenitio uen-  
 tris, & phlebotomia, sub intentione sub qua ponitur phlebotomia, pro primo  
 canone supra de cura pu. in generali inter 5. cañ. ibi positos. Deinde tertia in-  
 tentio, est euacuatio quam tetigit cum dixit: Et oportet ut incipiatur, licet autē  
 ita sit, quòd lenitio uentris, phlebotomia modis dictis cōueniāt, tamen statim



potenti. Primus canon, rectificetur aër exiccando ipsum, faciendo boni odoris, ut xyloaloe, ambra, thure, musco, & aspergendo domū aceto, & faciendo composita quæ portentur & odorentur. Secundus canon, declinet cibus & potus ad acetosa. Tertius, minoretur cibus respectu consueti in quanto & quali nutritibili. Secunda intentio, est mundificatio superfluitatum à corpore, secundum quòd fuerint illæ superfluitates peccantes uel in uis comūibus uel in uenis. Primus canon, optimum mundificatiuum sunt pillulæ communes dictæ, quas ædidit ex aloë myrrha & croco, licet moderni alia addant. Tertia intentio, est confortatio siue fortificatio cordis & spiritus cōtra uenositatem ut theriaca mitridatum, &c. Quarta, est præseruatio à putredine, nō solum cum euacuationibus modo dicto, sed etiam cum digerentibus, præseruantibus, hic appropriatis, patet illic apud Auic. Et geleniabin est de illis quæ conferūt, & prohibent ab eis putrefactionem. Pro completiori uero doctrina recurre ad tertiam primi, & ad alia loca plura, & ad dicta de cura quare, &c.

*De uariolis & morbillis.*

**V**ariolarum & morbillorum primo cōsideranda est differentia, quæ uariat curā, quia morbillus est magis cholericus, & minus emines, & eueniens in oculo. Secundo, in uariolis & morbillis duo considerantur, scilicet febris in qua est ebullitio humorum. Tertio, expulsio uariolarū quæ est quasi crisis, & ut crisis regulanda, quod bene nota. Cadunt autem ista in diuerso tēpore, quia primo incipit febris, secundo uariola, licet postea coincident, & etiam aliter sunt diuersa, imò etiam diuersificatur intentio medici & canon curatiuus, ut infra. Considerantur etiam hic tempora quatuor, scilicet principium, augmentum, & status, & declinatio, secundum quòd oportebit uariare. Prima est debiti regiminis administratio, in quo quantum ad principium febris, donec ad principium uariolarum, queritur infrigidatio & exiccatio. Apparentibus uero uariolis queritur calefactio, ut infra patebit. Primus canon, cibentur à principio, scilicet feb. donec ad principium apparitionis uariolarum inclusiue cibus stipticis confortantibus membra intrinseca, ne recipiant uariolas, sed expellant ad extra, & tamen aliquali extinctione commissa, absque ingressione sanguinis, ne scilicet fiat ebullitio superflua quæ tamen non prohibeat expulsionem uariolarum, ut sunt lentes excorticati, cucurbita dactyli immaturi. Secundus, non fiat tamen stipticitatis tanta ut fiat constrictio uentris, imò misceantur lenientia uentrem, ut sunt tamarindi, pruna, sebesten, &c. Tertius, cum incipiunt uariolæ manifeste apparere, ut in die secundo, misceantur cum prædictis cibus ea quæ ebulire faciunt, & aperiunt oppilationes, & sunt uehementis expulsionis ad exteriora, quia in hoc est causa uasionis à nocumento eorum, ut sunt radices apij feni. & semina cum croco & ficibus quæ sunt singulares. Quartus, prohibeat potus

aque frigide cū niue uel etiā sine, in augmēto uariolarū, imò etiā in principio, & etiā in febre, quia ipsa est nimis forte infrigidās. Et similiter prohibeat mansio in domo uētosa. Quintus, induat uestibus calidis, notabiliter sicut fit in illo in quo intenditur prouocatio sudoris, ut fiat dilatatio pororū. Et intellige hoc debere fieri in principio aparationis uariolarum, donec ad exiccationē earū, scilicet illic apud Auic. Et oportet ut regat & elonget ab aere frigido. Sextus, si extali cooperatura calida, & ex aeris caliditate accideret quasi syncopis, uel syncopis propter scilicet inflammationem resoluentem, tunc primo infrigidetur aer cum odore camphore, & similibum. Et si illud non sufficit, quoniam oportet exponere infirmum aeri frigido, tunc illud fiat paulatim. Septimus, cum debet intendi calefactio & dimissio infrigidationis, scilicet per remedia intus uel extra applicanda, fiat paulatim, & nō subito, ne nimis alteret natura. Et posset hic canon etiā alibi sub intentione sequēti poni. Secunda intentio, est lenitio uentris cū facilitate & cautela, scilicet ut non attrahant materię ad centrum, uel fiat fluxus, & debent esse frigida, ut sedent ebullitionem, & fiat cum syracost infusione prunorum, tamarindorum, &c. Tertia, est euacuatio quę potest appellari preuisiua siue minoratiua, &c. in qua ponit Auic. canones infra scriptos. Quorum primus est iste: In uariollis & morbillis si fuerint cum repletionē sanguis extrahatur sanguis sufficienter, quia materia est multū in uenis ebulliens, de qua timetur ne à natura regulari non posset, ideo minoret, ut fiat natura potens super reliquia. Secundus, talis phlebotomia fiat statim à principio & usq; ad aperitionē uariolarū exclusiue scilicet citra ipsam, siue appareat in secundo siue in quarto siue in septimo, quia si fieret apparētibus uariolis impediret exitum earum. Tertius, quando precedunt uariolę non fiat phlebotomia, quia uariolę sunt quasi crisis, quam phlebotomia impediret. Excipiantur duo casus, primus est quando est uehementia repletionis in uenis, secundus quando tanta materia expellit, & est expellenda quod timeat de corruptione alicuius membri, uel plurium membrorū, in quibus tamen ita fiat, quod non impediatur exitū uariolarū, sed solum minoret superfluam repletionē. Et curet à nocumento superflue expulsionis, quantitate quę exiccet, id est, minorat & non diuertat uel prohibeat. Quartus, cū necessaria est phlebotomia, & dimittitur uel fit incōplete, timeat corruptio extremitatū corporis, ut supra. Quintus, cōuenientior est phlebotomia in uariolis omni alia euacuatione. Sextus, phlebotomia nati est facilis super infantes, quia in eis non potest fieri phlebotomia brachij propter ætatem, & ista erit sine nocumento. Affert iuuamentum fluxui sanguinis nariū, & tuet superiores partes faciei à malitia uariolarū patet illic apud Auic. Et si phlebotomet uena nati, ipsa tamen in adultis debet sequi alias phlebotomias, ut patet intelligēti canones uniuersales. Euacuatio aëro cū medicina solutiua non concedit nec in processu, nec in principio propter timorem fluxus. Ideo Auic. supra dicebat: Si non obedit cū eis addatur syracost,

Syracost, id est, tamarindos ad denotandum, quòd etiam in lenitione est timor  
 cum uelit, ut stemus si possumus in tamarindis, quia in manna & quibusdam  
 alijs lenitiuis est uirtus electiua, &c. Quarta, est digestio, quæ est preparatio  
 materiei ad expulsionem, sicut cum superscriptis radicibus fenicul. & semini-  
 bus. Alia est quæ fit propter feb. cum qua coniungitur alia intentio. Quinta,  
 extinctio feruoris febrilis, quam Auic. dixit in cap. generali esse unam de dua-  
 bus intentionibus curatiuis febrium. Et in hac sunt can. infra scripti. Primus,  
 in principio apparitionis uariolarum uehementis iuuamenti aliquando est sy-  
 rus de dactylis immaturis uel rob dactylorum syluestriũ, & similia. Et hoc  
 aliquando licet, nõ semper, sed solum quando timetur expansionis uariolarũ  
 conuersio ad membra interiora, uel quando inflammatio uideret uehemens.  
 Et per principium apparitionis non intelligatur solum instans initiatiuum ap-  
 paritionis, sed etiã tempus sequens, ut dies secunda apparitionis. Vel sic prout  
 timueris de inflammatione uel conuersione uariolarum ad intra. Secundus,  
 in augmento apparitionis uariolarum non fiat infrigidatio intus uel extra, sed  
 minime extra, imò iuuetur exitus cum his quæ calefaciunt, & ebullire faciunt,  
 ut radices feniculi, &c. supra scripta. Tertius, si assiduetur extinctio non facta  
 phlebotomia, sed fortassis soluto uentre, timetur extremitatum uel interiorũ,  
 quia materie propter infrigidationem concluduntur intra, & fiunt malignio-  
 res, ac prauas faciunt materias quas tangunt, unde si non pelluntur ad extra  
 corrumpunt interiora, & faciunt mala si extra non pelluntur propter eorum  
 prauitatẽ. Quartus, dum est exitus uariolarum timeatur emplastratio uel epi-  
 thimata, scilicet cum rebus infrigidantibus uel oppilantibus poros, etiã si ap-  
 parent uermes, ut ad simile iudicans, ut in pueris. Quintus, in augmẽto uario-  
 larũ nullo modo approximet oleum aliquod, scilicet ad extra propter uisosi-  
 tatem eius, ne oppilet. Sextus odoret aliquid de croco, id est, de eo ponatur in  
 cibarijs ad confortandum cor, & spiritus, uel odoretur, ut per suũ odorem ca-  
 lefaciat & confortet & attrahat materias per partes faciei, & facilius exeunt,  
 patet illic in Auic. Et fortassis odoretur aliquid de croco. Septimus, si cũ exitu  
 uariolarum scilicet notabili & copiosa non apparet alleuiatio febris, sed stat  
 lingua nigra propter cauma interius canne, tũc nec calefacias intus uel extra,  
 Et quando incipiunt exire non inuenitur. Sexta, est confortatio reductioq;  
 membrorum lapsorum, maxime autem cordis, cum hæc sit uenenositas, cui  
 debet opponi cum besartiacis. Sub qua etiam intentione iussit Auic. debere  
 odorare crocum, &c. Et intellige confortationem, ut supra est scriptum, quia  
 incipit à principio cum regimine & omni medicamine, & sigillatur aliquo  
 modo confortatio. Septima, est regulatio crisis, id est, exitus, ut expulsionis ua-  
 riolarũ scilicet ante, post, & in ipsamet expulsionem, scilicet cũ modis supra scri-  
 ptis, ut cum radicibus & seminibus supra scriptis, cum modo induendi, & sic  
 de alijs, ut supra & in canonibus sequentibus. Primus canon, si apud maturita-

tem uariolarum, id est, quòd nò sint complete mature, adest magna uoluntas exiccationis earum, regimen bonum est, ut dormiat supra farinam oryze uel milij, hordei aut fabarum & similiū. Secundus, quando uariolæ sunt uehementis humiditatis, necessaria est suffumigatio cum mirtho, & folijs eius. Tertius, saliantur uariolæ postquam maturantur, quæ nò sunt magnæ dolorosæ, recentes, cum aqua rosata salita, in qua est uirtus croci, tamarisci, lentium, rosarum, camphoræ, sandalorum & similiū, patet illic; Salicio autem necessaria est. Hoc nostro tempore non est consuetum. Quartus, cum egressæ sunt uariolæ, & sunt maturæ rumpantur cum acubus æreis uel aureis aut argenteis, non ferreis, quia tardius sanantur uulnera cum ferro facta, quàm cum ære, &c. ut prima problematum problemate 34. Et etiam ne aliqua mala qualitas imprimatur cum oragine, &c. Quintus, cum incipiunt uariolæ exiccari liniantur cum linimētis in quibus est uirtus croci, &c. Sextus, si accidunt ulcera ex uariolis curentur cum unguento albo uel rubeo & camphora, & rasura radicū canng, & similiū. Septimus, si fuerint crustæ in naso liniantur cum oleo ros. puro uel cum uirtute cerusæ, unde administratio alicuius olei confert in toto post exiccationem, quia facit cadere escaras, ante non nocet. Octauus, in fine uariolarū custodiatur uenter ne fluat, quia est timor. Et isti tres canones ultimi hic possunt etiam sequenti intentioni applicari. Octaua, est respectus accidentium in qua Auic. iubet custodiri membra infra scripta. Primo oculos cum aqua ros. sumac, camphora, &c. os & guttur cum uino granatorum, dyamaron, &c. lambendo & gargarizādo. Superior pars nasi ex memite, sandalis et odore aceti pulmo cum loth de lentibus leui, cum semine papaueris. Intestina cum stipticis, modo supra scripto. Et sit solutio uentris curetur cū trochiscis de spodio & alijs. Primus canon deleant uestigia uariolarū, & morbillorū cū radice arundinū, potuisset etiā hic poni apertio pororū cū frictionibus, tēpore feb. & ante apparitionē uariolarū pro una intentione, sed satis patet in 5. canone de indumentis in prima intentione. Alię uero intentiones supra scriptæ in alijs febribus ut prouocatio urine, uomitus, eradicatio & diuersio, parū habēt hic locum.

*De hemitritæis.*

**I**n cura hemitritæi breuiter se expediens Auic. relinquens nobis sufficientiam ex canone generalibus in cap. generali curæ febrilium, & canon particularibus ex dictis in capitulis proprijs de curâ cholericæ & phlegmaticæ, & proprius ex dictis in cura tertianæ non puræ, quare illuc redeundum. Tangit aut in litera paucas intentiones, sed in quibus prima, magis insistendū declarat administrationē regiminis debiti, relinquendo notū ex locis dictis. Secunda lenitio uentris. Vbi nota, quòd nò necessario ante solutionē oportet debere præcedere digestionē, maximè quādo dant solutiua, quorū potentia nò est agitare educendo, uel nò educendo ratione forme uel quātitatis sue, ut sunt manna, cassia, et similia. Secūdo nota, quòd leniēdo uult quòd



quòd uarietates lenitiue quę habent respectū ad humorem magis dominan-  
tem, quasi semper de humore peccante plus reperiatur in uijs communibus,  
licet etiam possis dicere quòd intelligit de leuissima minoratione. Tertia, quę  
est euacuatio minoratiua, sepe reiteratam tangit cum dicit, necessarium est in  
hemitriteo, cuius fundamentū est, quòd hemitriteus est feb. ualde repletiona-  
lis, non inflammati caloris, ideo plus in euacuando & digerendo oportet la-  
borare, quàm in alterando. Et per hæc habes etiam intelligere euacuationem  
eradicatiuam, quę est altera intentio, scilicet nona. Quod autem debes mino-  
rare à principio etiā cum fortibus apparente digestionem, patet illic apud Auic.  
Et post apparitionem digestionis si euacuatio fiat. Quarta, est digestio habens  
respectum ad ambas materias, &c. Quinta, est prouocatio uring, licet etiam  
de prouocatione sudoris intelligi possit, & erit sexta intentio, & sermo sequēs,  
& cum festinatur in potando, intelligatur de prouocatione uring, cum canone  
scilicet quòd prius minoretur materia, & etiam digeratur antequam dentur  
prouocantia fortia, ut supra in phleg. Septima, est prouocatio uomitus, quam  
intellige ut supra dictum est, & uult uomitum euacuatuum materiei  
proprie feb. debere fieri cū medicina appropriata. Octaua,  
est diuersio quam intellige ex dictis supra. Nona, est  
euacuatio eradicatiua de qua nuper diceba-  
tur. Decima, est confortatio. Et nota ca-  
nonē de absinth. Undecima, est  
extinctio caliditatis feb. &  
malę complexionis  
remanentis re-  
motio. Duodecima, est respectus  
accidentium, &c.

F I N I S.

BASILEAE EXCVDEBAT HENRICVS  
PETRVS. MENSE AVGVSTO.  
ANNO M. D. XXXV.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through. The text is largely illegible due to its orientation and fading.



Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through. The text is largely illegible due to its orientation and fading.

